¶ Textus magistri sententiarum in quattuor sectus libros partiales.

¶ Primus agit de inexplicabili mysterio summe sanctissime et indiuidue trinitatis.

¶ Secundus tractat de rerum creatione et formatione corporalium et spiritualium et alijs rebus ad ea pertinentibus: agit pariter de lapsu hominis.

Tertius agit de incarnatione verbi.

¶ Quartus tractat de sacramentis et signis sacramentalibus.

Insuper in principio omniũ distinctionum ponuntur valde vtiles summarij necnon in margine concordantie biblie et sanctorum patrum.

¶ Item ponuntur etiam articuli erronei qui passim Parrhisius a doctoribus sacre theologie fuerunt condẽnati et ab ipsorum conditoribus reuocati ab anno dñi. M. cclxxvij. vsq; ad annum dñi. M. dvii.

Item quidam alij articuli in anglia et exonia condẽnati et ab ipsorum auctoribus tunc reuocati.

¶ Tandem adest tabula omnes totius libri materias sub paucis comprehendens.

Sententiarũ hic liber vocatus est quoniã quidez omniũ sanctorum patrum sententie aduersus hostes christiane fidei visibiles et inuisibiles recõdite sunt in eo.

¶ Merito igitur hic liber aureus thesaurus ecclesie aliter nũcupari debet. Et si mors peccatorũ pessima. Pax igitur multa diligentibus legem tuam domine et non est illis scandalum.

1525

¶ Venundatur Lugduni a Vincentio de portonarijs in vico mercuriali.

Incipiūt Rubrice libri primi.
Distinctio prima.

Omnis doctrina est de rebus vel de signis.
De rebus quibus fruendum est vel vtendum: et de his que fruuntur et vtuntur.
Quid sit frui vel vti.
Di.ij. De trinitate et vnitate.
Que fuerit intentio scribentium de trinitate.
Quis ordo sit seruandus cum de trinitate agitur.
De testimonijs veteris testamēti quibus trinitatis mysterium declaratur.
De testimonijs no.te.ad idem pertinentibus.
Distin.iij. De cognitione creatoris per creaturas in quibus trinitatis vestigium apparet.
De imagine et similitudine trinitatis in anima humana.
De similitudine creantis et create trinitatis.
De trinitatis vnitate.
Di.iiij. Utrum deus pater se deum genuerit.
Utrum trinitas de vno deo predicetur sicut vnus deus de tribus personis.
Di.v. Utrū diuina essentia genuerit filiū vel genita sit a patre. vel de ipsa natus sit filius vel spūssanctus processerit.
Quod filius non est de nihilo: sed de aliquo non tñ de materia. sic et spiritussanctus.
Quare verbum patris dicatur filius nature.
Di.vj. Utrum pater voluntate genuerit filium an necessitate: et an volens vel nolens sit deus.
Di.vij. Utrū pater potuerit vel noluerit gignere filium.
An posse gignere filium sit aliqua potentia in patre que non sit in filio.
Di.viij. De veritate ac proprietate diuine essentie.
De incommutabilitate eiusdem.
De simplicitate eiusdem.
De corpali et spūali creatura: quō sit multiplex et non simplex.
Quod deus cū sit simplex: tamen multiplex dicitur.
Quod dei simplicitas nulli predicamentorū subijcitur.
Quod deus abusiue dicitur substantia.
Quod non est aliquid in deo quod non sit deus.
Di.ix. De distinctione trium personarum.
De coeternitate patris et filij.
De ineffabili et intelligibili generationis modo.
Utrū debeat dici semp gignit filius vel semp genitus est.
De obiectionibus hereticorum nitentium probare filium non esse coeternū patri.
Di.x. De spūsancto ꝙ amor patris et filij proprie dicitur cum sit in trinitate amor qui est trinitas: sicut verbum proprie dicitur sapientia: et tñ tota trinitas dicitur sapientia.
Quod eadem nomina proprie et vniuersaliter accipiuntur.
Quod spiritussanctus sicut patri et filio est cōmunis: ita commune nomen

uersa.
Qd aliqua psonarũ aliam nõ excedit magnitudine: qr nõ est maior vna p̃sona alia: nec maius aliquid due q̃ vna: nec tres q̃ due vel vna.
Quõ dr pater esse in filio ꝛ fili⁹ in pře: ꝛ spũssanctus in vtroq̃.
Qd nulla personarum pars est in trinitate.
Quare tres persone dicantur summe vnum.
Cũ dicimus tres psonas esse vnã subam vel essentiã: nec vt genus de spēb⁹ nec vt spēm de indiuiduis predicamus: qr nõ est essentia gen⁹: ꝛ persona spēs: vel essentia species ꝛ persone indiuidua.
Qd nec bm materialē causam dicuntur tres persone vna essentia.
Nec ita dicuntur tres persone vna essentia: vt tres homines vna natura vł vnius nature
Utrum tres persone differant in numero que in proprietatibus distincte sunt.
Quare tres persone simul nõ sint maius aliquid q̃ vna.
Qd deus non est dicendus triplex sed vnus.
¶Di.xx. Qd aliqua personarum non excellit aliã potentia.
Qd non minus potest filius q̃ pater.
De obiectionibus hereticis ɔtra hoc ꝛ responsionib⁹ catholicis.
¶Di.xxj. Quõ possit dici solus pater vel solus filius vel sol⁹ spũssanctus cum sint inseparabiles.
Utrum debeat dici solus pater est deus: vel solus filius est deus/ vel solus spũssanctus est de⁹: an pater est solus deus: filius est solus deus: spũssanctus est solus deus?
Quomodo trinitas dicatur solus deus cum ipsa sit cum spiritibus ꝛ aiabus sanctis.
¶Di.xxij. De nominũ differentia quibus vtimur loquentes de deo.
De his que tpaliter deo conueniunt ꝛ relatiue dicuntur.
De hoc noie qd est trinitas.
De his que temporaliter deo conueniunt: ꝛ non relatiue dicuntur.
De his que proprie ad singulas personas pertinent: ꝛ de his que vnitatē essentie significant.
¶Di.xxiij. De hoc noie qd est psona. qd cũ bm subam dicat: tñ nõ singulariter sed pluraliter accipitur in summa
Qua necessitate dictum sit tres persone a latinis: ꝛ a grecis tres hypostases vel substantie.
Quare non dicimus patrem ꝛ filium ꝛ spũsanctum esse tres deos: vt tres personas
Cur non dicimus tres essentias vt tres personas.
Qd in trinitate non est diuersitas vel singularitas vel solitudo sed vnitas ꝛ trinitas ꝛ distinctio ꝛ identitas.
Qd non debet dici deus multiplex.
¶Di.xxiiij. Quid significetur his nominibus: vnus vel vna: duo vel due tres vel tria: trinus vel trinitas: plures vel pluralitas: distinctio vel distincte: cũ his vtimur loquentes de deo.
¶Di.xxv. Quid significetur hoc noie persona in plurali numero .s. cum dicitur persone.
De triplici acceptione huius nois persona in trinitate.
Ex quo sensu dicatur alia psona pr̃is: alia filij: alia spũssancti: siue alius in psona pater: alius in psona filius. alius in persona spũssanctus.

¶Prologus.

CUpientes aliquid de penuria ac tenuitate no- Luce.xix.
stra cum paupercula in gazophilatium dñi mittere/ardua
scandere: opus vltra vires nostras agere presumpsimus: cõ
summationis fiduciam laborisq mercedem in samaritano
statuẽtes: qui prolatis in curationẽ semiuiui duobus dena
rijs supererogãti cũcta reddere professus est. Delectat nos Luce.xvij.
veritas pollicentis sed terret immensitas laboris. Desiderium hortatur
proficiẽdi sꝫ dehortat infirmitas deficiẽdi/quã vincit zelus domꝰ dei quo
inardescentes fidẽ nostrã aduersus errores carnaliũ atq animaliũ hoim
dauidice turris clipeis munire: vel potius munitam ostendere: a : theolo-
gicarũ inquisitionũ abdita aperire: necnon ⁊ sacramẽtoꝝ ecclesiasticoruꝫ
ꝑ modulo intelligẽtie nostre noticiam tradere studuimꝰ nõ valẽtes studio
soꝝ fratrum votis iure resistere: eoꝝ in xp̄o laudabilibꝰ studijs lingua ac
stilo seruire flagitantiũ: quas bigas in nobis agitat xp̄i charitas: ꝗuis
nõ ambigamus omnẽ humani eloquij sermonẽ: calũnie atq ꝯtradictioni
emuloꝝ semp fuisse obnoxiũ: qꝛ dissentiẽtibꝰ voluntatũ motibꝰ: dissentiẽs
quoq fit animoꝝ sensus: vt cũ omne dictũ veri ratiõe perfectũ sit: tñ dum Sũptũ est
aliud alijs aut videt aut cõplacet veritati vel nõ intellecte vel offendẽti et Aug. i pn.
ĩpietatis error obnitat: ac volũtatis inuidia resultet: quã deꝰ seculi huiꝰ tertij d tri.
operat in illis diffidentie filijs q̃ nõ rationi voluntatẽ subijciunt: nec do- Ephe.ij.
ctrine studium impẽdunt: sed his que somniant sapientie verba coaptare
nitunt non veri sed placiti rationẽ sectãtes: quos iniqua volũtas non ad
intelligentiã veritatis: sꝫ ad defensionẽ placitũ incitat nõ desiderãtes do
ceri veritatẽ sed ab ea ad fabulas cõuertẽtes auditũ. Quoꝝ ꝓfessio est ma
gis placita ꝗ docẽda cõquirere: nec docẽda desiderare: sed desideratis do
ctrinã coaptare. Habent rationẽ sapiẽtie in superstitione: qꝛ fidei defectio-
nem sequit hypocrisis mẽdax: vt sit vel in verbis pietas quam amisit con
sciẽtia: ipsamq simulatam pietatem: omni verborum mẽdacio impiã red
dunt: false doctrine institutis: fidei sanctitatẽ corrũpere moliẽtes: auriũq
pruriginẽ sub nouello sui desiderij dogmate alijs ingerẽtes qui cõtentiõi
studentes contra veritatem sine federe bellant. Inter veri namq assertio-
nem ⁊ placiti defensionẽ pertinax pugna est dum se et veritas tenet: ⁊ se vo
luntas erroris tuetur. Horum igitur deo odibilem ecclesiam euertere atq
ora opilare: ne virus neq̃tie in alios effũdere queãt: ⁊ lucernã veritatis in
candelabro exaltare volẽtes: in labore multo ac sudore. Hoc volumen deo
prestãte cõpegimꝰ: ex testimonijs veritatis in eternũ fundatis: in quatuor
libris distinctũ. In quo maioꝝ exẽpla doctrinãq reperies: in quo ꝑ dñice
fidei sincerã ꝓfessionẽ: viperee doctrine fraudulẽtiã ꝓdidimus: aditũ de-
monstrãde veritatis cõplexi: nec periculo impie ꝓfessionis inserti: tẽpera-
to inter vtrũq moderamine vtẽtes. Sicubi vero patrũ vox nostra insonuit:
nõ a paternis discessit limitibꝰ. Non igitur debet hic labor cuiq pigro vel
multũ docto videri supfluus: cum multis impigris multisq indoctis inter
quos etiã ⁊ mihi sit necessarius: breui volumine cõplicãs patrũ sentẽtias
appositis eoꝝ testimonijs: vt nõ sit necesse querẽti librorũ numerositatem
euoluere cui breuitas qd q̃rit offert sine labore. In hoc aũt tractatu: nõ so-
lum pium lectorẽ: sed etiã liberũ correctorẽ desidero maxime vbi ꝓfunda
versatur veritatis questio: q̃ vtinã tot haberet inuentores: quot habet con-
tradictores. Ut aũt quod queritur facilius occurrat. titulos quibus singu-
lorum librorum capitula distinguuntur: premisimus.

¶Incipit primus liber de mysterio trinitatis. A

Distin.j. De materia hui⁹ libri ⁊ librorū diuisione. Augusti.

VEteris ac noue legis continentiam diligēti indagine: etiam atq₃ etiā considerantib⁹ nobis preuia dei gratia innotuit sacre pagine tractatum circa res vel signa pcipue versari. vt enim egregius doctor Augustin⁹ ait libro de doctrina christiana. Omnis doctrina vel rerum est vel signorum: sed res etiā per signa discuntur. Proprie autem hic res appellantur: que non ad significandum aliquid adhibentur signa vero quorū vsus est in significādo. Eorū aūt aliqua sunt quorū oīs vsus est in significādo: nō in iustificando. i. qb⁹ nō vtimur nisi aliq̄d significādi grā. vt aliq̄ sacra legalia. Alia q̄ nō solū significāt. s₃ ↄferūt q̄ intus adiuuet sicut euāgelica sacra. Ex quo apte intelligit q̄ hic appellent signa: res ille vi₃ q̄ ad significādū aliq̄d adhibent. Omne igit signū etiā res aliq̄ est. Q̄d em̄ nulla res est vt in eodē Aug. ait: oīno nihil est. Nō aūt ecōuerso oīs res signū est: q₂ non adhibetur ad significādū aliq̄d. Cūq₃ his intēderit theologorū speculatio studiosa atq₃ modesta diuinā scripturarū formā prescriptā in doctrina tenere aduertet. De his ergo nobis aditū ad res diuinas aliquatenus intelligendas deo duce apire volētib⁹ differēdū est: ⁊ pmū de rebus postea de signis differemus.

¶De rebus communiter agit. B

Augusti. De reb⁹ q̄ fruuntur ⁊ vtuntur. Quid sit frui ⁊ quid vti. De rebus quib⁹ fruēdum est.

Id ergo in rebus considerandum est: vt in eodem Augu. ait: q̄ res alie sunt qb⁹ fruendū est: alie qb⁹ vtēdū est: alie q̄ fruūtur ⁊ vtūtur. Ille qb⁹ fruēdū est: nos beatos faciūt. Istis qb⁹ vtēdū est: tendētes ad beatitudinē adiuuamur ⁊ q̄si adminiculamur: vt ad illas res q̄ nos btōs faciūt puenire: eisq₃ inherere possim⁹. Res v̄o q̄ fruunt ⁊ vtunt nos sumus quasi itervtrasq₃ ↄstituti ⁊ angeli ⁊ sctī. Frui aūt est amore alicui rei inherere pp̄ter seipam. Uti v̄o ad qđ i vsum venerit referre: ad obtinendū illud quo fruēdū est. al's abuti est nō vti: nā vsus illicitus abusus vel abusio nominari d₃. Res igit quib⁹ fruēdū est sunt pater ⁊ fili⁹ ⁊ spūsscūs. Eadē tn̄ trinitas qdā summa res est: cōisq₃ oīb⁹ fruētib⁹ ea si tn̄ res dici d₃ et nō rerū oīm causa: si tn̄ ⁊ causa. Nō em̄ facile pōt inueniri nomē qđ tāte excellētie cōueniat: nisi qđ melius dr̄ trinitas hec vnus de⁹. Res aūt quib⁹ vtendū est: mūdus est ⁊ in eo creata. vñ Aug. in eodē. Utendū est hoc mūdo nō fruēdū vt inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta cōspiciant. i. vt de tēporalib⁹ eterna capiātur. Itē in eodē. In omnibus rebus ille tantū sunt quib⁹ fruendū est: q̄ eterne ⁊ incōmutabiles sunt. Ceteris aūt vtendū est vt ad illarū perfruitionē perueniat. Idē Augu. in. x. lib. de trini. Fruimur cognitis in quibus ip̄sis propter se voluntas delectata conquiescit: vtimur vero eis que ad aliud referimus quo fruendum est.

Augusti. De reb⁹ q̄bus vtēdū est. Rom. j. Augusti.

¶Item quid intersit inter frui et vti aliter q̄ supra. C

Augusti.

Notandum vero q̄ idem Augusti. in libro. x. de trini. aliter q̄ supra accipiēs vti ⁊ frui. sic dicit. Uti est assumere aliquid in facultatem volūtatis. Frui aūt est vti cū gaudio: nō adhuc spei sed iā rei: ideoq₃ oīs q̄ fruit vtit. Assumit em̄ aliq̄d in facultatē volūtatis cū fine delectationis. Nō aūt oīs q̄ vtit ⁊ fruit: si id qđ in facultatē volūtatis assumit: nō pp̄ter ipsum sed propter aliud appetit. Et attende quia videtur Augustinus dicere illos frui tantum qui in re gaudent: non iam in spe ⁊ ita in hac vita non videmur frui: sed tantum vti vbi gaudemus in spe: cum supra dictum sit frui esse amore inherere alicui rei propter se: qualiter etiam hic

multi adherent deo.

¶ Determinatio eorum que videntur contraria. D

Hec ergo que sibi contradicere videntur: sic determinam⁹ dicentes nos et hic ⁊ in futuro frui: sed ibi proprie et pfecte ⁊ plene vbi per speciem videbimus quo fruemur: hic autem dū in spe ambulam⁹: fruimur quidem: sed nō adeo plene. vnde in libro decimo de trinitate. Fruimur cognitis in quibus voluntas est Idem in libro de doctrina christiana ait. Angeli illo fruentes iam beati sunt: quo et nos frui desideramus: et quantuꝫ in hac vita iam fruimur: vel per speculū vel in enigmate: tanto nostrā peregrinationē et tolerabilius sustinemus: et ardentius finire cupimus. j. Cor. xiij Augusti.

¶ Alia determinatio. E

Potest etiam dici ꝙ qui fruitur etiam in hac vita: nō tm̄ habet gaudiū spei. sed etiam rei. quia iam delectaꝛ in eo quod diligit: ⁊ ita iam rem aliquatenus tenet. Constat igitur ꝙ debemus deo frui et non vti. Illo enim vt ait Aug. frueris quo efficieris beatus: et in quo spem ponis vt ad id peruenias De hoc idem ait in li. j. de doctrina christiana. Dicim⁹ nos ea re frui quā diligimus propter se: et ea re fruendū nobis esse tm̄ qua efficimur beati. ceteris vero vtendū. Frequēter tn̄ dr̄: frui cū delectatiōe vti. Cū em̄ adest quod diligiꝛ etiā delectationē secū gerit. si tn̄ p eā transiens et ad illud vbi pmanendū est eam retuleris vteris ea et abusiue non proprie diceris frui. Si vero inheseris atqꝫ permanseris finē in ea ponens leticie tue: tunc vere ⁊ proprie frui dicendus es: quod nō est faciendū nisi i illa trinitate. i. summo et incōmutabili bono. Aug. j li. de doc. xp̄ia.

¶ Utrū hominibus sit vtendū vel fruendum? F

Cum autem hoīes qui fruūtur et vtunꝛ aliis rebus res ali que sunt. Queritur vtrum frui debeant an vti: aut vtrumqꝫ. Ad quod sic respondet Augustinus in libro de doct. christiana. Si propter se homo diligendus est: fruimur eo si propter aliud vtimur eo. Uidetur aūt mihi propter aliud diligendus. Quod enim propter se diligendum est: in eo constituitur beata vita: cuius etiam spes hoc tempore nos consolatur. In homine autem spes ponenda non est: quia maledictus est qui hoc facit. Ergo si liquide aduertas: nec seipso quisqꝫ frui debet: quia non se debet diligere propter se. sed propter illud quo fruendum est. Huic autem contrarium videtur quod apostolus ad Philemonem loquēs ait. Ita frater ego te fruar in domino. Quod ita determinat Augusti. Si dixisset tantum te fruar. et non addidisset in domino videretur finem dilectionis ac spem constituisse in eo. Sed quia illud addidit. in domino se finem posuisse: eodēqꝫ frui significauit. Cum enim (vt idem Augusti. ait) homine in deo frueris: deo potius ꝙ homine frueris. Augusti. Au. in li. de doct. christiana.

¶ Hic queritur an deus fruatur an vtatur nobis. G

Sed cum deus diligat nos: vt frequenter scriptura dicit que eius dilectionē erga nos multū cōmendat querit Augu. quō diligat an vt vtens: an vt fruens et pcedit ita. Si fruitur eget bono nostro. Quod nemo sanus dixerit. Ait em̄ ppheta. Bonoꝝ meoꝝ nō eges. Omne em̄ bonū nostrū vel ipse est: vel ab ipso est. nō ergo fruitur nobis. Sed vtitur. Si em̄ nec fruitur nec vtitur non inuenio quō diligat nos. Neqꝫ tn̄ sic vtitur nobis vt nos aliis reb⁹. Nos em̄ res quib⁹ vtimur ad id referim⁹ vt dei bonitate pfruamur. De⁹ vo ad suā bonitatē vsū nr̄m refert. Ille em̄ misereꝛ nr̄i pper Au. j li. de doc. xp̄ia. Psal. xv.

Math. suam bonitatem:nos autem nobis inuicem propter illius bonitatem. Ille nostri miseretur vt se perfruamur.nos vero inuicē nostri miseremur.vt illo fruamur.Cum enim nos alicuius miseremur:⁊ alicui consulimus:ad eius quidē facimus vtilitatem eāq intuemur.sed ⁊ nostra fit cōsequens cū mise ricordia⁊ quā alijs impēdimus:non relinquit deus sine mercede.Hec aūt merces summa est:vt ipso fruamur.Itē qꝛ bonus est sumus:⁊ inq̄tū sum⁹: boni sum⁹.porro etiā qꝛ iust⁹ est:nō ipune mali sum⁹ ⁊ inq̄tū mali sumus in tantum etiam minus sumus.Ille ergo vsus quo nobis vtitur deus nō ad eius sed ad nostrā vtilitatem refertur.ad eius vero tantūmodo bonitatem.

¶Utrum vtendum an fruendum sit virtutibus. b

Hic considerandum est vtrum virtutibus sit vtendum an fruendum.Quibusdā videtur ꝙ eis sit vtendum ⁊ non fruendum:⁊ hoc cō firmant authoritate Aug.qui vt pretaxatum est:dicit nō esse fruendum nisi trinitate.i.summo ⁊ incomutabili bono.Item dicunt ideo non esse fruendū eis:qꝛ propter se amande non sunt:sed propter eternā beatitudinē⁊.Illud aūt quo fruendum est:propter se amandum est. Sed ꝙ virtutes propter se amande non sint immo propter beatitudinem solam probant authoritate

Aug. d tri. lib.xiij.c.viij. Aug.qui in lib.xiij.de trini.contra quosdam ait.Forte virtutes quas propter solā beatitudinē amam⁹ sic nobis psuadere audēt vt ipsam beatitudi nem nō amemus.Quod si faciūt etiā ipsas vtiq amare desistimus:quādo illā ꝑpter quā solā istas amauim⁹ nō amamus.Ecce his verbis videt Aug. ostendere ꝙ virtutes nō propter se:sed propter solam beatitudinem aman de sint.Qꝺ si ita est ergo eis fruendū nō est.Alijs vero contra videtur.sc⁊ ꝙ fruendum eis sit:qꝛ propter se petende ⁊ amande sunt.Et hoc cōfirmant au thoritate Amb.qui ait super illū locum epistole ad Gal. Fructus autē spi

Gal.v. ritus est charitas:gaudiū:pax:patientia.⁊c̄.hic nō nominat opera sed fru ctus:quia propter se petenda sunt:si vero propter se petenda sunt:ergo ⁊ ꝑ pter se amanda.Nos autem harum que videntur authoritatum repugnan tiam de medio eximere cupientes dicimus ꝙ virtutes propter se petende ⁊ amande sunt:⁊ tamen propter solam beatitudinem.propter se quidē amā de sunt:qꝛ delectant sui possessores sincera ⁊ sancta delectatione:⁊ in eis pa riunt gaudium spirituale.Uerūtamen non est hic cōsistendū sed vltra gra diendum.Non hic hereat dilectionis gressus:neq hic sit dilectionis termi nus sed referatur hoc ad illud summum bonum cui soli omnino inherendū est:qꝛ illud propter se tantum amandum est:⁊ vltra illud nihil querendu⁊ est.illud est enim supremus finis.Ideo Aug. dicit ꝙ eas diligimus ꝑpter so lam beatitudinē:non quia eas propter se diligamus sed qꝛ idipsum ꝙ eas diligimus referimus ad illud summū bonum cui soli inherēdū est:⁊ in eo permanendum finisq leticie ponendus quare virtutibus non est fruendu⁊. Sed dicet aliquis.Frui est amore inherere alicui rei propter seipsa⁊.vt pre dictum est.Si ergo propter se virtutes amande sunt.⁊ eis fruendu⁊ est. Ad qꝺ dicimus in illa descriptione vbi dicitur:propter seipsam intelligendum

Aug. d tri. lib.x.ca.x. est tantūmodo:vt.s.ametur propter seipsa⁊ tantū.vt nō referatur ad aliud sed ibi ponatur finis:vt supra ostendit Aug.dicens. Si inheseris atq per manseris finem ponens leticie:tunc vere ⁊ proprie frui dicendus es:qꝺ non est faciendum nisi in illa trinitate.i.summo ⁊ incōmutabili bono.Utendu⁊ est ergo virtutibus ⁊ per eas fruendum summo bono:ita ⁊ de voluntate bo na dicimus.vnde Aug.in lib.x.de trinitate ait.Uoluntas est per quam frui mur.ita ⁊ per virtutes fruimur non eis nisi forte aliqua virtus sit deus vt

charitas.de qua post tractabitur.

¶Epilogus. I

Omnium igitur que dicta sunt ex quo de rebus specialiter tractabimus hec summa est. Quod alie sunt quibus fruendū est alie quibus vtendū est: alie que fruunt̄ ⁊ vtunt̄: ⁊ inter eas quibus vtendū est: etiā quedam sunt per quas fruimur vt virtutes ⁊ potētie animi que sunt naturalia bona. De quibus oībus anteꝙ̄ de signis tractemus agendū est: ac primum de reb⁹ quib⁹ fruendū est .s. de sancta atqꝫ indiuidua trinitate.

¶De mysterio trinitatis ⁊ vnitatis. A

Hoc itaqꝫ vera ac pia fide tenendum est: ꝙ trinitas vnus sit ⁊ solus verus deus vt ait Aug. in .j. li. de tri. .s. pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus: ⁊ hec trinitas vnius eiusdēqꝫ substātie vel essentie dicit̄: credit̄ ⁊ intelligit̄: que est summū bonū: quod purgatissimis mētibus cernitur. Mentis enim humane acies inualida: in tā excellenti luce nō figitur: nisi per iustitiā fidei emūdetur. Idē in .j. li. retracta. Nō approbo quod in oratione dixi. Deus qui nō nisi mūdos verū scire voluisti. Respōderi enim potest multos etiā non mūdos multa scire vera. De hac re ergo summa ⁊ excellentissima cū modestia ⁊ timore agendū est ⁊ attētissimis auribus atqꝫ deuotis audiendū vbi querit̄ vnitas trinitatis patris scꝫ ⁊ filij ⁊ spiritussancti: qꝛ nec periculosius alicubi erratur: nec laboriosius aliquid queritur: nec fructuosius aliquid inuenit̄. Proinde omnis qui audit ⁊ legit ea q̄ de ineffabili ⁊ inaccessibili luce diuinitatis dicunt̄: studeat imitari atqꝫ seruare quod venerabilis doctor Aug. in .j. lib. de tri. de seipso ait. Nō pigebit me inquit sicubi hesito querere: nec pudebit sicubi erro discere. Quisqꝫ ergo audit hoc vel legit vbi pariter certus est: pergat mecū: vbi pariter hesitat: q̄rat mecū: vbi errorē suū cognoscit redeat ad me: vbi mecū reuocet me. Ita ingrediamur simul charitatis viam tendentes ad eū de quo dictum est. Querite faciem eius semper.

Di. ij. d̄ trinitate ⁊ vnitate s̄m ꝙ creditur. — Aug. d̄ tri. lib. j. ca. ij. — Aug. l. j. li. soliloqꝫ̄ i principio. — j. Tim. vj. — Aug. d̄ tri. lib. j. ca. ij. — Psal. ciiij.

¶Que fuerit intentio scribentium de trinitate. B

Omnes aūt catholici tractatores vt in eodē primo li. Aug. ait: q̄ de trinitate q̄ deus est scripserūt: hoc intēderūt s̄m scripturas docere. quod pater ⁊ filius ⁊ spūssctūs vnius sint substātie: ⁊ inseparabili equalitate vnus sint deus: vt sit vnitas in essentia ⁊ pluralitas i psonis. Ideoqꝫ nō sunt tres dij sꝫ vn⁹ deus: lꝫ pater filiū genuerit: ⁊ iō fili⁹ nō sit q̄ pater est filiusqꝫ a p̄re sit genitus: ⁊ iō p̄r nō sit q̄ filius est ⁊ spūssctūs nec p̄r sit nec fili⁹. sed tantum patris ⁊ filij spūs: vtriqꝫ coequalis ⁊ ad trinitatis pertinēs vnitatē. Teneam⁹ ergo patrē ⁊ filiū ⁊ spm̄sctm̄ vnū esse naturaliter deū: vt ait Aug. in libro de fide ad petrū. Neqꝫ tn̄ ipsum patrē esse q̄ filius est: nec filiū ipsum esse q̄ pater est: nec spm̄sctm̄ ipsum esse q̄ pater est aut filius. Una est em̄ patris ⁊ filij ⁊ spūssancti essentia: quam greci homousion vocāt: in qua nō est aliud pater: aliud filius: aliud spūssctūs: q̄uis sit personaliter: ali⁹ pater: alius filius: alius spiritussanctus.

Aug. i li. retracta. vbi dixi de p̄re ⁊ filio q̄ gignitꝛ queꝫ gignit vnū est dicēdūꝫ fuit vnū sūt sicut ipa veritas apte loq̄tur dicēs ego ⁊ pater vnū sumus

¶Quis ordo sit seruandus cū de trinitate agitur. C

Ceterū vt in .j. lib. de tri. Aug. docet primo s̄m authoritates sanctaꝝ scripturaꝝ: vtrū fides ita se habeat demonstrandū est. Deinde aduersus garrulos rōcinatores elatiores magis ꝙ̄ capaciores rōnibus catholicis ⁊ silitudinib⁹ ꝯgruis: ad defensionē ⁊ assertionē fidei vtendū est: vt eoꝝ inquisitionib⁹ satisfaciētes: mā̄suetos plenius instruamus: ⁊ illi si ne-

Aug. d̄ tri. lib. j. ca. ij.

quierint inuenire quod querũt de suis mẽtibus potius q̃ de ipsa veritate vel de nostra discretione conquerantur.

¶ Testimonia sanctorum de trinitate. D

Deut. vj. Proponamus ergo in mediũ veteris ac noui testamẽti au
Exod. xx. thoritates quibus diuine vnitatis atq̃ trinitatis veritas demõstret. ac pri
mũ ipsa legis exordia occurrãt vbi Moyses ait. Audi israel dñs deus tuus
de⁹ vnus est. Itẽ. Ego sum dñs deus tuus q̃ eduxi te de terra egypti: nõ erũt
Ambrosi⁹. tibi alij dij p̃ter me. Ecce hic significauit vnitatẽ diuine nature. De⁹ em̃ (vt
ait Amb. in. j. li. de trinitate) nomẽ est nature: dñs vero nomẽ est potestatis.
Itẽ alibi de⁹ loquẽs ad Moysen ait. Ego sum q̃ sum: et si q̃sierint nomẽ meũ:
Exod. iij. vade et dic eis. Qui est misit me ad vos. Dicẽs em̃. Ego sum: nõ nos sum⁹: et
Exod. xv. q̃ est nõ q̃ sum⁹ aptissime declarauit vnũ solũ deũ esse. In cãtico etiã Exod.
Genes. j. legit. Dñs oipotẽs nomẽ eius. Nõ ait: dñi vnitatẽ volẽs significare. perso-
narum quoq̃ pluralitatẽ: et nature vnitatẽ simul ostẽdit dñs in Gen̄. dicẽs.
Faciamus hoiem ad imaginẽ et similitudinẽ nostrã. Dicẽs em̃: faciamus et no
stram pluralitatẽ psonarũ ostẽdit: dicẽs ꝓo imaginẽ vnitatẽ essentie. vt em̃
dicit Aug. in li. de fide ad petrũ. Si l illa natura p̃ris et filij et spũssanctivna
esset tm̃ psona nõ diceret: faciam⁹ hoiem ad imaginẽ et similitudinẽ nostrã. Cũ
em̃ dicit ad imaginẽ nostrã ostẽdit vnã naturã esse ad cuius imaginẽ hoĩe
ret: cũ vero dicit nostrã ondit eũdẽ deum nõ vnam: sed plures esse personas.

¶ Apte ostẽdit q̃ nec solitudo nec diuersitas nec singularitas ibi est sed similitudo.

Hylari⁹ quoq̃ in li. iij. de tri. dicit his verbis significari q̃ E
in trinitate nec diuersitas est nec singularitas vel solitudo: sed similitudo et
pluralitas sine distictio. ait em̃ sic. Qui dixit. Faciam⁹ hoiez ad imaginẽ et
similitudinẽ nostram / inuicem esse sui similes / in eo q̃ dicit / imaginem et
similitudinẽ nostrã ostẽdit. imago em̃ sola est et similitudo sibi nõ est neq̃ diuer-
sitatẽ duob⁹ admisceri alterius ad alterũ similitudo permittit. Itẽ idẽ in. iiij.
li. absoluti⁹ voluit intelligi significationẽ hãc nõ ad se esse referendã tm̃ di
cendo faciam⁹ hoiem ad imaginẽ et similitudinẽ nostrã. pfessio em̃ ꝯsortij su-
stulit intelligẽtiã singularitatis: qꝛ ꝯsortiũ aliquod nec põt esse sibiip̄si so-
litario: neq̃ rursuz solitudo solitarij recipit faciam⁹: neq̃ quisq̃ alieno a se
loquit nostrã. vterq̃ ergo sermo. s. faciam⁹ et nostrã: vt solitariũ eũdẽq̃ non
patit: ita neq̃ diuersuz a se alienũq̃ significat. solitario ꝯuenit faciã et meã.
nõ solitario vero ꝯuenit dicere: faciam⁹ et nostrã vterq̃ sermo vt nõ solitariũ
tm̃: ita neq̃ differẽtẽ esse vel diuersum esse sigt. Nobis q̃z nec solitari⁹ nec di
uersus est ꝯfitẽdus: ita ergo de⁹ ad cõem sibi cũ deo imaginẽ eãdẽq̃ similitu-
Quid ex ver- dinẽ hoiem reperit opari vt nec significatio efficiẽtis admittat intelligẽtiã
bis hylarij solitudinis. nec opatio ꝯstituta ad eãdẽ imaginẽ vel similitudinẽ patiat diuer
ntelligi de sitatẽ diuinitatis. In his verbis hyla. pluralitatẽ personarũ voluit intelli
beat. gi nõ le ꝯsortij atq̃ significauit nõ le ꝯsortij vel pluralitatis nõ poni aliq̃d s;
remoueri. pluralitas em̃ vel ꝯsortiũ personarũ cũ dicit: solitudo vel singula
ritas negat cũ dicim⁹ plures esse psonas significam⁹ q̃ nõ est vna sola. Ideo
hylarius volẽs ista subtiliter et sane intelligi ait. Professio cõsortij sustulit
intelligentiã singularitatis nõ dicit posuit aliq̃d: ita etiã cũ dicim⁹ tres p-
sonas singularitatẽ et solitudinẽ tollim⁹: et q̃ p̃r nõ est sol⁹ nec fili⁹ est sol⁹:
nec spũssctũs est sol⁹ significam⁹: et q̃ nec p̃r tm̃ ẽ et fili⁹: nec p̃r tm̃ et spũssctũs:
nec filius tm̃ et spũssctũs. De hoc aũt in sequẽti pleni⁹ agetur vbi etiã sm̃ q̃d si
miles dicant tres psone et vtrũ aliq̃ mõ sit ibi diuersitas vel differẽtia ondet.

¶Ad idē qđ ceperat redit vt alias authoritates supponat. F

Nunc vero ad propositū redeamus ⁊ ad ostēdendū perso-
narum pluralitatē atq; essentie diuine vnitatē: alias sanctoꝝ authoritates
inducamus Moyses dicit. In principio creauit deus celū ⁊ terrā. per deū si-
gnificans patrē: per principiū filiū. Et ꝓ eo ꝙ apud nos deus dicit̄ hebrai-
ca veritas habet heloym qđ est plurale huius singularis qđ est hel. Quod
ergo nō est dictū hel qđ est deus: sed heloym qđ interpretari pōt dij siue iu- Genes.iij.
dices ad pluralitatē personarū refert̄. Ad quā etiā illud attinere videt̄ qđ Ps.cxviij.
dyabolus per serpentē dixit. Eritis sicut dij. Pro quo in hebrayco habet̄ he Ps.lxvij.
loym: ac si diceret. Eritis sicut diuine persone. Ille etiā maximus ꝓphetaꝝ Ps.lxxx.
⁊ regū Dauid: q̄ suā ceteris prefert intelligentiā dicēs. Sup senes intellexi:
vnitatē diuine nature ostendēs ait. Dn̄s nomē est illi nō dicit dn̄i. Alibi etiā
eiusdē vnitatē ⁊ eternitatē simul ostēdēs ait ex persona dei. Israel si me au- Ambro.
dieris nō erit in te de⁹ recēs neq; adorabis deū alienū. Aliđ hoꝝ vt dicit Am
bro. in li.j. de tri. significat eternitatē: aliđ vnitatē substātie indifferētis: vt
neq; posteriorē patre. neq; alterius diuinitatis filiū vel spm̄ sanctū esse creda
mus nā si pater posterior est filius vel spūssanctus, recēs est: ⁊ si vnius non
est diuinitatis: alienus est. Sed nec posterior est q; recēs nō est; nec alienus
q; ex patre natus est filius ex patre ꝓcedit spūssctūs. Alibi quoq; distinctio
nem personarū insinuās ait. Uerbo dn̄i celi firmati sunt: ⁊ spū oris eius oīs Ps.xxxij.
virtus eoꝝ. Alibi etiā ait. Bn̄dicat nos deus deus noster bn̄dicat nos deus Ps.lxvj.
⁊ metuāt eū oēs fines terre. Trina em̄ cōfessio dei: trinitatē exprimit perso-
narum: vnitatē vero essentie aperit cū singulariter subiungit eū. Esaias q̄z
dicit se audisse seraphin clamātia. Sctūs, sctūs, sctūs dn̄s deus. Per hoc ꝙ Esaye.vj.
dicit ter sctūs: trinitatē sig̃t: per hoc qđ subdit dn̄s de⁹ vnitatē essentie. Da-
uid quoq; eternā filij gn̄ationē apte insinuat ex ꝑsona filij dicēs. Dn̄s dixit
ad me: filius meus es tu. ego hodie genui te. De hac generatione ineffabili
Esaias ait. Generationē eius q̄s enarrabit? In li. q̄z Sap̄. eternitas filij cū
patre mōstrat̄, vbi sapiētia ita loquit̄. Dn̄s possedit me ab initio viarū sua- Psal.ij.
rum anteq̄ quicq̄ faceret a principio, ab eterno ordinata sum anteq̄ terra Esaye.liij.
fieret: necdū erāt abyssi ⁊ ego iā cōcepta erā, necdū fontes necdū mōtes aut Puer.viij.
colles ⁊ ego ꝑturiebar adhuc terrā nō fecerat, ⁊ cardines orbis terre, qn̄ ꝑpa
rabat celos aderā, qn̄ appēdebat fundamēta terre cū eo erā cūcta cōponēs,
⁊ delectabar per singulos dies ludens corā eo. Ecce apertū de eterna genitu
ra testimoniū, quo ipsa sapiētia perhibet se ante mundū cōceptā esse. ⁊ par
turiri. i. genitā ⁊ apud patrē eternaliter existere. Ipsa etiā alibi ait. Ego ex
ore altissimi ꝓdij primogenita ante omnē creaturā. Micheas quoq; prophe
ta eternā ⁊ vbi generationem ⁊ temporalem ex maria simul insinuauit dicēs.
Et tu bethleem ephrata paruulus es in milibus iuda ex te egredietur qui
sit dominator in israel, ⁊ egressus eius ab initio a diebus eternitatis.

¶Specialia testimonia de spiritu sancto. G

De spiritusancto etiā expressa documenta in veteri testa- Genes.j.
mento habemus. In Gene. enim legitur. Spiritus domini ferebatur super Ps.cxxxviij.
aquas. Et Dauid dicit. Quo ibo a spiritu tuo. In libro Sapientie dicitur. Sapien.j.
Spiritussanctus discipline effugiet fictū benignus est enim spiritus sapiē Esaye.lxj.
tie. Esa. quoq; ait. Spiritus domini super me.

¶De testimonijs noui testamenti. H

Nunc vero post testimonia veteris testamēti de fide sancte

trinitatis et vnitatis ad noui testamenti autoritates accedamus/vt in me
dio duū animaliū.i.testamentorū/cognoscatur veritas/et forcipe de alta=
abacuc. iij. ri sumatur calculus quo tangant̄ ora fideliū. Dn̄s itaq̄ christus vnitatem
Esaie. vj. diuine essentie ac personarū trinitatē/aperte insinuat dicēs apostolis. Ite
baptizate oēs gētes in nole patris et filij et spūssancti. In noie vtiq̄ ait. vt
Amb. ait in.j.lib.de tri.nō in noibus: vt vnitas essentie ostēdat̄.p noia tria
Mat.lv. que supposuit tres esse psonas declarauit. Ipse etiā ait. Ego et pater vnu3
Ambrosi⁹ sum⁹/vnū dixit vt ait Amb.in eodē Ne fiat discretio potestatis nature: ⁊ ad
didit sumus: vt patrē filiūq̄ cognoscas sc3 vt pfectus pater filiū pfectū ge=
nuisse credat̄.et q̄ pater et filius vnū sint non cōfusione persone sed vnitate
Johā. iiij. nature. Johannes quoq̄ in epistola canonica ait. Tres sunt q̄ testimoniū
j.Johā. v. phibēt i celo pr̄/vbū/et spūssctūs/ et hi tres vnū sūt. Ipse etiā i initio euāge
Johan. j. lij sui ait. In pricipio erat vbū ⁊ vbū erat apd̄ deū: ⁊ de⁹ erat vbū: vbi apte
ondit filiū semp et eternaliter fuisse apud patrē vt aliū apud aliū. Apl's
q̄3 apte trinitatē distinguit dicens. Misit deus spiritū filij sui in corda nr̄a
Gal. iiij. et alibi. Si spiritus eius qui suscitauit Jesum habitat in nobis ⁊c. Item
Rom. viij. alibi Trinitatē atq̄ vnitatē euidentissime ꝯmendat dicens. Qm̄ ex ipso ⁊ p
Roma .xj. ipsum et in ipso sunt oīa: ipsi gloria. Ex ipso ait: vt Augu. in li. de tri. ait p
Aug.d̄ tri. pter patrē.p ipsum dicit ꝑpter filiū: in ipso ꝑpter spm̄sanctū. Per hoc vero
li.ij.ca. vj. q̄ nō ait ex ipsis: per ipsos: et in ipsis: nec ait ipsis gloria sed ipsi: insinua
uit hāc trinitatē vnū deū esse: Sed quia singule pene syllabe noui testamē
ti hanc ineffabilis vnitatis atq̄ trinitatis veritate3 concorditer insinuant:
inductioni testimoniorū super hac re supsedeamus et rōnibus congruisq̄
similitudinibus ita esse prout infirmitas nostra valet. ostendamus.

Di.iij.
De trinita te et vnita= te sm̄ q̄ cre dita p rōnē intelligit̄.

Incipit ondere quō per creaturā potuerit cognosci creator. A

Apostolus nāq̄ ait: q̄ inuisibilia dei a creatura mū
di per ea que facta sunt intellecta cōspiciunt̄: sempiterna quoq̄
virtus eius et diuinitas. Per creaturā mundi intelligit̄ homo p
pter excellentiā qua excellit inter alias creaturas vel ꝑpter con
Roma. j. uenientiam quā habet cū omni creatura. Homo ergo inuisibilia dei intelle
ctu mentis conspicere potuit vel etiam conspexit: per ea que facta sunt.i.
per creaturas visibiles vel inuisibiles. A duobus enim iuuabatur.s. a natu
ra que rationalis erat: et ab operibus a deo factis: vt manifestaret̄ homini
veritas. Ideoq̄ Apostolus dicit: quia deus reuelauit illis sc3 dū fecit opa:
Roma. j. in quibus artificis aliquatenus relucet iudicium.

Prima ratio vel modus quomodo potuit cognosci deus. B

Ambrosi. Nam sicut ait Ambrosius. Ut deus qui natura inuisibilis
est etia3 a visibilibus posset sciri: opus fecit quod opificem visibilitate sui
manifestauit: vt per certum incertum posset sciri. et ille deus omnium esse
crederetur: qui hoc fecit quod ab homine impossibile est fieri. Potuerunt
ergo cognoscere siue cognouerunt vltra omnem creaturam esse illum qui
ea fecit: que nulla creaturarum facere vel destruere valet. Accedat quecūq̄
vis creatura: et faciat tale celum et terram: et dicam quia deus est. Sed q̄
nulla creatura talia facere valet. constat super omnem creaturam esse illū
qui ea fecit ac per hoc illū esse deum humana mens cognoscere potuit.

Secunda ratio qua potuit cognosci vel modus quo nouerunt. C

Alio etiã modo dei veritatẽ ductu rationis cognoscere po
tuerunt vel etiã cognouerũt.vt em̃ Aug. ait in.viij.de ciui . dei. Uiderunt
summi philosophi nullum corpus esse deum et ideo cuncta corpora trãscẽ Aug.l.viij.
derũt q̃rẽtes deũ:viderũt etiam q̃cq̃d mutabile est nõ esse sũmũ deũ oĩmq̧ li. de ci. dei
p̃ncipiũ ⁊ iõ oẽm animã mutabilesq̧ sp̃us trãscẽderũt. Deinde viderũt oẽ
qd̃ mutabile est nõ posse eẽ nisi ab illo q̃ icõmutabiliter et simplr̃ est. In=
tellexerũt ergo eũ et omnia eum fecisse:et a nullo fieri potuisse. Idẽ i eodẽ.

¶Tertia ratio vel modus. D

Cõsiderauerũt et q̃cq̃d est i substãtijs vel corp⁹ vel sp̃m:me
liusq̧ aliq̃d spiritũ esse q̧̃ corpus: s; lõge meliorẽ q̃ spiritũ eẽ fecit et corp⁹.

¶Quartus modus vel ratio. E

Intellexerũt etiã corporis speciẽ esse sensibilẽ et sp̃us spe=
ciẽ intelligibilẽ:et intelligibilẽ speciẽ sensibili p̃tulerũt.Sensibilia dicim⁹
que visu tactuq̧ corporis sentiri queũt.itelligibilia q̃ cõspectu mẽtis possunt
intelligi.Cũ ergo in eorũ conspectu et corp⁹ et animus magis minusq̧ spe=
ciosa essent.si aũt oĩ specie carere possent oĩno nulla essent:viderũt esse ali
quid quo illa speciosa facta sunt:vbi est prima et incõmutabilis spẽs:iõq̧
incõparabilis ⁊ illud esse rerũ principiũ rectissime crediderũt/qd̃ factũ non
esset/et ex quo cuncta facta essent.Ecce tot modis potuit cognosci veritas
dei. Cũ ergo deus vna sit ⁊ simplex essentia/q̃ ex nulla diuersitate partiũ
vel accidentiũ consistit/pluraliter tñ dicit apostolus. Inuisibilia dei/quia
pluribus modis cognoscit᷑ veritas dei p̱ ea que facta sũt.Ex p̱petuitate nãq̧
creaturarũ intelligit᷑ cõditor etern⁹/ex magnitudine creaturarũ op̃s/ ex or=
dine et dispositione sapiẽs/ex gubernatione bon⁹.Hec aũt omnia ad vnita
tem deitatis pertinent monstrandam.

¶Quomodo in creaturis apparet vestigiũ trinitatis. F

Nunc restat ostẽdere:vtrũ p̱ ea q̃ facta sunt aliquod trini=
tatis indiciũ vel exiguũ haberi potuerit.De hoc Aug.in li.vj. de trini.ait.
Oportet vt creatorẽ p̱ ea q̃ facta sunt intellectu cõspiciẽtes trinitatẽ intelli=
gamus. Huius em̃ trinitatis vestigiũ in creaturis apparet.Hec em̃ que ar= Aug.de tri
te diuina facta sunt ⁊ vnitatẽ quandã in se ostendũt ⁊ speciẽ ⁊ ordinẽ. Nã ni.li.vj.c.x
quodq̧ horũ creatorũ ⁊ vnũ aliq̃d est/sicut sunt nature corporũ ⁊ ingenia
animarũ.et aliqua specie format᷑/sicut sunt figure vel qualitates corporũ
ac doctrine vel artes animarũ:et ordinẽ aliquem petit aut tenet:sicut sunt
pondera vel collocationes corporũ:et amores vel delectatiões animarũ: et
ita in creaturis p̱lucet vestigiũ trinitatis. In illa em̃ trinitate summa ori=
go est omniũ rerũ et p̱fectissima pulchritudo et beatissima delectatio.Sũ=
ma autem origo(vt Aug.ostendit in li.de vera religione)intelligit᷑ deus pa
ter a quo sunt oĩa:a quo filius et sp̃ussanctus . perfectissima pulchritudo
intelligit᷑ fili⁹.s.veritas patris nulla ex parte ei dissimilis quem cum ipso
et in ipso patre veneramur.que forma est omniũ que ab initio facta sunt
et ad vnum referuntur que tamen omnia nec fierent a patre per filium neq̧
suis finibus salua essent:nisi deus summe bonus esset:qui et nulli nature
que ab illo bona esset inuidit:et vt in bono ipso maneret alia q̧̃tum vellet:
alia q̧̃tum posset dedit. que bonitas intelligitur spiritus sanctus qui est
donum patris et filij:quare ipsum donum dei cum patre et filio eque incõ
mutabile colere et tenere nos conuenit. Per considerationẽ itaq̧ creatura=
rum vnius substantie trinitatẽ intelligimus.s.vnũ deum patrem a quo sun=

mus et filium per quē sumus: et spiritū sanctū in quo sumus. s. principium ad quod recurrimus: formā quam sequimur: et gratiā qua reconciliamur vnū. s. quo auctore conditi sumus: et similitudinē eius p quā ad vnitatē reformamur. et pacē qua vnitati adheremus. s. deū qui dicit. Fiat: et verbum per quod factū est omne quod substantialiter et naturaliter est: et donū benignitatis eius: qua placuit quod ab eo per verbū factū est. et recōciliatū est auctori vt non interiret. Ecce ostensum est qualiter in creaturis aliquatenus imago trinitatis indicatur: non enim per creaturarū contemplationem sufficiens notitia trinitatis potest haberi vel potuit sine doctrine vel interioris inspirationis reuelatione. Unde illi antiqui philosophi quasi p vmbrā et de longinquo viderunt veritatē: deficientes in cotuitu trinitatis: vt magi pharaonis in tertio signo. Adiuuamur tñ in fide inuisibilium per ea que facta sunt.

¶ Quomodo in anima sit imago trinitatis. G

Nūc vero ad eā eam peruenimus disputationē vbi in mēte humana que nouit deū vel potest nosse trinitatis imaginē reperiamus. Ut enim ait Aug. in. xiiij. li. de trini. Licet humana mens non sit eius nature cuius deus est: imago tamen illius quo nihil melius est: ibi querenda et inuenienda est quo natura nostra nil habet melius. i. in mente. In ipsa etiā mente anteq̄ sit particeps dei eius imago reperitur. et si enim amissa dei participatione deformis sit imago dei tñ permanet. Eo enim ipso imago dei est mens quo capax eius est: eiusq; particeps esse potest. Iam ergo in ea trinitatē q̄ deus est inquiramus. Ecce enim mens meminit sui. intelligit se diligit se. hoc si cernimus cernimus trinitatē. nondū quidē deū. sed imaginem dei. Hic enim quedā apparet trinitas memorie: intelligentie: et amoris. Hec ergo tria potissimū tractemus. memoriā / intelligentiā voluntatē. Hec ergo tria vt Aug. ait in li. x. de trini. nōn sunt tres vite. sed vna vita: nec tres mentes sed vna mens vna essentia. Memoria vero dicitur ad aliquid et intelligentia et voluntas siue dilectio similiter ad aliquid dicitur: vita vero dicitur ad seipsam: et mens et essentia. Hec ergo tria eo vnum sunt quo vna vita: vna mens: vna essentia. et quicquid aliud ad seipsa singula dicūtur etiā simul nō pluraliter: sed singulariter dicunt. Eo vero tria sunt quo ad seinuicem referuntur.

Aug. de trini. lib. xiiij. ca. vij. — *Tria ostendit eē i aia q̄ relatiue dr̄ r equalia sunt. s. memoriā: intelligētiā r dilectionē. Aug. d̄ tri. lib. x. ca. xi. Subtilissima r congrua similitudo*

¶ Quō equalia sint: quia capiunt a singulis oia et tota. H

Equalia etiam sunt non solum singula singulis: sed etiam singula oibus alioquin nō se inuicē caperēt se aūt inuicē capiunt. Capiunt enī et a singulis singula. r a singulis oia. Memini enī me habere memoriā et intelligentiā / r volūtatē: r intelligo me intelligere r velle atq; meminisse r volo me velle r meminisse r intelligere.

Math. Augusti. Hic ōndit quō oia a singulis capiuntur.

¶ Quomodo tota illa tria memoria capiat. I

Totāq; meā memoriā et intelligētiā et volūtatē simul meminí. Quod enim memorie mee non memini illud non est in memoria mea / nihil autem tam in memoria est q̄ ipsa memoria / totam ergo memini. Itē quicquid intelligo / intelligere me scio r scio me velle quicquid volo / quicquid autem scio memini. Totam ergo intelligentiam r totamq; voluntatem meam memini.

¶ Quomodo illa tria tota capiat intelligentia. K

Augusti. Similiter cū hec tria intelligo tota simul itelligo neq; enī

quicq̃ intelligibilium est quod non intelligam nisi quod ignoro. Quod autem ignoro nec memini nec volo. Quicquid ergo intelligibiliũ non intelligo/ cõsequenter etiam nec memini nec volo. Quicquid ergo intelligibilium memini et volo cõsequenter intelligo.

¶Quomodo illa tota capiat voluntas.

Voluntas etiam mea totã intelligentiã totãq̃ meã memoriã capit dum vtor toto eo quod intelligo et memini. cum itaq̃ inuicẽ a singulis et oĩa et tota capiantur/equalia sunt tota singula totis singulis/et tota singula simul omnibus totis et hec tria vnum vna vita/vna mens/vna essentia. Ecce illius summe vnitatis atq̃ trinitatis/vbi vna est essentia et tres persone imago est humana mens/licet impar. Mens autem hec pro animo ipso accipitur/vbi est illa imago trinitatis proprie vero mens dicitur. vt ait Augusti. Non ipsa anima sed quod in ea est excellentius qualiter sepe accipitur. Illud etiam sciendum est q̃ memoria non solum est absentium et preteritorum: sed etiam presentium. vt ait Aug. in. xiiij. li. de trini. alioquin non se caperet. Augustin⁹

¶Ex quo sensu illa tria dicant̃ esse vnũ et vna essentia queritur. M.

Hic attendendũ est diligenter ex quo sensu accipiendum sit quod sit supra dixit illa tria scz memoriã intelligentiã et volũtatẽ esse vnum: vnã mentẽ vnã essentiã. quod vtiq̃ nõ videtur esse verum iuxta proprietatem sermonis. Mens enim .i. spiritus rationalis essentia est spiritualis et incorporea. Illa vero tria naturales proprietates seu vires sunt ipsius mentis: et a seinuicem differunt: quia memoria non est intelligentia vel voluntas: nec intelligentia voluntas siue amor.

¶Quod etiã ad seinuicẽ dicuntur relatiue. N

Et hec tria etiam ad seipsa referuntur: vt ait Aug. in. ix. li. de trini. Mens enim amare seipsam vel meminisse non potest: nisi etiam nouerit se. Nam quomodo amat vel meminit quod nescit. Miro itaq̃ modo tria ista inseparabilia sunt a seipsis: et tamen eorum singulum et simul oĩa vna essentia est. cum et relatiue dicantur adinuicem. Aug. ð tri. lib. ix. ca. ij. Magister.

¶Hic aperit̃ qð supra querebat̃. s. quõ hec tria dicant̃ vnum. O

Sed iam videndũ quomodo hec tria dicant̃ vna substantia. Ideo quia scilicet in ipsa anima vel mente substantialiter existunt non sicut accidentia in subiectis que possunt adesse vel abesse. vnde Aug. in. ix. lib. de trini. ait. Admonemur si vtcumq̃ videre possumus: hec in animo existere substantialiter tanq̃ in subiecto: vt color in corpore quia et si relatiue dicuntur ad inuicem/singula tamen substantialiter sunt in substantia sua. Ecce ex quo sensu illa tria dicantur esse vnum vel vna substantia. Que tria vt Augu. ait in. xv. lib. de trinita. in mente naturaliter diuinitus instituta quisquis viuaciter perspicit: et q̃ magnum sit in ea vnde potest etiam sempiterna immutabilisq̃ natura recoli conspici: concupisci: reminiscitur enim per memoriam: intuetur per intelligentiam: amplectitur per dilectionem. profecto reperit illius summe trinitatis imaginem. Aug. ð tri. li. ix. c. iiij. Magister. Aug. ð tri. li. xv. c. xx.

¶Quod in illa similitudine est dissimulitudo. P

Veruntamen caueat ne hanc imaginem ab eadem trinita

te factam ita ei comparet: vt omnino existimet similem: sed potius in qualicunque ista similitudine magnã quoque dissimilitudinẽ cernat.

¶ Prima dissimilitudo. Q

Quod breuiter ostendi põt. Nõ vnus per ista tria meminit intelligit: diligit qui nec memoria est: nec intelligentia: nec dilectio: sed hec hʒ. Unus ergo hõ est q̃ hʒ hec tria. nõ ipse est hec tria. In illius vero summa simplicitate nature que deus est q̃uis vnus sit deus. tamẽ tres persone sunt pater et filius et spũssanctus: et he tres persone sunt vnus deus. Aliud est ita

q. ppt illa tria hõ dr̃ imago. que trinitas res ipsa: aliud imago trinitatis in re alia: propter quã imaginem etiã illud in quo sunt hec tria imago dr̃. s. homo. Sicut imago dr̃ et tabula et pictura que est in ea: sed tabula nomine imaginis appellatur propter picturam que est in ea.

¶ Altera dissimilitudo. R

Rursus ista imago que est homo habens illa tria vna persona est: illa vero trinitas nõ vna persona est: sed tres persone: pater filii: et filius patris: et spũs patris et filii. Itaque in ista imagine trinitatis non hec tria vnus homo: sed vnius hoĩs sunt. In illa vero summa trinitate cuius hec imago est: non vnius dei sunt illa tria sed vnus deus: et tres sunt ille persone non vna persona. Illa enim tria nõ homo sunt: sed hoĩs sunt vel in homine sunt. Sed nunquid possumus dicere trinitatem sic esse in deo vt aliquid dei sit nec ipsa sit deus. Absit vt hoc credamus. Dicamus ergo in mẽte nostra imaginem trinitatis: sed exiguã: et qualẽcunque esse que summe trinita-

Aug. de tri. libr. xiiii. c. xii. tis ita gerit siltudinẽ: vt ex maxia pte sit dissimilis. Sciẽdũ vero estque hec trinitas mentis vt ait Augustinus in. xiiii. libro de trinitate. Nõ ppterea tantum imago dei est: qr sui meminerit mens et intelligit ac diligit: sed qr põt etiã meminisse: et intelligere: et amare illũ a quo facta est.

¶ Alia assignatio trinitatis in aĩa. s. mens: notitia et amor. S

Aug. de tri. li. ix. c. iiii. **Potest etiã alio modo aliisque noĩbus distingui trinitas** in aĩa que est imago illius summe et ineffabilis trinitatis. vt enĩ ait Aug.

Ibidem. ix. lib. de trini. Mens et notitia eius et amor tria quedã sunt. Mens enĩ nouit se et amat se: nec amare se põt nisi etiam nouerit se. Duo quedam sunt: mens et notitia eius. Item duo quedam sunt mens et amor eius. Cum er-

Quõ ea dicantur esse vnum. go se nouit mẽs et amat se manet trinitas: scilicet mẽs: amor et notitia. mẽs aũt hic accipit̃ nõ pro aĩa. sed pro eo qd in aĩa excellentius est. hec autem tria cũ sint distincta a seinuicem: dicuntur tamen esse vnum: quia in animo substantialiter existunt.

¶ Quõ mẽs vice pr̃is: notitia filii: amor spũssanctus accipitur. T

Et est ipsa mẽs quasi parens: et notitia eius quasi proles eius. Mens enĩ cum se cognoscit notitiam sui gignit. et est sola parens sue noticie. Tertius est amor qui de ipsa mẽte et noticia pcedit dũ mens cognoscit se: et diligit se. nõ enĩ posset se diligere: nisi cognosceret se. Amat etiam placitã prolẽ. i. notitiam suaʒ. et ita amor quidã cõplexus est parẽtis et plis.

¶ Qd non est minor mente noticia nec amor vtroque. X

Nec est minor proles parente: dũ tantã se nouit mens quãta est nec minor est amor parẽte et prole. idest mente et noticia: dum tantuʒ se diligit mens quantum se nouit et quanta est.

¶ Qd hec tria in seipsis sunt. X

Sunt etiam hec singula in seipsis: quia et mēs amans in amore est: ꝛ amor in amantis noticia ꝛ noticia in mente noscente est. Ecce in his tribus qualecunqꝫ vestigium trinitatis apparet.

Quō mēs per ista proficit, ad intelligendum deum. y

Mēs itaqꝫ rationalis cōsiderās hec tria: et illā vnā essentiā in qua illa sunt: extendit se ad cōtemplationem creatoris ꝛ videt vnitatem in trinitate: ꝛ trinitatem in vnitate. Intelligit eñi vnū deum esse vnaꝫ essentiam: vnum principium. Intelligit eñi: qꝛ si duo essent vel vterqꝫ insufficiēs esset: vel alter superflueret: qꝛ si aliqd deesset vni qd haberet alter non esset ibi summa perfectio. Si vo nihil vni deesset qd haberet alter: cū in vno essent omnia: alter superflueret. Intellexit ergo vnum esse deū oim auctorē ꝛ vidit qꝛ absqꝫ sapientia non sit quasi res fatua: ꝛ ideo intellexit eum habere sapientiam que ab ipso genita est: ꝛ qꝛ sapientiam suam diligit intellexit etiam ibi esse amorem.

Hic de summa trinitatis vnitate. 5

Quapropter iuxta istam cōsideratione: vt ait August. in ix. lib. de trinitate. credamus patrē ꝛ filium ꝛ spm̄sanctum vnum esse deū vniuerse creature cōditorem ꝛ rectorē nec patrē esse filium nec spm̄sanctuꝫ vel patrē esse vł filiū sed trinitatē relatarū adinuicē personarum. Ut enim ait ipse in libro de fide ad Petrū. Una est natura siue essentia patris ꝛ filij ꝛ spūssancti non vna persona. Si eñi sic esset vna persona: sicut est vna substantia patris ꝛ filij ꝛ spūssancti veraciter trinitas non diceretur. Rursus quidem trinitas esset vera. sed vnus deus trinitas ipsa non esset. si quēadmodū pater ꝛ filius ꝛ spiritussanctus personarū sunt abinuicem proprietate distincti sic fuissent quoqꝫ naturarum diuersitate discreti. Fides aūt patriarcharum: pphetarū atqꝫ apostolorū vnum deū predicat trinitateꝫ esse. In illa ergo sancta trinitate vnus est deus pater qui solus essentialiter de seipso filium vnum genuit. ꝛ vnus filius est qui de vno patre solus essentialiter natus ꝛ vnus spūssanctus qui solus essentialiter a patre filioqꝫ procedit. Hoc aūt totū non pōt vna persona. i. gignere ꝛ nasci de se ꝛ procedere de se. vt eñi ait Augustinus in. j. lib. de trinitate. Nulla res est que seipsum gignat vt sit. Aug. ð tri. li. ix. c. j. / Aug. ð tri. libro. j. c. j.

Hic queritur vtrum cōcedendū sit ꝙ deus se genuerit. A

HIc oritur questio satis necessaria. Constat enim ꝛ irrefragabiliter verum est: ꝙ deus pater genuit filium. Ideo queritur vtrum cōcedendum sit ꝙ deus genuit deū. Si eñi deꝰ genuit deū videtur ꝙ aut se deū aut alium deum genuerit. Si vo alium deum genuit. non est tantū vnus deus. Si aūt seipsum deū genuit aliqua res seipsam genuit. Ad quod respondentes dicimus sane ꝛ catholice concedi ꝙ vnus vnum genuit: ꝛ ꝙ deus deuꝫ genuit. qꝛ deus pater deū filium genuit. In simbolo quoqꝫ scriptum est. Lumen de lumine deum verum de deo vero. Quod vero additur ergo genuit se deum. vel alium deuꝫ neutrum concedendum esse dicimus. Quod alium deum non genuit: manifestum est: quia vnus tantum deus est. Quod auteꝫ seipsum non genuit ostendit Augu. in. j. lib. de trinit. dicens. Qui putāt eius potentie esse deū: vt seipsum ipse genuerit: eo plus errant ꝙ non solum deus ita non est: sed nec spiritualis neqꝫ corporalis creatura. Nulla eñi res est que seipsum gignat vt sit. ꝛ ideo non est credendum vel dicēdū ꝙ deus genuit se. Distin. iiij. De ꝯpatōe gñatōis ad tminū esse tialē cōcretū qualis ē hoc nomen deus. Solutio. Aug. ð tri. libro. j. c. j.

¶Alia questio de eodem.

Responsio **Sed adhuc opponunt garruli ratiocinatores dicentes.** Si deus pater genuit deum. aut genuit deum qui est deus pater. aut deū qui nō est de⁹ pater. Si genuit deū qui nō est pater ergo de⁹ est q̄ nō est de⁹

Responsio pater. non ergo vnus tantum deus est. Si vero genuit deum qui est deus pater: ergo genuit seipsum. Ad quod respondemus determinantes istam propositionem qua sic proponunt. Si deus pater genuit deum: aut deū qui est deus pater aut deum qui non est deus pater. Hoc enī sane et praue intelligi pōt. Et ideo respondendum est ita. Deus pater genuit deum qui est ipse pater. Hoc dicimus esse falsum et concedimus alteram scilicet: genuit deū qui non est pater: nec tamen genuit alterum deum nec ille qui genitus est alius deus quam pater: sed vnus de⁹ cū patre. Si vero addit: genuit deum qui non est deus pater: hic distinguimus: quia dupliciter potest intelligi genuit deum qui non est deus pater scilicet deum filium qui filius non est pater qui deus est. hic sensus verus est. Si vero intelligatur sic: genuit deum qui non est deus pater. id est qui nō est deus qui pater est hic sensus falsus est. Unus enim et idem deus est pater et filius et spiritussanctus: et econuerso pater et filius et spūssanctus vnus est deus.

¶Opinio quorundam dicentium tres personas esse vnum deum: vnam substantiam: sed non econuerso: scilicet vnum deum vel vnam substantiam esse tres personas. ¶

Quidam tamen veritatis aduersarij concedunt patrem et filium et spiritum sanctum: siue tres personas esse vnum deum: vnā substantiam. sed tamen nolunt concedere vnum deum siue vnam substantiā esse tres personas dicentes diuinam substantiam predicari de tribus personis non tres personas de substantia diuina. Fides autem catholica tenet ac predicat. et tres personas esse vnum deum: vnam substantiam: siue essentiam: siue naturam diuinam et vnum deum siue essentiam diuinam esse tres personas. Unde Augustinus in primo lib. de trinitate ita ait. Re

Inducit cōtra eos auctoritates Augustin⁹ cte ipse deus trinitas intelligitur beatus solus et potens. Ecce quam expresse dixit: ipse deus trinitas vt ostenderet et ipsum deum esse trinitatem: et trinitatem ipsum deum. Item in eodem. In verbis inquit illis apostoli quib⁹ de aduentu christi agens dixit. Quem ostendit beatus et solus potens rex regū et dominus dominantium: qui solus habet immortalitatē etc. nec pater proprie nominatus est: nec filius nec spiritussanctus. sed beatus et sol⁹ et potens. id est vnus solus deus verus qui est ipsa trinitas. Ecce et hic aperte dicit vnum solum verum deum esse ipsam trinitatem: et si vnus deus trinitas est: ergo vnus deus est tres persone. Item in libro quinto de trinitate. Non tres deos: sed vnum deum dicimus esse ipsam prestantissimam tri

Augustin⁹ nitatem. Item in libro de fide ad Petrū in expositione simboli. Satis est christiano rerum creatarum causam visibilium siue inuisibiliū nō nisi bonitatem credere creatoris qui est deus verus et vnus: nullamq̄ esse naturā

Augustin⁹ q̄ non aut ipse sit aut ab ipso eā esse trinitatē patrē. s. et filiū et spiritum sanctum. Item Augu. in sermone de fide. Credimus vnum deū vnam esse diuini nominis trinitatem. Idem in. vj. lib. de trini. Dicimus deum solum esse ipsam trinitatem. Ecce his et alijs pluribus auctoritatibus euidenter ostenditur dicendum esse et credendum: q̄ vnus deus est trinitas et vna substantia tres persone: sicut econuerso trinitas dicitur esse vnus deus: et tres persone dicuntur esse vna substantia.

¶Redit ad premissam questionem. scilicet an deus pater se deum an alium deum genuerit. D

Nunc ad premissam questionem revertamur vbi querebatur an deus pater genuerit se deum/ an alium deum? Ad quod dicim⁹ neutrum fore concedendum. Dicit tamen Augustinus in epistola ad maximinū/ quod deus pater se alterum genuit/ his verbis. Pater vt haberet filium de seipso non minuit se ipsum/ sed ita genuit de se alterum: vt totus maneret in se/ ⁊ esset in filio tantus quantus ⁊ solus. Quod ita intelligi potest. i. de se alterum a se genuit/ non vtique alterum deum: sed alteram personam/ vel genuit se alterum: idest genuit alterum qui hoc est quod ipse. Nam ⁊ si alius sit pater: quam filius: non est tamen aliud quam filius sed vnum.

Augustin⁹

¶Hic queritur an pater genuit diuinam essentiam vel ipsa filium an essentia genuit essentiam. vel ipsa; nec genuit nec genita est. A

Di. quinta. De ꝯpatione gñatōis ad terminū essentia lʒ abstractuʒ q̄ ē eēntia. Rō pma q̄re ita sit.

Post hec queritur vtrum concedendum sit ꝙ pater genuit diuinam essentiam: vel quod diuina essentia genuit filium/ vel essentia genuit essentiam. an omnino non genuit nec genita est diuina essentia. Ad quod catholicis tractatoribus cōsentientes dicimus quod nec pater genuit diuinam essentiam: nec diuina essentia genuit filium/ nec diuina essentia genuit diuinam essentiam. Hic autem nomine essentie intelligimus diuinam naturam/ que communis est tribus personis/ ⁊ tota in singulis. Ideo non est dicendum quod pater genuit diuinam essentiam/ quia si pater diceretur genuisse diuinam essentiam: diuina essentia relatiue diceretur ad patrem vel pro relatiuo poneretur. Si autem relatiue diceretur/ vel pro relatiuo poneretur/ non indicaret essentiam. Ut enim ait Augustinus in lib. v. de trinita. Quod relatiue dicitur non indicat substantiam.

¶Secunda ratio. B

Augustin⁹

Item cum deus pater sit diuina essentia si eius esset genitor esset vtique genitor eius rei que/ ipse est/ ⁊ ita eadem res seipsam genuisset/ Quod Augustinus negat vt supra ostendimus.

¶Tertia ratio ⁊ potior. C

Itē cum sit pater est genitor essentie diuine cum ipse essentia diuina sit. et deus sit/ eo ergo quod generat ⁊ est ⁊ deus est. Ita ergo non illud quod generatur est a patre deus/ sʒ pater eo quod generat ⁊ est ⁊ deus est/ ⁊ si ita est non genito gignens: sed gignenti genitum causa est vt ⁊ sit ⁊ deus sit. Simili ratione probat Augustinus in libro septimo de trinitate. Quod pater nō est sapiēs sapientia qua genuit/ q̄ si ea sapiens est ea est. Hoc enim est sibi esse quod sapere. Quod si hoc est sibi esse quod sapere/ non per illam sapientiam quam genuit pater sapiens est. Quid eñ aliud dicimus/ cum dicimus hoc illi est esse quod sapere: nisi eo est quo sapiens est. Ergo que causa illi est vt sapiens sit/ etiam ipsa illi causa est vt sit. Si ergo sapientia/ quam genuit illi causa est vt sapiens sit: ⁊ causa illi est vt sit. Sed causam patri qua sit a patre genitam/ nullo modo quisquam dixerit sapientiam. Quid enim est insanius? Ita ergo si pater genuit essentiam qua est: essentia quam genuit causa est illi/ vt sit. Non ergo ipsam qua est essentiam genuit. Nā in illa simplicita

te vt inq̄t Aug⁹.q: nō est aliud sapere ꝙ esse: eadē est ibi sapiētia q̄ essen-
tia. Ideoqꝫ qđ de sapiētia hoc de essentia dicimus. Sicut ergo nō genuit sa-
piētiā qua sapiēs est/ita nec essentiā qua est. Ut em̄ sapiētia sapiens est et
potētia potēs: ita ⁊ essētia ip̄e est. Eadēqꝫ sapiā est ⁊ potētia q̄ essentia. Pa
tet itaqꝫ ex predictis: quia pater essentiā diuinam non genuit.

¶ Hic aduersari videtur Augustinus. D.

Augustin⁹ Huic autem videtur contrarium quod Augu. ait in libr.
de fide ad Petrū. Deus cum verbum genuit: id qđ ip̄e est genuit: nec de ni-
hilo nec de aliqua iā facta conditaqꝫ materia: sed de seipso id qđ ipse est.
Item deus pater q̄ verissime se indicare animie cognituris/⁊ voluit et po-
tuit/hoc ad seipsum indicandū genuit quod est ipse qui genuit. Ecce aper
te dicit his verbis deū patrē genuisse illud quod ipse est. Illud aūt quod
ipse est nō est nisi diuina essentia: videt̄ ergo diuinā essentiā genuisse. Ad
qđ respondemus illa verba sic intelligenda esse dicentes. Pater de seipso
genuit illud qđ ipse est id est filium qui est illud qđ pater est. Nam qđ pa
ter est: et filius hoc est/sed non qui pater est et filius hic est.

¶ Alias partes questionis exequitur. E

Ita etiam non est dicendum ꝙ diuina essentia genuit fi-
lium q: cū filius sit diuina essentia: iam esset filius res a qua generatur: et
ita eadem res seipsam generaret. Ita etiā dicim⁹ ꝙ essentia diuina nō ge
nuit essentiā. Cū em̄ vna ⁊ summa q̄dā res sit diuina essētia si diuina essen
tia essentiā genuit: eadē res seipsam genuit qđ oīno esse nō potest sed pa-
ter solus genuit filiū: et a patre ⁊ filio procedit spiritussanctus.

¶ Que videantur predictis esse contraria. F

Aug. đ tri. li. vij. ca. j. Predictis autē videtur cōtrarium esse quod dicit Augu.
in li. vij. de trini. Hoc inq̄t est deo esse quod sapere. vnde pater ⁊ fili⁹ simul
sunt vna sapiētia: q: vna essentia ⁊ sigillatim sapientia d: sapientia sicut
essentia de essentia. Ecce his verbis aperte dicit Augustin⁹ sapiētiā de sa-
piētia: et essentiā de essentia vbi videt̄ significare ꝙ sapiētia sapiētiam: et
essentia genuerit essentiā. Idē in libro de fide ad Petrū ait. Sic christū dei
filiū id est vnā ex trinitate ꝑsonā deū verū crede: vt diuinitatē ei⁹ de natu-
ra patris natū esse non dubites. Hic videt̄ dicere ꝙ natura filij sit nata de
Determia- natura patris. idē in li. xv. de trinitate ait. Dicit̄ fili⁹ cōsiliū de cōsilio ⁊ vo
tio eoruꝫ q̄ lūtas de volūtate: sicut substātia: de substātia sapiētia de sapiētia. Et hic
videtur cō- videt̄ dicere ꝙ substātia sit genita de substātia. et sapientia de sapientia.
traria. Sed hoc ita determinam⁹: sapiētia de sapiētia: et substantia de substātia
est. id est fili⁹ q̄ est sapiētia: q̄ est substantia: est de patre q̄ est eadē substan
tia ⁊ sapiētia: ⁊ fili⁹ q̄ est diuinitas natus est de patre q̄ est natura diuina.
Et vt expressius dicam⁹ dicim⁹ filiū sapientiā esse de patre sapientia: ⁊ di
Aug. đ tri. cimus filiū substantiā esse genitū de patre ⁊ a patre substātia. Qđ aūt ita
lib. vij. c. j. intelligi debeat. Augu. ostēdit in lib. vij. de tri. dicēs. Pater ipse sapientia
est: et dicit̄ filius sapiētia patris quō đr lumen patris. i. sicut lumen de lu
Idem. c. j. mine et vterqꝫ vnū lumē: sic intelligatur sapiētia de sapiētia et vterqꝫ vna
sapiētia ⁊ vna essentia. Itē ideo xp̄s dicit̄ virtus ⁊ sapiētia dei: q: de patre
virtute ⁊ sapiētia: etiā ipse virtus ⁊ sapiētia est: sicut ipse lumen de patre
lumine est et ipse fons vite est apud deū patrē fontem vite. Filius ergo sa
pientia de patre sapiētia est: sicut filius lumē de patre lumine: ⁊ de⁹ filius
de deo patre: vt ⁊ singulus sit lumē et singulus deus: ⁊ singulus sapiētia:

et simul vnū lumē: vnus de⁹: vna sapiētia. Ecce manifeste his verbis apit Augustin⁹ ex quo sensu accipienda sint p̄dicta verba et his similia scilicet cum dicitur substantia de substantia vel substantia genuit substantiam.

¶Qd videtur predicte expositioni contrarium. g

Huic vero etiam id cōtrariū videtur quod Hylarius ait in.iiij.lib.de tri. Nihil inquit nisi natū habet filius et geniti honoris admiratio in honore generātis est. Cū ergo filius essentiā habeat (tota enim in eo est diuina essentia) videt̄ q̄ ipsa diuina essentia nata sit. Itē in.v.li. ait. Natiuitas dei nō potest eā ex qua prouecta est nō tenere naturam: nec enī aliud q̄ȝ de⁹ subsistit qd nō aliunde q̄ȝ de deo subsistit. Ecce hic dicit natiuitatē dei prouectā ex natura: et ita videt̄ ex his verbis atq̄ȝ predictis naturā dei et genitā et genuisse. Quod apertius dicit in libr.ix.de tri. Nos inquit vnigenitū deū in forma serui manentē: in natura dei mansisse ꝯfitemur: nec vnitatē forme seruilis in naturā diuine vnitatis refundimus: nec rursum corporali insinuatiōe patrē in filio predicam⁹. Sed ex eo eiusdem generis genitā naturā naturaliter in se gignētē habuisse naturā, q̄ in forma nature se gignētis manēs formā nature corporalis et infirmitatis acceperit. Nō enī defecerat dei natura ne esset, sed in se humilitatē terrene natiuitatis manens sibi dei natura susceperat generis sui potestatē in habitu assumpte humanitatis exercēs. Ecce hic aperte dicit et naturā genuisse, et naturā genitam, et naturā assumpsisse naturam. quod a plerisq̄ȝ negatur. Itē in eodē. Nunquid vnigenito deo contumelia est patrem sibi innascibilem deum esse: cum ex innascibili deo natiuitas vnigenita in naturam vnigenitam subsistat. Ecce et hic dicit vnigenitam naturam.

Hylarius. Qd natura dei ī forma sua manēs formā nature et infirmitatis corporalis acceperit. Qd natura dei nō ē minuta in assumptiōe.

¶Quomodo sunt intelligēda p̄missa verba Hylarij. h

Sed q̄ȝ hec verba sane vult intelligi: ipse idē dicit in quarto lib. Intelligentia dictorū ex causis est assumēda dicendi. q̄ȝ nō sermoni res: sed rei est sermo subiect⁹. Hec ergo verba ita intelligi possunt. Nihil habet fili⁹ nisi natum. i. nihil habet fm̄ q̄ deus est nisi qd nascēdo accepit: et ipse nascēdo patris in se subsistentē naturā habuit. vnde idē Hylarius addit in q̄nto lib. Eādē naturā habet genitus: quā ille q̄ genuit: ita tamen vt natus nō sit ille q̄ genuit. Nā quō erit p̄r ipse cū genit⁹ sit. Sȝ in his ipsis subsistit ille q̄ genit⁹ est: in quib⁹ totus est ipse q̄ genuit: q̄ȝ non est aliūde qui genitus est: et ideo nō refert̄ ad aliud qd in vno subsistit et ex vno. Ac si in generatiōe filij et naturā suaȝ: vt ita dicam: sequitur indemutabilis de⁹ indemutabilem deū gignēs: nec naturā suam deserit ex indemutabili deo indemutabilis dei perfecta natiuitas. Subsistentem ergo in eo dei naturam intelligamus: cū in deo de⁹ insit. Nec preter eum qui deus est quisq̄ȝ deus alius sit: quia ipse deus et in eo deus. Nature ergo dei patris veritas in deo filio esse docetur: cum in eo deus intelligitur esse qui de⁹ est. Est enim vnus in vno et vnus ab vno.

Hylarius. Expositionē ꝯfirmat per verba eiusdem.

¶Quod legitur pater de sua substantia genuisse filium et filius substantiam patris. i

Dicitur quoq̄ȝ et frequēter in scriptura legitur Patrem de sua substantia genuisse filium. vnde Augustinus. in libr. de fide ad Petrum ait. Pater deus de nullo genitus deo, semel de sua natura sine initio genuit filium deum sibi equalem et eadem qua ipse naturaliter eternus est diuinitate coeternum. Ecce hec dicit. Augusti. filium genituȝ de natura

Augusti.

Aug. cōtra arriū & do natum. patris. Est autem vna natura patris et filij et spūssancti. Si ergo de natura patris genitus est filius/ genitus est de natura filij et spūssancti immo de natura trium personarū. Idē quoqꝫ Augu. in lib. xv. de trini. dicit chrm

Augusti. stum esse filiū substātie patris/ & de substātia patris genitū tractās illud verbū apostoli loquētis de deo patre sic. Qui eruit nos de potestate tene-

Coll. j. brarum. et transtulit in regnum filij charitatis sue. Quod dictum est inquit: filij charitatis sue/ nihil aliud intelligitur ꝙ̄ filij sui dilecti / ꝙ̄ filij substātie sue. Charitas quippe pr̄is q̄ i natura ei⁹ ē ineffabiliter simplici nihil ē aliud ꝙ̄ ipa natura absqꝫ substātia: vt sepe dixim⁹. & sepe iterare non piget ac p hoc fili⁹ charitatis ei⁹ null⁹ ali⁹ est: ꝙ̄ q̄ de substantia ei⁹ est genit⁹. Ecce hic apte dicit Augu. filiū esse genitū de substātia pr̄is & filiū substātie pr̄is. Idē quoqꝫ Aug. in libro. iij. contra hereticū. Maximinū substātiā dei genuisse filiū: & filiū genitū de substantia patris asserit dicēs. Car-

Mat. xvij. nalibus cogitationib⁹ pleni substātiā dei de seipsa gignere filiū nō putatis: nisi hoc patiatur qd̄ substātia carnis pati⁊ quādo gignit. Erratis nō

Cōtra paulianos. scientes scripturas neqꝫ virtutē dei. Nullo eī modo verbū dei filiū cogitatis si eū natū esse de substātia pr̄is negatis. Nō eīn iā erat hoīs fili⁹: et deo do

Contra arrium et do natum. nante fact⁹ est dei fili⁹ ex deo natus grā nō natura. An forte & si nō hoīs filius erat tñ iā aliqd erat qualiscunqꝫ creatura: & in dei filiū deo mutāte cōuersa est. Sꝫ nihil horū est ergo aut de nihilo: aut de aliqua substātia natus est: affirmatis non vos dicere de nihilo esse dei filium. De aliqua ergo substātia patris de qua sit dicite sed non inuenietis. Jam ergo vnigenitū dei filium iesum christū de patris esse substātiā: nō vos nobiscū pigeat con

Augusti. fiteri. Idem in eodem. Utriqꝫ legimus vt simus in vero filio eius iesu christo. Dicite ergo nobis. vtrū iste verus dei filius ab eis qui gratia filij sunt quadam proprietate discretus de nulla substantia sit: an de aliqua. Non dico inquis de nulla: nec dicam de nihilo. ergo de aliqua substantia est. Quero de qua? Si non de patris substantia est: aliam quere. Si aliam nō inuenis patris agnosce substantiam: et filium cum patre homousion confitere. Idem in eodem. Cōfiteor deum patrem omnino incorruptibiliter genuisse sed quod est ipse genuisse. Item dico quod sepe dicēdum est: aut de aliqua substantia est natus dei filius: aut de nulla. Si de nulla ergo de nihilo quod vos iam non dicitis. Si vero de aliqua nec tamen de patris substantia non est verus fili⁹. Si vero de patris substantia vnius eiusdemqꝫ substantie sunt pater et filius. Uos autem nec filium de substantia patris genitum vultis: et tamen eum nec ex nihilo nec ex aliqua materia: sed ex patre esse conceditis nec videtis quam necesse sit vt qui non est ex nihilo nec ex aliqua alia re: sed ex deo nisi ex dei substantia esse non possit et hoc esse quod deus est de quo est. i. deus de deo natus est quia nō alius prius fuit sed natura coeterna de deo est.

¶ Colligens summam predictorum aperit ex quo sensu accipienda sunt. K

His verbis premissis innui videtur ꝙ diuina substantia filium genuerit: et ꝙ filius sit genitus de substantia patris et ꝙ de deo est natura coeterna: et quod pater id quod ipse est genuit. Id autem quod ipse est diuina essentia est et ita putari potest diuinam essentiam genuisse. Uehementer mouent nos hec verba: que quomodo intelligenda sunt mallem magis ab alijs audire: ꝙ̄ tradere. Ut tamen sine preiudicio atqꝫ temeritate loquar ex hoc sensu dicta possunt accipi. Natura coeterna de deo est

id est filius coeternus patri de patre est ita q est eadem cum eo natura vel eiusdem nature. Quem sensum confirmat. Augu. ibidem subijciẽs et quod dixerat quasi explanãs. Dicto enim natura coeterna est de deo addidit. Non est aliud filius q̃ illud de quo est. i. vnius eiusdemq; substantie est. Deinde apertius talem intellectum ex predictis verbis fore habendũ aperuit in eodem libro contra Maximinũ dicens. Trinitas hec vnius eiusdemq; substantie est: quia non de aliqua materia vel de nihilo est filius: sed de quo est genitus. Itemq; spiritussanctus non de aliqua materia vel de nihilo est: sed inde est vnde procedit. His vtiq; verbis aperte ostendit ea ratione dici filium esse de substantia patris qui est de patre genitus ita q est eiusdem substantie cum eo: et spiritum sanctum esse de substãtia patris et filij quia ab vtroq; procedit: ita q est eiusdem substantie. Augusti.

¶Qd nec filius nec spiritussanctus est de nihilo: sz de aliquo nõ tamen de materia. L

Ostenditur quoq; ex illis verbis filium et spiritumsanctum non esse de nihilo sed de aliquo: nec tamen de aliqua materia. Unde etiam Hylarius in. xij. libr. de trinitate ait. Unigenitus deus cum natus sit patrem testatur auctorem cum ex manente natus est: non est natus ex nihilo et cum ante tempus natus est omnem sensum preuenit nascendo. Hic aperte dicitur q filius non est natus ex nihilo. Similiter et spiritussanct⁹ non est dicendus esse vel procedere ex nihilo quia filius de substantia patris natus est. i. a patre est cum quo eiusdem substantie est et eadem substantia. Ex quo sensu etiam accipiẽdum est illud. Pater genuit quod ipse est. id est filium qui est hoc quod pater. Et hoc ita debere intelligi Augu. aperit dicens in primo libr. contra Maximinum. Hoc genuit pater quod est alioquin non est verus filius si quod est pater non est filius. Item substantia dei genuit filium. id est pater substantia genuit filium: qui est eadem substantia et eiusdem substantie. Quod sic esse intelligendum. Augustinus ostendit dicens ad Maximinum. Sicut dicis: spiritus spiritum genuit. ita dic spiritus eiusdem nature vel substantie spiritum genuit. Item sicut dicis: deus deum genuit. ita dic deus eiusdem nature vel substantie deum genuit: hoc si credideris et dixeris: nihil de hac re vlterius accusaberis. His enim verbis aperit quomodo predicta debeant intelligi. Similiter filius natus est de substantia patris vel pater genuit filium de sua natura siue essentia. i. de se natura et essentia genuit filium eiusdem essentie ac nature: et qui est eadem essentia ac natura. Similiter expone illud fili⁹ substantie patris: et filius patris substantie. i. qui est substantia cũ quo et filius eadem substãtia est quia cõsubstãtialis est patri filius. Et hic sensus adiuuat ex his verbis August. qui in libro q̃nto de trinitate ait. Tres personas eiusdẽ essentie vel tres personas vnam essentiã dicim⁹. Tres autem personas ex eadẽ essentia non dicimus quasi aliud ibi sit quod essentia est aliud quod persona. His verbis ostenditur non esse dicendũ personã esse ex essentia nisi ex sensu p̃dicto. Qui sensus cõfirmat etiã ex eo qd in lib. xv. de trinitate. idẽ ait. Sicut nr̃a sciẽtia sciẽtie dei: sic et nostrũ verbum qd nascit de nr̃a sciẽtia dissimile ẽ illi verbo dei qd natũ ẽ de p̃ris essentia. Tale ẽ a sit ac si diceret: de p̃ris sciẽtia: de p̃ris sapiẽtia. vel qd est expssi⁹ de patre essentia de p̃re sciẽtia de p̃re sapiẽtia. Ex hoc itaq; intellectu ṽbũ dei p̃ris vnigenitus filius p oĩa patri similis et equalis recte dicit de⁹ de deo: lumen de lumine sapientia de sapientia essentia de essentia: quia hoc est

Hylarius.

Augusti.

August. de tri. libr. xv. c. xij.

omnino qđ pater:non tamen pater:quia iste filius:iste pater.

¶Quare verbum patris dicatur filius nature. D

Hylarius.

Inde est ꝙ solus vnigenitus dei dicitur natura filius: qꝛ eiusdē nature est:⁊ eadē natura est cū patre vñ Hylarius in lib. xiiij. de tri. de christo loquēs ait. Natura filiꝰ est: qꝛ eādē naturā quā ille q̄ genuit hꝫ.

¶Utrum pater voluntate genuit filiū an necessitate/⁊ an volens vel nolens sit deus A

Di. vſ. ꝺ cōpatiōe actꝰ gñandi ad potētiam. Augustinꝰ Oppi. cuiusdā hꝛti.

PReterea queri solet vtrum pater genuerit filium volūtate an necessitate. De hoc Orosius ad Aug. ita ait. Volūtate genuit pater filiū vel necessitate/sed nec volūtate nec necessitate: qꝛ necessitas in deo nō est/preire volūtas sapientiā nō potuit quo circa vt Aug. ait in. xv. li. de tri. Ridēda est dialetica Eunomij/a q̄ eunomiani heretici dicti sunt/qui cū nō potuisset intelligere nec credere voluisset vnigenitū dei filiū verbū dei esse natura. i. de substātia pr̄is genitū nō nature vel substātie dixit esse filiū/sed filiū volūtatis dei: volēs asserere accedentē deo volūtatē q̄ gigneret filiū/sicut nos aliqn̄ aliq̄d volumus qđ antea nō volebamꝰ ꝑpter qđ mutabilis intelligiť nr̄a natura qđ absit vt in deo esse credamꝰ. Dicamꝰ ergo verbū dei esse filiū dei natura: nō volūtate:

Aug. ꝺ tri. li. xv. c. xx. ⁊ i qōnibꝰ ad Orosiū

vt docet Aug. in. xv. li. de tri. vbi quendā catholicū heretico r̄ndētē cōmendat dicēs. Acute sane quidā r̄ndit heretico vafrissime interrogāti vtrū deꝰ filiū volēs vel nolens genuerit: vt si diceret nolēs absurdissima dei miseria sequereť. Si aūt volēs cōtinuo qđ intēdebat cōcluderet. s. nō nature esse filiū: sed volūtatis. At ille vigilātissime vicissim q̄siuit ab eo vtrū deꝰ pater volēs aut nolēs sit deus. vt si r̄nderet nolēs sequereť grādis absurditas et miseria quā de deo credere magna est isania. Si aūt diceret volēs r̄ndereť ei ergo ⁊ ipse volūtate sua deꝰ est: nō natura. Quid ẜ restabat nisi vt obmutesceret sua īterrogatiōe obligatū indissolubili vinculo se vidēs. Ex p̄dictis doceť nō eē ꝯcedēdū ꝙ deꝰ volūtate vł necessitate vł volēs: vł nolēs sit deus

¶Itē ꝙ volūtate vel necessitate vel volēs vel nolēs genuerit filiū B

¶Oppositio contra predicta.

Responsio hylariꝰ li. de synodis eos q̄ dicūt de nō extātibꝰ eē filiū di. filr q̄ dicūt ꝙ neqꝫ cōsilio neqꝫ voluntate pꝛ gēuerit filium: anathēatiza⁊ scā ecclia. Itē si q̄s nō sente patre dicat natū filium ana

Sed contra hoc opponitur sic. Voluntas dei est natura siue essentia dei quia nō est aliud deo esse: aliud velle: ⁊ ideo sicut vna est essentia trium personarum: ita ⁊ vna voluntas. Si ergo deus natura deus est: ⁊ voluntate deus est: ⁊ si verbum dei natura filius dei est: ⁊ volūtate filius dei est. hoc autem: facile est refellere: nam ⁊ p̄scientia dei siue scientia qua scit vel prescit bona ⁊ mala: diuina natura siue essentia est: ⁊ predestinatio siue voluntas eius eadem diuina essentia est: nec est aliud deo scire ⁊ velle ꝙ̄ esse. ⁊ cum sit vnum ⁊ idem essentia dei vel voluntas: non tamē dicitur de voluntate quicquid dicitur de scientia ⁊ econuerso nec omnia illa sua voluntate deus vult que sua scientia scit: cum sua scientia nouerit tam bona ꝙ̄ mala. voluntate autem non velit nisi bona. Scientia quippe dei ⁊ prescientia de bonis est ⁊ malis. volūtas vero ⁊ predestinatio de bonis est tantum ⁊ tamen vnum ⁊ idem in deo est scientia ⁊ voluntas ⁊ prescientia ⁊ predestinatio. ita cum vnum sit natura dei ⁊ voluntas: dicitur tamen pater genuisse filium natura non voluntate ⁊ esse deus natura: non volūtate.

¶Qualiter intelligēda sint illa verba pater nec nolens nec volēs deus est: nec volens nec nolens genuit filium. C

Predicta tamen verba quibus prudenter dictū: est quod

deus pater nec volens nec nolens est deus: nec nolens nec volens genuit filium sive voluntate sive necessitate: ex tali sensu videtur accipienda: vt voluntatem precedentem vel accedentē intelligamus: qualiter eunomius intelligebat. Non enim ipse deus est voluntate precedenti vel efficienti vel volens prius q̄ deus: nec voluntate precedenti vel accedenti genuit filium: nec prius volens q̄ generans genuit filiū: nec prius generans q̄ volens genuit filium. volens tamen genuit: sicut potens genuit: ⁊ bonus genuit filium: et sapiens genuit. ⁊ huiusmodi. si enim pater sapiens ⁊ bonus dicitur genuisse filium: cur non ⁊ volens? Cum ita sit deo idem esse volentē quod est esse deum sicut idem est esse sapientez quod est esse deum. Dicamus ergo quia pater sicut sapiens ita volens genuit filium: sed non voluntate precedenti vel accedenti. Quem sensum aperit. Augu. ⁊ cōfirmat: ita dicens super epistolam ad Ephe. De filio dei id est domino nostro iesu christo scriptum est quia cum patre semper fuit ⁊ nunq̄ eum vt esset paterna volūtas precessit: et ille quidem natura filius est.

Thema. Stet. Nō em̄ nolente patre coactus. pr̄ vt naturali necessitate duct⁹ cū nolle gēuit filiū3 s3 mox vt voluit sine tpe ⁊ impossibil'r ex se vnigenitū demonstrauit.

¶ Qualiter pater potuit vel debuit generare filium.

Hic solet queri a quibusdam: vtrum pater potuerit vel voluerit generare filium. Si enim inquiunt potuit vel voluit generare filium. ergo potuit aliquid ⁊ voluit quod nec voluit nec potuit filius. nam filius nec potuit nec voluit generare filium Cui versutie facile respondemus dicentes. posse vel velle generare filium: non est aliquid posse vel velle subiectum potentie vel voluntati. Est tñ aliqua potentia vel volūtas. scilicet posse vel velle gignere filium. ⁊ iō distinguenda est intelligentia propositi verbi posse vel velle gignere filiū ⁊ posse vel velle aliquid. Neq̄ enim generatio filij aliquid eorum est: que subiecta sunt diuine potētie ⁊ voluntati: nec est aliquid inter omnia vel de omnibus: sed super omnia ⁊ ante omnia. Non enim ante voluit vel potuit q̄ genuit: sicut nec ante fuit q̄ genuit: q2 ab eterno fuit, ⁊ ab eterno genuit Ex simili quoq̄ hoc videre possumus. Pater enim potest esse pater, ⁊ vult esse pater, filius autem non potest nec vult esse pater. ergo pater potest vel vult esse aliquid quod non potest vel vult esse filius, non sequitur, ⁊ esse patrem nō est esse aliquid. s3 potest esse ad aliquid vt in sequēti ostēdetur.

Distin. vij. de cōpatiōe potētie generādi ad personam.

¶ Ponit quedam verba Aug. vnde potest moueri auditor. B

Sed vehementer nos mouet quod Augu. ait in tertio libro contra maximinū, qui asserebat patrem potentiorez esse filio, eo q̄ filiū genuit deum creatorem filius autem non: dicebatq̄ patrem potuisse gignere non filium ⁊ ideo potiorem esse filio. Ad qđ respondens Aug. dicere videtur q̄ filius etiam potuit gignere volens ostendere patrem esse non potentiorem filio his verbis. Absit vt ideo potentior sit pater filio: sicut putas quia creatorem genuit pater. filius aūt non genuit creatorem neq̄ em̄ non potuit: sed non oportuit. Uide ⁊ diligenter attende hec verba. non enī3 nō potuit s3 nō oportuit. Videt̄ em̄ dicere q̄ fili⁹ potuit gignere: s3 nō oportuit. ⁊ ita potuit qđ nō oportuit. Quare aūt nō oportuit: subdit dicens. Immoderata em̄ esset diuina generatio si genitus fili⁹ nepotē gigneret patri: quia ⁊ ipse nepos nisi auo suo pronepotem gigneret: secundum vestrā mirabilem sapientiam: impotens diceretur. Similiter etiam ille si nepotem non gigneret auo suo ⁊ pronepotez proauo suo non a vobis appellaretur omnipotens nec impleretur generationis series si semper alter ex altero

Augustin⁹

nasceretur: nec eam perficeret vllus si non sufficeret vnus omnipotēs. Ita ꝙ omnipotentem filium genuit filium patris natura non fecit.

¶ Opponitur predictis verbis Augustini. C

Hoc autem videtur quibusdam nō posse stare. scilicet qđ filius potuerit gignere. Si enim potuit filius gignere/ potuit esse pater. et si potuit esse pater/ potuit ergo esse pater vel sui/ vel patris/ vel spiritussancti/ vel alicuius alius. Sed alius non/ quia nullus alius semper fuit. Nec patris/ quia pater est ingenitus ⁊ innascibilis. Nec sui/ quia nulla res seipsam gignere potest. Nec spiritussancti/ quia nasci nō potuit. Si enim nasci potuit/ potuit esse filius ⁊ ita mutabilis esse potuit.

¶ Hic queritur quomodo intelligenda sint predicta. D

Quomodo ergo accipiatur quod supra dictū est/ non enī non potuit gignere/ sed non oportuit. quasi potuit/ sed non oportuit. Non est nobis perspicuum aperire quomodo sit hoc verum/ ⁊ ideo sub silentio potius esset pretereundum. nisi me super hoc aliquid loqui cogeret instantia querentium.

¶ Hic aperitur ex quo sensu accipienda sint. E

Potest ergo sic intelligi. Nō enim nō potuit sed nō oportuit/ id est non ex impotentia sui fuit ꝙ filius non genuit sed ei non conueniebat/ sicut deus filius non est deus pater/ nec tamen hoc ex impotētia sui est. Nam ⁊ pater similiter non est filius nec hoc est ex impotētia patris. Sȝ querit Maximinus arrianorum episcopus. Unde ergo est ꝙ pater non potest esse filius vel filius pater? Non vtiqȝ ex impotentia. sed pater proprietate generationis pater est qua oportet eum non esse filiū/ ⁊ filius proprietate natiuitatis filius est/ qua oportet eum non esse patrem. de quibus proprietatibus postea plenius tractabitur.

¶ Utrum pater natura sit potēs gignere filium/ ⁊ an hec sit aliqua potentia que sit in filio. F

Item queritur a quibusdam. Si pater potens sit natura gignere filium. ⁊ an hec sit aliqua potentia que sit in filio? Ad quod dicimus/ quia pater non est potens nisi natura/ eius enim potētia natura est vel essentia. At inquiunt illi. Si potens est gignere habet ergo potentiam gignendi. Filius autem non habet potētiam gignendi si non potest gignere. habet ergo aliquam potentiam pater quam non habet filius. non sequitur. Eandem enim potentiam habet penitus filius quam ⁊ pater. qua pater potuit gignere ⁊ filius gigni potuit. Eadem enim potentia est in filio/ qua potuit gigni que est in patre qua potuit gignere. ¶ Sed cōtra hoc

Oppositio opponitur. Aliud est posse gignere/ aliud est posse gigni qr aliud est gignere/ ⁊ aliud gigni. Hic distinguendum est. Si enim cum dicitur aliud est posse gignere/ aliud posse gigni aliam significans potentiam qua pater potens est gignere/ ⁊ aliam qua filius potens est gigni/ falsus est intellectus Si autem dicas patrem posse habere aliam proprietatem siue notionem qua genitor est/ ⁊ filium aliam qua genitus est: verus est intellectus. Aliā enim habet pater proprietatem qua pater est/ aliam filius qua filius est.

¶ Quomodo intelligendum sit filius habet vel non habet potentiam generandi. G

Ita etiam cum dicitur filius non habet potentiam gene-

randi quam ꝛ pater habet dupliciter intelligi potest. Si enim dicatur filius non habet potentiã generandi quã pater. id est qua potens sit ad generandum. id est vt genuerit vel vt generet sicut pater verum est. Si vero intelligatur sic non habet potentiam qua possit gigni vel genitus esse qua eadem pater potens est vt genuerit vel vt generet, falsum est. Sicut dicitur, pater habet potentiam qua potest esse pater filius vero non habet potentiam qua possit esse pater, ꝛ econuerso filius habet potentiam qua potest esse filius, pater vero non habet potentiam qua possit esse filius, habet ergo aliquem pater quam non habet filius, ꝛ econuerso. Absit, quia eadem est potentia patris qua potest esse pater, ꝛ filij qua potest esse filius. Ita etiam eadem est voluntas, qua pater vult esse pater non filius, ꝛ filius vult esse filius, non pater. ꝛ eadem est voluntas filij qua vult esse genitus ꝛ patrem genuisse ꝛ patris qua vult esse genitor ꝛ filium genitum esse.

¶ De veritate, ꝛ proprietate ꝛ incommutabilitate ꝛ simplicitate essentie dei. A

Nunc de veritate siue ꝓprietate siue incõmutabilitate atque simplicitate diuine nature siue substantie, siue essentie agendum est. Est itaque deus. vt ait Augustinus in quinto libro de trinitate sine dubitatione substantia. vel melius hoc appellatur essentia: quam greci vsiam vocant. Sicut enim ab eo quod est sapere dicta est sapientia: ꝛ ab eo quod est scire dicta est sciẽtia: ita ab eo quod est esse dicta est essentia. Et quis magis est quam ille qui dixit famulo suo. Ego sum qui sum. ꝛ dices filijs israel. qui est misit me ad vos. Ipse vere ac proprie dicitur essentia cuius essentia non nouit preteritum vel futurum. Unde hieronimus ad marcellam scribẽs ait. Deus solus qui exordium nõ habet vere essentie nomen tenet: quia in eius cõparatione qui vere est quia incommutabilis est quasi non sunt que mutabilia sunt. De quo enim dicitur fuit: non est ꝛ de quo dicitur erit nondum est. Deus autem tantum est qui non nouit fuisse vel futurum esse. Solus ergo deus vere est: cuius essentie comparatum nostrum esse non est.

Di. viij. De ꝓprietatibus ꝛ conditionibus essentialibus trinitatis. Trinitat. 6. Augustin. Exod. iij.

¶ Qualiter intelligenda sint verba hieronymi querendum est. B

Hic diligenter aduertendum est quomodo intelligi debeant illa verba hieronymi. scilicet deus tantũ est ꝛ non nouit fuisse vel futurum esse: tanquam non possit dici de deo fuit vel erit: sed tantum est: cum de eo scriptum frequenter reperiamus. fuit ab eterno: fuit semper: ꝛ erit in secula. ꝛ hmõi. Un̄ videt̄ qꝛ nõ est tm̄ dicendũ de deo fuit. vel est. vel erit. Si enim diceret̄: tm̄ fuit: putaret̄ qꝫ desierit esse. Si diceret̄ tm̄ est putaret̄ ꝙ nõ sp fuerit: sed esse ceperit. Si tantum diceretur erit putaretur non esse modo. Dicatur ergo quia semper fuit: est: ꝛ erit vt intelligatur quia nec cepit nec desijt: nec desinet esse. De hoc Augustinus super Johannem ita ait. Augustin. Cum de sempiterna re proprie dicatur est: secundum nos bene dicitur fuit et erit. fuit: quia nunquam desijt. erit quia nunquam deerit. est: quia semp est. non preterijt: quasi quod non maneat non erit quasi quod non erat. Cum ergo nostra locutio per tẽpora varietur de eo vere dicunt̄ verba cuiuslibet tẽporis qui nullo tpe defuit, vel deest, vel deerit: et ideo non est mirum si de Johã. xvi. spiritu veritatis veritas loquens dixit p futurũ. Quecunque audiet loquet̄ Audiet. s. ab eo a quo procedit. Audire illius est scire idẽ etiã a se. A quo hic aperit ergo est illi essentia ab illo audiẽtia. i. scientia. que nõ est aliud quam essentia. quõ sint is Audiet ergo dixit de eo quod audiuit ꝛ audit. i. quod semper sciuit: scit et telligenda.

sciet. Ecce hic dicit. Aug. verba cuiuslibet tpis dici de deo. sed tamen ppie est. Illud ergo quod hiero. ita dicit intelligendum est. Non nouit fuisse vel futurum esse sed tm esse. i. cum dicitur de deo q fuit vel erit non est intelligendum q preterierit vel futurus sit: sed q existat simpliciter sine aliquo temporali motu. Licet em verba substantiua diuersorum temporum de deo dicant vt fuit: erit. est: erat aut tm tēporales motus esse distingunt. s. pteritu vel futurum, vel pteritum imperfectum vel pteritu pfectu: vel pteritu plusq perfectu: sed essentiam sive existentiā sue diuinitatis simpliciter insinuat. Deus ergo solus ppie dicit essentia vel esse. Unde hylarius in. vij. li. de tri. ait Esse non est accidens deo sed subsistens veritas z manēs cā: z naturalis generis proprietas.

Hylarius.

Aug. d tri. li. v. ca. ij.

¶ Hic de incōmutabilitate. C

Dei etiā solius essentia incōmutabilis dicitur ppie: qz nec mutat: nec mutari pōt: vnde August. in. v. li. de tri. Alie inquit essentie vel substātie capiunt accidentia quibus in eis fiat vel magna: vel qtacūq mutatio. Deo aut aliquid huiusmodi accidere non potest z ideo sola substantia vel essentia que est deus incōmutabilis est: cui profecto maxime ac verissime cōpetit esse. Quod enim mutat non seruat ipsum verū esse. z quod mutari potest etiā si non mutet: potest quod fuerat non esse. Ideoq illud solū quod non tm non mutat: verū etiā mutari omnino non potest: verissime dicit esse. i. substātia patris et filij et spūssancti. Ideoq Apostolus loquēs de deo ait. Qui solus hz immortalitatē: vt enim ait. Aug. in lib. j. de tri. Cū anima quodāmodo immortalis esse dicat et sit: nō diceret Apostolus: solus deus hz immortalitatē: nisi qz vera immortalitas incommutabilitas est quā nulla potest habere creatura: qm solius creatoris est: vnde Jacobus ait: apud quē non est transmutatio nec vicissitudinis obūbratio. Et dauid Mutabis ea et mutabuntur: tu aūt idem ipse es. Ideo Augusti. sup Geñ. dicit q deus nec p loca nec p tpa monet: creatura vero p loca et tempora. Et per tēpora moueri est per affectiones cōmutari. Deus aūt nec loco nec affectione immutari potest qui p prophetā ait. Ego deus et nō mutor q est immutabilis solus. Unde recte solus dicit habere immortalitatē. In oi enim mutabili natura (vt ait Augustinus contra Maximinū) nōnulla mors est ipsa mutatio quia facit aliquid in eā non esse qd erat. Unde et ipsa anima humana que ideo dicit immortalis: quia fm modū suum nunq desinit viuere: habet tamen quandā mortē suam: quia si iuste viuebat z peccat, moritur iusticie si peccatrix erat et iustificatur moritur peccato: vt alias eius mutationes taceam: de quibus modo lōgū est disputare. Et creaturarū natura, celestium mori potuit quia peccare potuit. Nam et angeli peccauerūt et demones facti sunt: quorū est diabolus princeps: z qui non peccauerunt peccare potuerunt: et cuicunq rationali creature prestatur vt peccare non possit: non est hoc nature proprie: sed dei gratie. Et ideo solus deus (vt ait apostolus) habet immortalitatem qui nō cuiusq gratia sed natura sua nec potuit nec potest aliqua conuersione mutari: nec potuit nec poterit aliqua mutatione peccare. Proinde vt ait Augu. in j. li. de trinitate. Substantiam dei sine vlla sui cōmutatione mutabilia facientem: z sine vllo suo temporali motu temporalia creantem intueri z nosse licet sit difficile oportet. Uere ergo ac ppie incommutabilis est sola diuinitatis essentia: que sine sui mutatione cunctas condidit naturas.

j. Timo. vj

Augustin⁹ Que sit vera immortalitas q i solo creatore est

Jaco. j.

Psal. ci.

Malac. iij.

Aug. d tri lib. j. ca. j.

¶ Hic de simplicitate. D

Eadēq; sola proprie ac vere simplex est: vbi nec partiū nec
accidentiū nec quarūlibet formarum vlla est diuersitas siue variatio vel
multitudo. Ut autem scias quomodo simplex sit illa substantia. te docet.
Aug. in. vj. li. de trini. Animaduerte primo quare omnis creatura sit mul
tiplex et nullo modo vere simplex ꝛ primum de corporali: postea de spiri=
tuali creatura. Corporalis vtiq; creatura ex partibus constat/ ita vt sit ibi
aliqua pars minor alia maior/ et maius sit totum q̄ quelibet pars: et in
vnoquoq; corpore aliud est magnitudo: aliud color aliud est figura. Po=
test enim et minuta magnitudine manere idem color et eadem figura et co
lore mutato manere eadem figura/ et eadem magnitudo. Ac per hoc mul=
tiplex esse conuincitur natura corporis/ simplex autem nullo modo.

Quare creatura sit multiplex ꝛ nō simplex. Hic de corporali ostēdit q̄re sit multiplex.

¶ Hic de spūali creatura ostendit quomodo sit multiplex ꝛ nō simplex. E

Creatura quoq; spiritualis vt est anima: in cōparationē
quidē corporis est simplex sine cōparatione vero corporis est multiplex ꝛ
non simplex. Que ideo simplex dicitur respectu corporis quia mole nō dif
funditur per spacium loci: sed in vnoquoq; corpore: et in tota anima est: ꝛ
in qualibet eius parte tota est. Et ideo cum sit aliquid in quauis exigua p
ticula corporis quod sentiat anima: q̄uis non fiat in toto corpore illa tn̄
tota sentit. quia totam nō latet. Sed tamen nec ipsa tota anima vera sim
plicitas est. Cum enim aliud sit artificiosum esse. aliud inertē/ aliud acu=
tum/ aliud memorē/ aliud cupiditas/ aliud timor/ aliud leticia/ aliud tri=
sticia/ possuntq; hec et alia hm̄oi innumerabilia in anime inueniri natura
et alia sine alijs: et alia magis alia minus/ manifestū est non simplicē sed
multiplicē eē naturā. nihil enim simplex mutabile est. oīs aūt creatura mu
tabilis est. nulla ergo creatura vere simplex est. Deus vero ꝛ si multiplex di
cat: vere tn̄ ꝛ summe simplex est. Dicit̄ em̄ magnus/ bonus: sapiens beat⁹:
verus et quicq̄d aliud nō indigne dici videt̄: sed ea dē magnitudo eius est
que sapientia. Non em̄ mole magnus est: sed virtute. et eadē bonitas eius
est que sapientia ꝛ magnitudo et veritas: et non est ibi aliud ipsum beatū
esse et aliud magnū aliud sapientē aut verū: aut bonū esse aut oīno esse.

Quō deus simplex ē.

¶ Qualiter deus cum sit simplex multiplex tn̄ dicatur. F

Hic diligēter notandū est cum dicat Augu. solū deū vere
simplicē esse: cur dicat eundē multipliciter dici? Sed hoc non propter diuer
sitatem accidentiū vel partiū dicit sed ꝑpter diuersitatem ac multitudinē
nominū que de deo dicuntur: que licet multiplicia sint vnum tamen signifi
cant. s. diuinam naturam. Hec enim non ita accipiuntur cum de illa incom=
mutabili eternaq; substantia incomparabiliter simpliciore q̄ est human⁹
animus dicuntur quemadmodum cum de creaturis dicuntur. vnde Augu
stinus in. vj. lib. de trini. Deo inquit est hoc esse quod est fortem esse: vel sa
pientem esse/ vel iustum esse/ et si quid de illa simplici multiplicitate vel
multiplici simplicitate dixeris/ quo substantia eius significetur. Humano
autem animo non est hoc esse quod est fortem esse aut prudentē aut iustū.
Potest enim esse animus/ et nullam istarū habere virtutum.

Aug. d̄ tri. li. vj. c. iiij.

¶ Tanta est dei simplicitas q̄ nulli predicamentorū subijcitur. G

Quod aūt in natura diuina nulla sit accidētiū diuersitas
nullaq; penitus mutabilitas/ sed perfecta simplicitas ostendit. Augusti.
in. v. de trini. dicens. Intelligamus deum q̄tum possumus sine qualitate

Aug. d̄ tri. lib. v. ca. j.

bonum sine q̄titate magnum/ sine indigentia creatorem/ sine situ presidentem/ sine habitu omnia continentē/ sine loco vbiq; totum sine tempore sempiternum/ sine vlla sui mutatione mutabilia facientē/ nihilq; patientē/ q̄squis deum ita cogitat ⁊ si nondū potest omnino inuenire quid sit ipse/ pie tamen caueat q̄tum potest aliquid de illo sentire qđ non sit/ ecce si subtiliter intendas ex his atq; predictis aperitur illa predicamenta artis dialetice dei nature minime ꝯuenire que nullis est subiecta accidētibus.

¶Quod deus nō proprie sed abusiue dicitur substantia. b

Aug. ď tri. li. vij. ca. v. Unde nec proprie dicitur substātia: vt Aug. ostēdit in li. vij. de trini. Sicut ab eo quod est esse appellatur essentia/ ita ab eo quod est subsistere substantiam dicimus. si tamen dignum est vt deus dicatur subsistere. Hoc enim de his rebus recte intelligitur: in quibus vt subiecti sunt ea que in aliquo subiecto esse dicūtur sicut in corpore color aut forma. Corpus enim subsistit. et ideo substantia est. Res vero mutabiles neq; simplices proprie dicunt̄ substantie. deus autem si subsistit vt substantia proprie dici possit inest in eo aliq̄d tanq̄ in subiecto: ⁊ nō est simplex. Nephas est autē dicere vt subsistat deus: ⁊ subsit bonitati sue: atq; illa bonitas nō substantia sit: vel potius essentia. Neq; ipse deus sit bonitas sua: sed in illo sit tanq̄ in subiecto. Unde manifestum est deum abusiue substantiam vocari. vt nomine vsitatiore intelligatur essentia. quod vere ac proprie dicitur ita vt fortasse solum deum dici oporteat essentiam. Est enim vere solus: quia incommutabilis est.

¶Quod non est aliquid in deo quod non sit deus. 3

Huius autem essentie simplicitas ac sinceritas tanta est ꝙ non est in ea aliquid quod non sit ipsa: sed idē est habēs ⁊ quod habet. vnde Hylarius in. vij. li. de tri. ait. Non ex cōpositis deus qui vita est subsistit: neq; qui virtus est ex infirmis cōtinet̄ neq; qui lux est ex obscuris coaptat̄/ neq; q̄ spūs est ex disparibus formalis est. totū ꝙ i eo ē vnū est. Idem in. viij. li. de tri. Non humano mō ex cōpositis deus est vt in eo aliud sit qđ ab eo haberet aliud sit ipse qui habeat: sed totū vna est natura. s. perfecta et infinita: et nō ex disparibus cōstituta. sed viuens per totū ipsa. De hoc eodem Boetius in. j. li. de tri. ait. Quo circa hoc vere vnū est in quo nullus numerus: nullū in eo aliud preter id qđ in eo est: neq; eñ subiectū fieri pōt. Aug. quoq; in li. de fide ⁊ symbolo dicit. In dei substātia non est aliquid quod nō sit substātia: quasi aliud sit ibi substātia aliud qđ accidit substantie. Sed quicquid ibi intelligi potest substantia est. Uerum hec dici possunt facile ⁊ credi videri autem nisi puro corde omnino non possunt. Item Augu. in. xv. li. de tri. Sic habet in natura vniuscuiusq; trium. ꝙ qui habet hoc sit quod habet: sicut immutabilis simplexq; substantia. Unde Isidorus ait. Deus simplex dicitur siue nō amittendo quod habet. seu nō aliud habet quod non est ipse ⁊ aliud quod in ipso est. Et cum tante simplicitatis atq; sinceritatis sit natura diuina est tamen in ea trinitas personarum. vnde Augu. in li. xj. de ciuita. dei ait. Non propter hoc naturā summi boni simplicem dicimus: quia est pater in ea solus. aut filius in ea sol⁹ aut spiritussanctus in ea solus aut quia est sola ista nominū trinitas sine substantia personarū sicut Sabelliani putauerunt. Sed ideo simplex dicitur quia est hoc quod habet excepto ꝙ relatiue queq; persona ad alteram dicitur: nec est ipsa. Nam vtiq; pater habet filium ad quem relatiue dicitur. nec patrem nec tamen ipse est fili⁹ ⁊ fili⁹ habet patrē: nec tñ ipse est pater. In quo vero ad semetipsum dicitur non ad alterū hoc est quod ha-

Isidorus.

sicut ad seipsum dicit.vivus habendo vitam et eadem vita est ipse. Propter hoc vtiqꝫ natura hec dicitur simplex quod non sit aliud habens: et aliud id quod habet.sicut in ceteris rebus est.Non enim habens liquorez liquor est nec corpus color nec anima est sapientia. Ecce quanta est idēptitas quanta est vnitas:immutabilitas/simplicitas/puritas/diuine substātie/iuxta infirmitatis nostre valitudinē assignauimus.

¶De distinctione trium personarum. A

Di.ix. De ꝓprietatib⁹ ⁊ cōditiōib⁹ ꝑsonalibus trinitatis et vnitatis.

Nunc ad distinctionē trium personarum accedamus.Teneamus ergo vt docet Augu.in.lib.de fide ad Petrum patrem et filiū et spiritū sanctū vnum esse deum naturaliter:nec tamen ipsum patrē esse qui filius est/nec filium esse ipsum qui pater est:nec spiritū sanctum esse ipsum qui pater est aut filius.Una enim est essentia patris/et filij et spiritussancti/in qua non est aliud pater aliud fili⁹/aliud spūsctūs/q̄uis ꝑsonaliter ali⁹ sit pr̄/alius fili⁹/ali⁹ spūsctūs.

¶Hic de coeternitate filij cum patre. B

Genitus est enim a patre filius et ideo alius nec tamen añ fuit pater q̄ filius.Coeterne enim sunt sibi tres persone.

¶Argumentatio.Arrianorum. C

Sed contra hoc inquit hereticus.vt refert Amb.in lib.j. de trini.Omne quod natum est principium habet/et ideo quia filius natus est/principiū habet.et esse cepit.quod hereticorū ore sic dictum est.Nā ipse arrius)vt meminit.Augu.in.vj.li.de tri.)dixisse fertur. Si filius est: natus est/si natus est/erat q̄n non erat filius.

Amb.in.j. li. de trini. ca.vj.

¶Responsio Augustini catholica. D

Qui hoc dicit non intelligit etiā natū eē deo sempiternū vt sit coetern⁹ patri filius/sicut splendor qui gignitur ab igne atqꝫ diffunditur:coeuus est illi et esset coeternus si ignis esset eternus.

Ambrosi.

¶Oppositio Aug.contra hereticum. E

Aug. d tri lib.vj.ca.j.

Itē Si dei filius inquit.Au. virtus et sapiētia dei est nec vnq̄ fuit deus sine virtute et sapientia/coeternus est ergo deo patri fili⁹ Dicit autem apostolus christū esse dei virtutē et dei sapientiam.Aut ergo nō fuit quando non fuit filius/aut aliquando deus non habuit virtutem et sapientiam/quod dementis est dicere.Constat enim quia semper habuit sapientiā/semper ergo habuit filium.

¶Responsio Amb.ad idem auctoritate fulta. F

Ambrosi. in.j. de tri.

Eidem quoqꝫ arrianice questioni Amb. in hunc moduz respondet.Ego inquam filium esse natum confiteor quod reliquuz est impietatis horresco. Scriptum est enim in veteri testamento vt vel vnum e pluribus dicam.Ante me non fuit alius deus:et post me non erit.Quis ergo hoc dicit:pater an filius.Si filius ante me inquit non fuit alius deus. Si pater. post me inquit non erit hic priorem et ille posteriorem non habet.Inuicem enim in se. et pater in filio et filius in patre cognoscitur. Cū enim patrem dixeris:eius etiam filiuz designasti:quia nemo ipse pater est sibi.Cū filiū nominas etiam patrem fateris:quia nemo ipse sibi fili⁹ est. Itaqꝫ nec filius sine patre:nec pater potest esse sine filio: semꝑ ergo pater semper et filius est.

Esa. xliiij.

Rōne vtit Amb. ꝯtra hereticuz.

¶Inuectio Ambrosij contra hereticum. G

Item. dic inquam mihi heretice. Fuit ne quādo omnipo-
tens deus pater nō erat ⁊ deus erat. Nā si pater esse cepit. deus ergo primo
erat: ⁊ postea pater factus est. Quō ergo immutabilis est. Si eniꝫ ante de⁹
postea pater fuit vtriꝫ generationis accessione mutat⁹ est: sed auertat de⁹
hanc amentiam.

¶ Ineffabile est quō filius sit ⁊ nō habeat patrē priorē. sicut mod⁹
generationis intelligibilis ⁊ ineffabilis.

Sed queris a me inqt Amb. quomō si filius sit non prio- b
rē habeat patrē. Quero itē abs te qn̄ vel quō filiū putes esse generatū. Mi-
hi eñi impossibile est generationis scire secretū. Mēs deficit/ vox silet. non
mea tm̄ sed angelorū supra potestates: ⁊ supra angelos: ⁊ supra cherubin
Phili. iiij. ⁊ supra seraphin: ⁊ supra omnem sensum est/ qꝛ scriptum est. Pax christi su-
pra omnem sensum est: quomodo non est supra omnem sensum tanta ge-
neratio. Tu ergo ori manum admoue: scrutari non licet superna myste-
Esaie. iiij. ria. Licet scire ꝙ natus sit: nō licet discutere quomodo natus sit. Illud mi-
hi negare non lꝫ: hoc querere metus est. Ineffabilis eñi est illa gñatio: vn-
de Esai. Generationem eius quis enarrabit.

¶ Quidam presumunt discutere generationis seriem.

Quidam tamē de ingenio suo presumētes dicunt illā gñā- J
tionem posse intelligi ⁊ alia huiusmodi inherentes illi auctoritati hiero.
super ecclesiastē. In sacris scripturis quis sepissime non pro impossibili:
sed pro difficili ponitur: vt ibi. Generationē eius quis enarrabit. Sed hoc
non dixit hiero. iō ꝙ generatio filij eterna plene intelligi vel explicari pos-
sit a quoqꝫ mortalium: sed qꝛ de ea aliquid intelligi vel dici pōt. Quidam
tamen hoc accipiunt dictū de temporali christi generatione.

¶ Utrū debeat dici semp gignit: vel semper genitus est filius. K

Hic queri potest cum generatio filij a patre nec principiū
habeat nec finē: qꝛ eterna est vtrū debeat dici filius semper gignit vel sem-
Gregorius per genit⁹ est vel semp gignet. De hoc Grego. super Jo. ait. Dñs deus Je-
sus in eo ꝙ virtus ⁊ sapientia dei est: de patre ante tpa natus est: vel po-
tius qꝛ nec cepit nasci nec desijt: dicamus verius semper natus. nō autem
possumus dicere semper nascitur: ne imperfectus esse videat. At vero vt eter-
nus designari valeat: ⁊ pfectus ⁊ semper dicamus ⁊ natus quatenus: ⁊ na-
tus ad perfectionē ptineat: ⁊ semp ad eternitatē: quāuis p hoc ipsum quod
perfectum dicimus. multum ab illius veritatis expressione deuiamus qꝛ
quod factum non est non potest dici proprie perfectum: sed balbutiendo
vt possumus excelsa dei resonemus. Et dñs noster infirmitatis verbis con-
Matth. v. descendens. Estote inquit perfecti sicut ⁊ pater vester celestis perfect⁹ est.
Ps. ij. Super illum locum etiam psal. Ego hodie genui te. de hac generatione fi-
lij ita loquitur Augu. Quanqꝫ per hoc quod dicit hodie possit etiam in-
telligi dies ille quo christus fm̄ hominem natus est/ tamē quia hodie pre-
sentiam significat atqꝫ in eternitate neqꝫ preteritum quicqꝫ est quasi esse
desierit/ neqꝫ futurum quasi nondum sit: sed presens tantum qꝛ quicquid
Aug. in li. eternum est semper est diuinitus tamen accipitur de sempiterna generatio-
lxxxiij. que- ne sapientie dei. Ecce his verbis ostendit Augu. ꝙ generatio filij semp est
stio de sēp nec preterit nec futura est/ quia eterna est. Ideo dixit genui/ ne nouum pu-
nato disse- taretur. s. ne videret incepisse. hodie dixit/ ne preterita generatio videretur
rens ait. Ex his ergo verbis pphete. vt ait Jo. Chris. nihil aliud manifestatur ni-

qr ex ipsa essentia patris semper genitus est filius.

¶Origenes videtur dicere contrarium. Ait enim q semper generatur filius a patre.

Origenes vero super hiere. dicit q filius semp generat a patre his verbis. Saluator noster est sapientia dei: sapientia vero est splēdor eterne lucis. saluator ergo noster splendor est charitatis. Splēdor aūt nō semel nascit et desinit/ sed quotiēs ortū fuit lumē ex quo splēdor orit: totiēs orit etiā splēdor charitatis. Sic & saluator semp nascit. Unde ait in li. sapiē. Ante oēs colles generat me dñs. Nō vt quidam male legūt/ generauit his verbis apte ostendit Origenes sane dici posse et debere filius semp nascitur. Qd videt contrarium illi verbo Grego. premisso: sc3 non possumus dicere semper nascitur.

¶Exponit premissa verba Gregorij ne putet inter doctores esse contrarietas. M

Sed ne tanti auctores sibi contradicere in re tāta videant illa verba Greg. benigne interpretemur. Dñs inquit iesus ante tempora natus est de patre vel potius qr nec cepit nasci nec desijt: dicamus verius semper natus. Sed quomodo verius dicitur hoc. s. q filius semper nat9 est q illud. s. q de patre ante tempora natus est. Illud enim sincera et catholica fides tenet ac predicat vt istud. Quare ergo ait dicamus verius: cū vtrunq pariter sit verū. nisi qr volebat intelligi hoc ad maiorem euidentiam et expressionem veritatis dici q illud. His etenim verbis omnis calumniādi vel de ipsis virtutis hereticis obstruitur aditus. quibus xpi sm deitatem generatio sine initio et sine fine esse ac perfecta monstratur. Nō aūt adeo apte semper manifestatur veritas cū dicitur filius ante tempora genitus est de patre: vel filius semp nascit de patre. Et ideo dicit Grego. q nō possumus dicere semp nascitur. Nō tamen ita cōuenienter nō ita cōgrue ad explanationē veritatis. Potest tñ dici si sane intelligat. semp enim nascitur filius de patre (vt ait Origenes) non q quotidie iteretur illa generatio: s3 quia semper est. semp ergo nascitur, idest natiuitas eius sempiterna est.

¶Quod filius semp gñat confirmatur ex dictis hylarij. N

Hilarius quoq dicit filium nasci ex patre in li. vij. de trini. his verbis. Uiuens deus et nature eterne viuentis potestas est: et qd cuius sacramento scientie sue ex eo nascitur nō potuit aliud esse q viuēs. Nā cum ait. Sicut misit me viuēs pater: et ego viuo propter patrem docuit vitam in se per viuētem patrem inesse. Ecce hic habes qr fili9 nascitur ex patre. Item in eodē cū dicit xps. Sicut pater h3 vitā in semetipso sic et filio dedit vitā habere in semetipso omnia viua sua ex viuente testatus est. Quod autem est ex viuo viuum natum est habet natiuitatis perfectum sine nouitate nature. Non enim nouum est quod ex viuo generatur in viuum qr nec ex nihilo est et vita que natiuitatem sumit ex vita necesse est per nature vnitatē et perfecte natiuitatis sacramentum: vt et in viuente viuat et in se habeat vitam viuentem. Ecce et hic habes qr generatur ex viuo viuens filius. Item in eodem. In deo totū qd est viuit deus enim vita est et ex vita nō pōt quicq eē nisi totū qd i eo: si viuum: neq ex deriuatione sed ex virtute natiuitatis est. Ac si dum totū qd ē viuit. quod est viuit et dum totum quod ex eo nascitur virtus est habet natiuitatem filius nō demutationē. Et hic dicit qr nascit. Item in. ix. lib. de tri. Donat pater filio tantum esse qtum est ipse: cui innascibilitatis esse imagi

Maior est q nascit qr q sēp nascit / nōdū ē natus et nūq natus: aut si sp nascit

Aliud est nasci aliud natū esse ac p hoc nūq filius ē si nū q natus ē. filius aūt ē qr nat9 est si sp fili9. Sed per igr natus ē quo de ipsis hic solut.

Joan. vj.

Attēde totum est viuit.

nem sacramento natiuitatis impartit quē ex se in sua forma generat hic dicit quia generat pater filium.

¶Breuiter docet quid de hoc concedendum sit. O

Dicamus ergo filium natū de patre ante tēpora: et semper nasci de patre sed congruentius semper natum et eūdē fateamur ab eterno esse et patri coeternū.i.auctori. Pater em̄ generat ideo auctor filij est: vt in sequenti ostendetur. Ut ergo pater est eternus ita et filius etern⁹ est: sed pater sine auctore filius vero nō: q: pater innascibilis filius nat⁹. Et vt ait

Hylarius. Hylarius in.vij. lib. de trinita. aliud est sine auctore semper esse eternum aliud patri.i.auctori esse coeternū. Ubi aūt pater auctor est: ibi et natiuitas est: q: sicut natiuitas ab auctore est ita et ab eterno auctore eterna est natiuitas. Omne autem quod semper est etiā eternū est sed tñ nō oē qđ eternū est: etiā innatum est: q: qđ ab eterno nascitur habet eternū esse qđ natū est Qđ aūt nō natū est id cū eternitate nō natum est: Quod vero ex eterno natū est id si nō eternū natū est iam nō erit et pater auctor eternus. Si quid ergo ei q̄ ab eterno patre natus est ex eternitate defuerit idipsum nō est auctori ambiguum defuisse: q: si gignē ti est infinitū gignere: et nascenti etiā infinitū nasci est. Mediū em̄ quid inter natiuitatem dei filij et generationē dei patris nec sensus admittit: q: et in generatione natiuitas est et in natiuitate gñatio est: q: sine vtroq; neutrū est: vtrunq; ergo sine interuallo sui ē

¶Argumentatio heretici. P

Rñsio Hylarij. Sed inquiet hereticus. Omne quod natū est nō semp fuit q: id natū est vt esset. Nemo ambigit quin ea que in rebus humanis nata sunt aliquando non fuerint. Sed aliud est ex eo nasci: quod semper non fuit. aliud est ex eo natum esse quod semper est. Ibi nec semper fuit qui pater est nec semper pater. et q̄ non semper pater est nō semper genuit: vbi

Quid sit ꝓpriū prī et filio. aūt semper pater est: semp filius est. Qđ si semp deo patri ꝓpriū est qđ semp est pater: necesse est filio semp ꝓpriū esse q̄ semper est filius. Quō ḡ cadet in intelligentiam nostrā vt non fuerit semp cui ꝓpriū est semp esse qđ natū est. Natū ergo vnigenitū deū cōfitemur: sed natum ante tempora nec ante esse q̄ natū: nec ante natū q̄ esse: q: nasci qđ erat iam non nasci ē sed seipsum demutare nascendo. Hoc aūt humanū sensum et intelligētiā excedit mūdi. Nō hoc capit rō humane intelligentie: sed prudentie fidelis professio est.

¶Hic de spūsancto agitur et prius q̄ sit amor patris et filij dr̄ A

Distī.x. De eterna ꝓcessiōe spūs scti q̄tuad psonā q̄ ꝓcedit. Nunc post filij eternitatē de spū sancto quantum deo donante videre cōceditur disseramus. Spūssanctus amor ē siue charitas: siue dilectio patris et filij. Uñ Aug. in.xv. lib. de trini. ait. Spūssanctus nec patris est solius: nec filij est solius: sed amborū. et ideo cōmunem qua inuicem se diligūt pater et filius nobis insinuat charitatē.

¶Quod spiritussanctus proprie dilectio dicat̄ et tñ trinitas sit dilectio. B

Joannes autē in epistola canonica ait. Deus charitas ē: non dixit spūssanctus charitas est. Quod si dixisset absolutior esset sermo et nō parua ps q̄ōnis decisa: sed q: dixit deus charitas est: incertū ē et id q̄rendum est vtrum deus pater sit charitas an filius: an spūssanctus: an deus ipsa trinitas: quia et ipsa non tres dij: sed vnus est deus. Ad quod Au

gustinus in eodem libro ita dicit: Nescio cur sicut sapientia & pater dicitur & filius et spiritussanctus, & simul omnes non tres: sed vna sapientia non ita & charitas dicatur pater & filius & spiritussanctus, & simul omnes vna charitas. Non ideo tamen quisquam nos inconuenienter estimet charitatem appellare spiritumsanctum: quia & deus pater & deus filius potest charitas nuncupari: sicut proprie verbum dei etiam sapientia dei dicitur cum & pater & spiritussanctus sapientia dicitur.

Responsio.

¶ Sicut verbum dei proprie dicitur sapientia: & tamen tota trinitas dicitur sapientia: ita & spiritussanctus proprie dicitur charitas tamen pater & filius & spiritussanctus dicitur charitas. C

Si ergo aliquis proprie horum trium charitas nuncupari debet quis aptius quam spiritussanctus vt scilicet in illa summa simplicique natura non sit aliud substantia, et aliud charitas: sed substantia ipsa sit charitas: ipsa sit substantia siue in patre siue in filio siue in spiritusancto. & tamen spiritussanctus proprie charitas nuncupatur. Ecce his verbis aperte dicit Augustinus quod in trinitate charitas aliquando refertur ad substantiam que communis est trium personarum & tota in singulis: aliquando specialiter ad personam spiritussancti sicut sapientia dei aliquando pro substantia diuina aliquando pro filio accipitur & hoc in multis fieri reperitur.

¶ Exemplis firmat eadem nomina proprie & vniuersaliter accipi. D

Pluribus enim exemplis doceri potest multa rerum vocabula & vniuersaliter poni: & proprie quibusdam rebus adhiberi sicut legis nomine aliquando simul omnia veteris instrumenti significantur eloquia: aliquando autem proprie vocatur lex que data est per Moysen. Multa alia suppetunt exempla sed in re aperta vitanda est longitudo sermonis. Sicut ergo vnicum dei verbum proprie vocamus nomine sapientie, cum sit vniuersaliter & spiritussanctus & pater ipsa sapientia ita spiritussanctus proprio vocabulo charitas nuncupatur: cum sit pater & filius vniuersaliter charitas.

Joannis.4.

¶ Auctoritatem ponit quod filius proprie dicitur sapientia. E

Sed dei verbum: idest vnigenitus dei filius aperte dictus est dei sapientia: ore apostoli dicentis christum dei virtutem & dei sapientiam. Spiritus autem sanctus vbi sit dictus charitas inuenimus: si diligenter Joannis apostoli eloquium scrutamur, qui cum dixisset. Diligamus inuicem quia ex deo est dilectio adiunxit. Et is qui diligit: ex deo natus est: quia dilectio deus est. Hic manifestauit se dixisse eam dilectionem esse deum quam dixit ex deo. Deus ergo ex deo est dilectio: sed quia & filius ex deo patre natus est & spiritussanctus ex deo patre procedit: quem potius eorum hic debeamus accipere dictum esse dilectionem merito queritur. Pater enim solus ita deus est vt non sit ex deo. Et ideo dilectio qui ita deus est: vt ex deo sit non ipse pater est, sed aut filius, aut spiritussanctus. Sed in consequentibus cum dei dilectionem commemorasset Joannes: quia dilexit nos: & hic hortatus esset, vt & nos inuicem diligamus: atque ita deus in nobis maneat: quia vtique deum dilectionem dixerat. Statim volens de hac re apertius aliquid eloqui (inquit) In hoc cognoscimus quia in ipso manemus: et ipse in nobis: quia de suo spiritu dedit nobis. Spiritus itaque sanctus de quo dedit nobis, facit nos in deo manere: et ipsum in nobis: hoc autem facit dilectio. Ipse ergo deus est dile

De spiritusancto testimonium querit & inuenit vbi dicatur esse charitas.

ctio. Deus ergo spiritussanctus qui procedit ex deo: significatur vbi legitur. Deus dilectio est et dilectio ex deo est. Ecce his verbis apte dicit Aug. spiritumsanctum esse charitatem patris et filij et intantum quoque sermonem produxit: vt videatur dixisse spiritum sanctum non solum esse dilectionem patris et filij qua se inuicem et nos diligunt: sed etiam qua diligimus deum. Sed vtrum ipse sit charitas qua nos diligimus deum. in sequenti explicabitur.

¶ Redit ostendere quod proposuerat. s. quod spiritussanctus sit amor quo pater a filio et filius a patre diligitur. F

Nunc vero quod incepimus ostendere curemus scilicet spiritum sanctum dilectionem esse siue amorem patris et filij quo. s. pater diligit filium: et filius patrem. (Hierony.) De hoc Hierony. super. xiij. psal. ait. Spiritussanctus nec pater est nec filius sed dilectio quam habet pater in filium, et filius in patrem. Augu. quoque in. vi. lib. de trini. ait. In omnibus equalis est patri filius et est vnius eiusdemque substantie. Quapropter etiam spiritussanctus in eadem vnitate substantie et equalitate consistit.

¶ Quid sit spiritussanctus hic aperitur. G

Siue enim vnitas sit amborum siue sanctitas siue charitas manifestum est quod non aliquid duorum est quo vterque coniungitur: quo genitus a gignente diligatur: genitoremque suum diligat: sintque non participatione. sed essentia sua neque dono superioris alicuius. sed proprio suo seruantes vnitatem spiritus in vinculo pacis. Ecce hic habes spiritumsanctum esse quo filius diligitur a patre. et pater a filio: et quo illi duo seruant vnitatem pacis. Spiritus ergo sanctus vt ait Augu. in eodem commune est aliquid patris et filij: quicquid illud est. At ipsa communio consubstantialis et coeterna est: que si amicitia conuenienter dici potest dicatur. sed aptius dicitur charitas: et hec quoque substantia: quia deus substantia est: et deus charitas est. Tria ergo sunt et non amplius. vnus diligens eum qui de illo est et vnus diligens eum de quo est et ipsa dilectio. que si nihil est: quomodo deus dilectio est. Si non est substantia quomodo deus substantia est.

¶ Quod spiritussanctus sicut communis est patri et filio: ita commune nomen habet proprium. H

Hic notandum est quod sicut spiritussanctus in trinitate specialiter dicitur charitas que est patris et filij vnio: ita et nomen tenet proprie: quod patri et filio communiter quodammodo congruit. (August. de tri. li. xv. c. xvi.) vnde Augu. in. xv. libr. de trini. Si charitas inquit qua pater diligit filium: et patrem diligit filius ineffabilem communionem demonstrat amborum: quid conuenientius quam vt ille proprie dicatur charitas qui spiritus est communis ambobus. Hoc enim sanius creditur et intelligitur: vt non solum spiritussanctus charitas sit in illa trinitate: sed non frustra proprie charitas nuncupetur propter illa que dicta sunt: sicut non solus in illa trinitate vel spiritus est vel sanctus: quia et pater spiritus: et filius spiritus: et pater sanctus: et filius sanctus et tamen ipse non frustra dicitur spiritussanctus. Qui enim est communis ambobus. id vocatur ipse proprie quod ambo communiter. (Coll. f.) Alioquin si in illa trinitate solus spiritussanctus est charitas: profecto et filius non solius patris sed etiam spiritussancti filius inuenitur. Ait enim apostolus de deo patre. Transtulit nos in regnum filij charitatis sue. Si ergo non est in ista trinitate. charitas dei nisi spiritussanctus: filius est spiritussancti. Sed quia hoc absurdissimum est: restat vt non solus ibi sit charitas spiritussanctus: sed propter ista de quibus satis

differui proprie sic vocatur.

¶ Quod spiritussanctus procedit a patre et filio. A

Hic dicendum est spiritumsanctũ a patre esse et filio: et procedere a patre et filio. quod multi heretici negauerunt. Qđ autẽ de vtroq; procedat multis diuinorũ eloquiorum testimonijs comprobatur. Dicit enim apostolus. Misit deus spiritum filij sui in corda nostra. Ecce hic dicitur spũs filij. Et alibi. Qui aũt spm̃ christi nõ habet hic non est eius. Ipse etiã filius de spũsancto dicit in euangelio. Quẽ ego mittã vobis a patre. Patris autẽ spũs dictus est vbi legitur. Si spiritus eius qui suscitauit xp̃m a mortuis habitat in vobis. Et ipse christus dicit. Non enim vos estis qui loquimini: sed spũs patris vestri qui loquitur. Et in alio loco. Quem mittet pater in nomine meo. Et alibi ipse filius de spiritusancto ait. De patre procedit. His et alijs autoritatibus pluribus ostẽditur q; spiritussanctus a patre et filio procedit.

Di.xj. / Gal.iiij. / Rom. viij. / Joã.xvj. / Math.x. / Johã.xvj.

¶ Qđ greci nõ cõcedũt spm̃sctm̃ procedere a filio. B

Greci tamen dicunt spiritumsanctũ procedere tantũ a patre et nõ a filio. Qđ ideo dicũt: q2 veritas in euangelio fidẽ integrã cõtinens de processiõe spirit9 loquẽs solũ patrẽ cõmemorat dicẽs. Spũs qui a patre procedit. Et etiam ideo: quia in principalib9 cõcilijs q̃ apud eos celebrata sunt ita symbola eorum subiũctis anathematibus sancita sunt vt nulli de trinitatis fide aliud docere vel aliter pdicare q̃ ibi continetur: liceat. In quib9 quidẽ symbolis cũ spũsctũs cõmemoretur procedere a patre et nõ a filio. Quicũq; inq̃t a filio eũ procedere addũt. anathema incurrunt. vnde et nos arguũt anathematis reos. Addũt etiã ad assertionẽ sue opinionis et in testimoniũ nostre dãnatiõis de simbolo fidei: qđ scđm traditionem pdictorum cõciliorum. Leo.iij. rome trãscriptũ in tabula argẽtea post altare beati Pauli posita posteris reliq̃t pro amore (vt ipse ait) et cautela fidei ortodoxe. In quo quidẽ simbolo in processiõe spiritus solus cõmemoratur pater his verbis. Et in spiritũsanctũ dñm et viuificatorẽ ex patre procedentẽ: cũ patre et filio coadorandũ et glorificandũ ec. Illud est simbolum quod in missa cantatur editũ in Niceno concilio/ in fine cuius subiectũ est. Qui aliud docuerit vel aliter predicauerit anathema sit ideoq; greci nos anathematizatos dicunt/ quia dicimus spiritũsanctum a filio procedere quod ibi non continetur. Quod enim secundũ nos ibi dicitur. Qui a patre filioq; procedit alterum a latinis est additum scilicet filioq;.

Quare dicatur. / Prima cã. / Johã.xv. / Scđa cã. / Tertia cã.

¶ Responsio vbi determinantur predicta. C

Nos autem illa verba ita determinamus. Qui aliud docuerit vel aliter predicauerit vel contrarium docuerit/ vel contrario modo pdicauerit. anathema sit. Aliud ergo posuit pro opposito qualiter et Apostolus in epistola ad Gal. Si quis aliud euangelizauerit. i. contrariũ anathema sit. Non dicit si quis addiderit. Nam si illud diceret sibijpsi (vt ait Augustinus) preiudicaret qui cupiebat venire ad quosdam quibus scribebat sicut ad Thessa. vt suppleret que illorum fidei deerant. Sed qui supplet quod minus erat addit/ non quod non inerat tollit. Qui autem pretergreditur fidei regulam non incedit in via: sed recedit a via. Ad illud autem quod de euangelio opponunt respondem9 ita: quia cum dicat in eo veritas spiritumsanctũ a patre procedere non addit solo: et ideo etiam a se procedere non negat: sed ideo patrem tantum nominat quia ad eum solet

Gal.j.

referre etiam quod ipsius est: quia ab illo habet.

¶ Quod greci in sensu nobiscum conueniunt et si verbis differãt. D

Sciendum est tamen ꝙ greci confitentur spiritumsanctũ esse filij sicut et patris: quia et Apostolus dicit Spiritum filij. Et veritas in euangelio spiritum veritatis. Sed cum non sit aliud spiritũsanctũ esse patris et filij. ꝗ͂ esse a patre et filio etiam in hoc in eãdem nobiscũ fidei sententiam conuenire videntur licet in verbis dissentiant.

¶ Auctoritatibus grecorum ostendit spiritumsanctum procedere etiam a filio. E

Unde etiã quidam eorum catholici doctores intelligẽtes vnam eandemqꝫ fore sententiam predictorum verborũ quibus dicitur spi-
Anastasi⁹ ritussanctus procedere a filio et esse filij professi sunt spiritumsanctũ etiã procedere a filio. Unde Anastasius in simbolo fidei. Spiritussanctus a pa-
Didimus. tre et filio: non factus nec creatus: nec genitus sed procedens. Ecce spiritũsanctũ aperte dixit procedere a patre et filio. Dydimus etiam eorum maximus doctor in lib. de spiritusancto spiritũsctm̃ a filio procedere dicit Saluator inquit qui est veritas. Non enim loquetur a semetipso: hoc est nõ sine me et sine meo et patris arbitrio: quia inseparabiliter est a me et a patris voluntate quia ex se non est sed ex patre et me est. Hoc enim ipsum qđ subsistit et loquitur a patre et a me illi est. Item. Spiritussanctus q̃ est spiritus veritatis. spiritusqꝫ sapientie non potest audire a filio loquente que nescit: cum hoc ipsum sit quod profertur a filio. i. procedens deus de deo. Spiritus veritatis procedens a veritate: cõsolator manans ex consolatio-
Cyrillus. ne: nam Cyrillus episcopus in epistola Nestorio directa ait. Spirit⁹ intelligitur per se sm̃ ꝙ spiritus est et non filius: sed tamen nõ est alien⁹ ab eo.
Joh. chry. Spirit⁹ enim veritatis nominatur. et profluit ab eo sicut ex deo patre Johãnes quoqꝫ Chryso. in omel. quadam de expositione simboli sic ait. Iste est spiritus procedens de patre et filio: qui diuidit dona ꝓpria prout vult Idem in alia omel. Credendum est spiritumsanctũ patris esse et filij. Istũ spiritumsanctum dicimus patri et filio coequalem et procedentem de patre et filio. Hoc credite: ne colloquia mala corrumpant bonos mores. Ecce a doctoribus grecorum aperta habemus testimonia: quibus spiritussanctus a patre et filio procedere ostenditur. Omnis ergo lingua confiteatur spiritumsanctum procedere a patre et filio.

¶ Utrum spiritussanctus prius vel plenius procedat a patre ꝗ͂ a filio. A

Di. xij. Item queritur cum spiritussanctus a patre procedat et a filio: vtrum prius vel magis processerit a patre ꝗ͂ a filio quod nititur hereticus ostendere ita dicens. Si ꝓcessit vtiqꝫ spiritussanctus a patre processit vtiqꝫ aut nato iã filio: aut non
Argumentatio heretica. nato filio. Si vero iam nato filio processit: ante natus est filius ꝗ͂ processerit spiritussanctus precessit ergo natiuitas filij processionẽ spiritussancti. Si aũt ꝓcessit a pr̃e nõ genito filio: ante processit ꝗ͂ fili⁹ genit⁹ fuerit.

¶ Responsio Augu. ad id quod primo querebatur. s. an prius a patre ꝗ͂ a filio processerit. B

August. de tri. li. xv. c. xxv. His et huiusmodi questionibus magis laboriosis ꝗ͂ fructuosis respondet Augustinus in. xv. libro. de trinita. dicens. In illa summa trinitate que deus est interualla temporum nulla sunt per que posset

ostendi aut saltem requiri: vtrum prius de patre natus sit filius et postea de ambobus processerit spiritussanctus. Nunquid ergo possumus querere vtrum iam processerat de patre spiritussanctus quando natus est filius: an nondum processerat: et in illo nato de vtroque processit. Non possunt prorsus ibi ista queri vbi nihil ex tempore inchoatur: vt ex consequenti perficiatur in tempore. Ideo qui potest intelligere sine tempore generationem filij de patre intelligat sine tempore processionem spiritussancti de vtroque. Ecce his verbis absoluta est questio illa qua querebatur vtrum prius processerit spiritussanctus a patre quam a filio.

¶ Hic agitur de eo quod querebatur: scilicet an plenius vel magis processerit a patre quam a filio. C

Nunc tractandum est quod secundo querebatur scilicet an plenius an magis procedat spiritussanctus a patre quam a filio. Ad quod dicimus: quia sicut non ante procedit a patre quam a filio: ita non plenius vel magis procedit a patre quam a filio. Augustinus tamen in .xv. lib. de trini. dicit: quod spiritussanctus principaliter procedit de patre. Non frustra inquit in hac trinitate non dicitur verbum dei nisi filius: nec donum dei nisi spiritussanctus nec de quo genitum est verbum: et de quo procedit spiritussanctus principaliter nisi deus pater. Ecce audistis quia spiritussanctus principaliter procedit a patre. Sed ne te hoc turbaret. ipse continuo ex quo sensu hoc dixerit aperit dicens. Ideo addidi principaliter: quia et de filio spiritussanctus procedere reperitur. sed hoc quoque illi pater dedit non iam existenti. et nondum habenti. Sed quicquid vnigenito verbo dedit: gignendo dedit. Sic ergo eum genuit: vt etiam de illo donum commune procederet et spiritussanctus: spiritus esset amborum. Ecce exposuit ipsemet quomodo spiritus principaliter procedat a patre: non quia prius vel magis procedat a patre quam a filio: sed quia cum procedat a filio hoc ipsum habet filius a patre. Quomodo Au. dicit spiritumsanctum procedere a patre principaliter.

¶ Ex eodem sensu etiam dicitur spiritussanctus proprie procedere a patre. D

Ex eodem sensu etiam dicitur procedere proprie de patre. Unde Hierony. in expositione catholice fidei Nicenique simboli ait. Credimus in spiritumsanctum qui de patre procedit proprie. Item spiritumsanctum verum deum inuenimus in scriptura: et de patre esse proprie. Et item de patre filius et spiritussanctus proprie et vere de patre procedit. Ecce aperte dicit spiritumsanctum proprie esse de patre et proprie procedere a patre. Quod non est ita intelligendum tanquam prius vel plenius a patre procedat quam a filio: sed quia hoc habet pater a se non ab alio: vt de ipso sit et procedat spiritussanctus. Filius autem non a se: sed a patre hoc habet, vt de ipso sit et procedat spiritussanctus. Hierony.

¶ Ex eodem sensu dicitur spiritussanctus esse et mitti a patre per filium. E

Forte etiam iuxta hanc intelligentiam dicitur spiritussanctus mitti per filium: et a patre esse per filium. Unde Hylarius ad deum patrem de spiritu sancto: et filio loquens in .xij. libr. de trini. ait. In spiritusancto tuo ex te profecto et per eum misso. Item ante tempora vnigenitus tuus ex te natus manet ita quod ex te per eum spiritussanctus tuus est quod et si sensu non percipiam: tamen teneo conscientia. In spiritualibus enim rebus tuis hebes sum. Item in eodem. Conserua hanc oro: fidei mee religionem. vt quod in generationis mee simbolo professus sum semper obtineam. te patrem. scilicet filium tuum vna tecum adorem: spiritumsanctum tuum qui ex te per vnigenitum tuum est promerear. Et aperte di- Hylarius

rit spiritumsanctum a patre per filium ⁊ mitti ⁊ esse quod non intelligendum quasi a patre per filium minorem mittatur vel sit: sed quia ex patre ⁊ filio est ⁊ mittitur ab vtroque sed hoc ipsum habet filius a patre, vt ab ipso ⁊ sit ⁊ mittatur spiritussanctus. Hoc ergo voluit significare Hylarius distinctionem faciens in locutione: vt ostenderet in patre esse auctoritatem. Inde est etiã quod veritas ostendens patrem esse auctorem processionis qua procedit spiritus a filio. dixit in euangelio. De patre procedit cum ⁊ de patre ⁊ filio procedat spiritussanctus. Unde Aug. in. xv. li. de tri. querit Si de patre ⁊ filio procedit spiritussanctus, cur filius dixit: de patre procedit. Cur putas nisi quia solet ad eum referre etiam quod ipsius est sicut ⁊ de quo ⁊ ipse est sicut ait. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Si ergo hic intelligitur eius doctrina quã tamen non dixit suam: sed patris: quanto magis illic intelligendus est spiritussanctus de ipso procedere vbi sic ait: de patre procedit: vt non diceret, de me non procedit. A quo aũt habet filius vt sit deus: est enim deus de deo ab illo vtique habet vt etiã de illo procedat spiritussanctus. Et ideo spiritussanctus vt etiam de filio procedat: sicut procedit de patre, ab ipso habet patrem. Quapropter qui potest intelligere in eo quod ait filius. Sicut habet pater vitam in se semetipso sic dedit ⁊ filio vitam habere in semet ipso non sine vita existenti iam filio vitam patrem dedisse sed ita eum sine tẽpore genuisse, vt vita quã pater filio gignẽdo dedit coeterna sit vite patris qui dedit. Intelligat etiam sicut habet pater in seipso: vt de illo procedat spiritussanctus sic dedisse filio: vt etiam de isto procedat idẽ spiritussanctus ⁊ vtrũque sine tẽpore. Ita ergo dictũ est spiritũsanctũ de patre procedere: vt intelligatur quod etiam procedit de filio de patre esse ⁊ filio. Si enim quicquid habet, de patre habet filius: de patre habet vtique vt et de illo procedat spiritussanctus sed nulla ibi tempora cogitãtur que habeãt prius ⁊ posterius quia ibi omnino nulla sunt.

Questio cur filius det de spũsãcto a pse procedere cũ ab vtroque procedat.

¶ Quare spiritussanctus cum sit de substantia patris non dicatur genitus vel filius sed tantum procedens. A

Di. xiij.

Aug. de tri. xv. c. xxvj.

Post hec cõsiderandum est quantum a talibus quales nos sumus intelligi potest, cum spiritussanctus procedat de patre, ⁊ sit de substantia patris cur non dicatur esse natus, sed potius procedere ⁊ cur non dicatur filius. Quare aũt spiritussanctus nõ dicatur vel sit natus: ⁊ ideo nõ sit filius Aug. ostendit in. xv. li. de tri. ita dicens. Si spiritussanctus filius diceretur, amborũ vtique filius diceretur: quod absurdissimũ est. Filius quippe nullus est duorum, nisi patris ⁊ matris. Absit autem vt inter deum patrem ⁊ deum filiũ tale aliquid suspicemur. Absurdissime ergo filius diceretur amborum. id est patris ⁊ filij. Amborum enim filius diceretur si eum ambo genuissent: quod abhorret omnium sanctorum sensus. Non ergo ab vtroque est genitus sed procedit ab vtroque amborũ spiritus. His verbis ostenditur cur spiritussanctus cũ sit de patre non tamen dicatur genitus vel filius.

¶ Cũ spiritussanctus non dicatur genitus cur filius dicatur procedere. B

Cum autem spiritussanctus non dicatur genitus: sed tãtum procedens: queri solet cur filius non dicitur tantum genitus: sed ⁊ procedens. Sicut ipse in euangelio Johannis ait. Ego ex deo processi vel exiui, ⁊ veni in mundum. Non ergo tantum spiritussanctus procedit a patre sed etiam filius. Ad quod dicimus quod cum vterque procedat a patre dissimiliter tamen. Nam spiritussanctus (vt ait Aug. in. v. lib. de trinita.) procedit

Johã. vj.

a patre non quomodo natus: sed quomodo datus vel donū. Filius aūt processit nascēdo/ exijt vt genitus. Ac per hoc illud elucescat vt potest. s. cur spiritussanctus etiā nō sit filius cū & ipse a patre exeat. Ideo spiritus nō dicitur filius qꝛ neq; natus est sicut vnigenitus neq; factus vt per dei gratiā in adoptionem nasceretur sicut nos.

¶ Qd non potest distingui a nobis inter generationem filij & processionem spiritussancti.

C

Inter generationem vero filij & processionem spiritussancti dum hic viuimus distinguere nō sufficimus. Unde Augustinus. Maximino premissaȝ questionē refricanti scȝ querenti cur spiritussanctus nō diceretur filius: cuȝ de patris esset substantia: respondēs sic ait. Queris a me si de substātia patris est filius de substantia patris est etiā spiritussanctus cur vnus filius sit & alius non sit filius. Ecce respondeo: siue capias siue nō capias. De patre est filius de patre est spiritussanctus: sed ille genitus est: iste procedens. Ideo ille filius est patris de quo est genitus. Iste aūt spiritus est vtriusq;: qm̄ de vtroq; procedit: sed ideo cuȝ de illo loqueretur ait. De patre procedit qm̄ pater processionis eius auctor est qui talē filiū genuit: & gignēdo ei dedit/ vt etiā de ipso procederet & spiritussanctus. Nam nisi procederet etiam de ipso: nō diceret discipulis. Accipite spiritūsanctuȝ: eūq; insufflando daret vt a se quoq; procedere significās aperte ostēderet flando qd aspirando dabat occulte: qꝛ ergo si nasceretur: non tantū de patre nec tantum de filio: sed de ambobus vtiq; nasceretur: sine dubio filius diceretur amborum. Ac per hoc qꝛ filius amboȝ nullo modo esset: non oportuit nasci eū de ambobus. Amboȝ est ergo spiritussanctus procedendo de ambobus. Questio. maximini.

¶ Hic dicit ꝙ non valet inter illa duo distinguere.

D

Quid autem inter nasci & procedere intersit: de illa excellētissima natura loquēs explicare quis pōt? Nō omne qd pcedit nascitur: q̄uis omne procedat qd nascitur. Sicut nō omne qd bipes est homo est: q̄uis bipes sit omnis qui homo est hoc scio: distinguere aūt inter illā generationē & hanc processionē nescio: non valeo/ nō sufficio/ ac per hoc qꝛ & illa & ista est ineffabilis: sicut ppheta de filio loquens ait. Generationē eius quis enarrabit. Ita de spiritusancto verissime dicitur. Processionem eius quis enarrabit. Satis sit ergo nobis qꝛ non est a seipso filius: sed ab illo de quo natus est: nō est a seipso spiritussanctus sȝ ab illo de quo procedit. Et qꝛ de vtroq; pcedit sicut iā ostendimus. De spiritusancto quomodo ipse de deo sit: nec tamen ipse filius sit: quoniam procedēdo non nascendo legitur esse de deo: iam superius q̄tum visum est disputauimus.

¶ An spiritussanctus debeat dici ingenitus.

E

Nunc considerandum est cum spiritussanctus nō sit genitus: vtrum debeat dici ingenitus. Ad qd dicimus spiritūsanctum nec genitum nec ingenitū debere dici. Unde Aug. ad Orosium ait. Spiritūsanctuȝ nec genitū nec ingenituȝ fides certa declarat: quia si dixerimus ingenitum duos patres videbimur affirmare. Si aūt genitū duos credere filios culpamur. Sicut eīm solus filius dicitur genitus: ita & solus pater dicitur ingenitus: eo ꝙ ab alio nō sit. vnde Augu. in. xv. li. de tri. Pater inquit solus nō est de alio. Ideo solus appellatur ingenitus: nō quidē in scripturis: sed in cōsuetudine disputantiū de re tāta sermonē: qualē valuerit proferentiū. Filius aūtē de patre natus est spūssanctus de patre principaliter & cōīter de vtroq; pce Augustin. Aug. d tri. l. xv. c. xxv.

dit. Ideoqꝫ cũ spiritũsanctũ genitũ nõ dicamus dicere tamẽ ingenitũ nõ audemus ne in hoc vocabulo vel duos patres in illa trinitate vł duos qui nõ sunt de aliquo quispiã suspicetur. Ecce his verbis aperte ostendit spiritũ sanctum: nec genitum: nec ingenitum debere dici.

¶ Qđ hieronymus dicit spiritũsanctum ingenitum: qđ videtur predictis aduersari. F

Hieronymus tamen in regulis diffinitionum contra hereticos dicit spiritũsanctum ingenitum esse his verbis. Spiritussanctus pater nõ est: sed ingenitus atqꝫ infactus. Pater non est qꝛ patris est ꝛ in patre est processionem habet ex patre ꝛ nõ natiuitatem. Filius autem non est qꝛ genitus non est. Ecce his verbis dicitur spiritussanctus esse ingenitus: qđ videtur aduersari premissis verbis Augustini.

Hierony.

¶ Determinatio secundum diuersas acceptiones dicit eos locutos. G

Sed vt istam que videtur repugnantiam de medio abigamus, Dicimus ꝙ hieronymus aliter accepit nomẽ ingeniti ꝛ aliter Augustinus. Accepit enim Augu. ingenitum qui vel quod de alio non est: ꝛ scḋm hoc de solo patre dicitur. Hieronymus vero ingenitũ dicit non genitũ: ꝛ scḋm hoc de spiritussancto potest dici: cũ spiritussanctus non sit genitus.

¶ Ex verbis hieronymi ostenditur ex quo sensu dicitur spiritumsanctum ingenitum.

Qđ autẽ Hieronymus ita acceperit: ostenditur ex verbis suis quibus in eodẽ tractatu vtitur faciens talem diuisionẽ. Omne qđ est: aut ingenitũ est, aut genitum aut factum. Est ergo quod nec natum est nec factum: ꝛ est quod natum est, ꝛ factum non est, ꝛ est quod nec natum est nec factum est, ꝛ est quod factum est, ꝛ natum non est, ꝛ est quod factũ est, ꝛ natum est ꝛ renatũ est, ꝛ est quod factum est, ꝛ natum est, ꝛ renatum nõ est. Nũc preppositorum singulis rebus subsistentiam destinemus. Quod ergo nec natum nec factum est: pater est: non enim ab alio aliquo est. Quod autem natum est ꝛ factum non est filius est, qui a patre genitus est nõ factus. Quod iterum nec factum nec natum est: spiritussanctus est qui a patre procedit. Quod etiam factum est ꝛ natum non est: celum ꝛ terra ceteraqꝫ insensibilia sunt. Quod autem factum, ꝛ natum, ꝛ renatũ est: homo est. Quod vero factũ est ꝛ natum est: ꝛ renatum non est: animalia sunt. Ecce his verbis ostendit hieronymus se ingenitum accipere non genitum. Aliter enim non esset premissa diuisio vera scilicet omne quod est aut ingenitum est, aut genitum, aut factum. Atqꝫ in diuisionis huius prosecutione: in assignatione ingeniti vbiqꝫ ponit non natum.

diuisio hec notãda est diligenter.

¶ Qđ gemina est processio spiritussancti. A

Preterea annotandum diligenter est ꝙ gemina est processio spiritussancti: eterna videlicet que ineffabilis est: qua a patre ꝛ filio eternaliter ꝛ sine tempore processit: ꝛ temporalis qua a patre ꝛ filio ad sanctificandam creaturam procedit. Et sicut ab eterno communiter ac simul procedit a patre ꝛ filio: ita ꝛ in tempore communiter ꝛ simul ab vtroqꝫ procedit ad creaturam: non diuisim a patre in filium: et a filio ad creaturam. Unde Augustinus in .xv. lib. de trinitate ait. Spiritussanctus non de patre procedit in filium: ꝛ de filio procedit ad significandam creaturam: sed simul de vtroqꝫ procedit: Quia hoc

Aug. đ tri. xv. c. xxvj.

filio pater dederit: vt sicut de se ita etiam de illo procedat.

¶ De temporali autem processione spiritussancti specialiter agit. B

De temporali autem processione Beda in Omelia dominice prime post ascensionem ita loquitur. Cum gratia spiritussancti datur hominibus profecto mittitur spūs a patre mittitur ⁊ a filio procedit a patre: procedit ⁊ a filio: quia ⁊ eius missio est ipsa processio. His verbis aperte ostendit donationem gratie spiritussancti dici processionem vel missionem eiusdem. Sed cum donatio vel datio non sit nisi temporalis constat quia ⁊ hec processio siue missio temporalis est. Hanc quoqꝫ temporalem spiritussancti processionem. Augustinus in .xv. libro de trinitate insinuat dicens spiritumsanctum processisse a christo quando post resurrectionem insufflauit in discipulos his verbis. Cum resurrexisset christus a mortuis ⁊ apparuisset discipulis insufflauit ⁊ ait. Accipite spiritumsanctū: vt etiā eum de se procedere ostenderet ⁊ ipse est virtus que de illo exibat vt legitur in euangelio: ⁊ sanabat omnes. Et vt ostenderet hanc processionem spiritussancti non esse aliud q̄ donationem vel dationem ipsius spiritussancti addidit. Post resurrectionem dominus iesus bis dedit spiritumsanctum: semel in terra propter dilectionem proximi. ⁊ iterū in celo propter dilectionem dei quia per ipsum donum diffunditur charitas in cordibus nostris: qua diligimus deum ⁊ proximum.

¶ Qd aliqui dicunt spiritumsanctum non dari sed dona eius. C

Sunt autem aliqui qui dicunt spiritumsanctum ipsum deum non dari: sed dona eius que non sunt ipse spiritus ⁊ vt aiūt spiritussanctus dicitur dari: cum gratia eius que tamen non est ipse qui datur hominibus. Et hoc dicunt Bedā sensisse. in superioribus verbis quibus dicit spiritumsanctum procedere cum ipsius gratia datur hominibus / tanq̄ non ipse detur / sed gratia eius. Sed qd ipse spiritussanctus qui deus est ⁊ tertia in trinitate persona detur / aperte dicit Augustinus in libro. xv. de trinitate ita dicens. Eundem spiritum sanctum datū cum insufflasset. Jesus de quo mox ait. Jte baptizate omnes gentes in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti / ambigere non debemus. Jpse est ergo qui de celo datus est die penthecostes. Quomodo ergo deus nō est q̄ etiā dat spiritumsanctum immo quantus est deus qui dat eum. Ecce his verbis aperte dicit spiritumsanctum ipsum. s. deum dari hominibus a patre ⁊ filio. Et q̄ ipse ⁊ spiritussanctus qui deus est ac tertia in trinitate persona nobis detur / nostrisqꝫ infundatur atqꝫ illabatur mentib9 aperte ostēdit. Ambrosius in primo libro de spiritusancto dicens. Licet multi dicantur spiritus / quia legitur. Qui facit angelos suos spiritus / vnus est tamen dei spiritus. Jpsum ergo vnū spiritum ⁊ apostoli / ⁊ prophete sunt cōsecuti / sicut etiam vas electionis dicit / quia vnum spiritum potauimus quasi eum qui non queat scindi / sed infundatur animis / ⁊ sensibus illabatur: vt secularis sitis restringat ardorem qui spiritussanctus non est de substantia rerum corporalium / nec de substantia inuisibilium creaturarum. His verbis aperte dicit spiritum sanctum ipsum qui creatura non est / infundi mentibus nostris. Jtem in eodem omnis creatura mutabilis est / sed non mutabilis spiritussanctus. Quid autem dicere dubitem / quia datus est spiritussanctus / cum scriptum sit. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Qui cum sit inaccessibilis natura receptibilis

Qd ipe spiritussctūs q de9 ē deꝰ ⁊ mittatur.

Ambrosius.

bilis tamen propter bonitatem suam nobis est complens virtute omnia: sed qui solis participetur iustis, simplex substantia opulens virtutibus/ vnicuiq; presens diuidens de suo singulis et vbiq; totus. Incircũscriptus ergo et infinitus est spiritussanctus qui discipulorum sensus separatorum infudit: quem nihil potest fallere. Angeli ad paucos mittebant: spiritussanctus autem populis infundebat. Quis ergo dubitet quin diuinũ sit qd infunditur simul pluribus nec videt. Unus est ergo spiritussanctus q̇ datꝰ est oibus: lꝫ separatis apostolis. Et hic aperte dicit Ambro. ꝙ spiritussanctus qui est substantia simplex cum sit vnus datur pluribus. Alia quoq; auctoritate hoc idẽ astruitur. s. ꝙ spiritussanctus qui est equalis filio hominis detur. Ait enim Aug. de verbis domini sic Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spm̃sanctũ qui datus est nobis. A quo datur. Ab illo qui dedit dona hominibus. Que dona. Spiritũsanctũ: qui tale donum

Augustinꝰ dat qualis est ipse. Magna est misericordia eius: donũ dat sibi equale: qꝛ donũ eius spiritussanctus est. Premissis his. et alijs pluribus auctoritatibus aperte monstrat ꝙ spiritussanctus equalis patri et filio nobis datur

Aug. d tri. li. iiij. c. vi. nec ideo tamen minor est patre et filio. vnde Aug. in. iiij. lib. de tri. ait. Non ideo inquit minorẽ spiritũsanctum. quia et eum pater misit et filius arbitrandum est.

¶ An viri sancti et ecclesie prelati dent vel dare possint spiritũsanctũ: ꝙ nõ dant hic ostendit. D

Hic queritur vtrũ et viri sancti dent vel possint dare alijs spiritũsanctũ. Quem si alijs dant cum eius donatio supra sit dicta processio videtur ab eis procedere spiritussanctus vel mitti: sed creator a creatura non mittit vel procedit. Restat ergo vt spiritũsanctũ ipsi non dent: nec possint dare. vnde Aug. in. li. de tri. Non aliquis discipulorũ christi dedit spm̃sanctũ. Orabant quippe vt veniret in eos quibus manũ imponebant: non ipsi eum dabant. Quẽ morẽ in suis prepositis etiam nunc seruat eccle-

Aug. d tri. li. xv. c. xxv sia. Deniq; et symon magus offerens apostolis pecuniã nõ ait. Date mihi et hanc potestatẽ vt dem spiritũsanctũ: sed cuicunq; inquit imposuero manus accipiat spiritũsanctũ: quia nec scriptura superius dixerat. Uidens autẽ symõ qꝛ apostoli darent spiritũsanctũ sed dixerat. Uidens autem simon quia per impositionẽ manuum apostolorũ daretur spũssanctus. Ecce his verbis ostendit Augu. nec apostolos nec alios ecclesie prelatos dedisse vel dare spiritũsanctum.

¶ Quod non possunt dare spiritũsanctũ hic docet. E

Et quod plus est non posse etiam dare dicit in eodem libro subdens. De christo scriptũ est ꝙ acceperit a patre promissionẽ spũssancti et effuderit in quo vtraq; natura monstrata est humana scꝫ ⁊ diuina. Accepit quippe vt homo effudit vt deus. Nos autem accipere quidem hoc donum possumus pro modulo nostro. Effundere vero super alios non vtiq; possumus sed vt hoc fiat: deum super eos a quo id efficitur inuocamꝰ. His verbis expresse dicit nos spiritũsanctũ non posse super eos effundere idest alijs dare.

¶ Quod videtur contrarium. F

Sed huic videtur contrariũ quod apostolus ad Gal. de se loquens ait. Qui tribu vobis spiritũ: et operat virtutes in vobis. Ecce euidẽter dicit se tribuisse spiritum. Sed intelligendũ est hoc dixisse apost

stolum: non q̄ haberet potestatem ꝛ auctoritatē dandi spiritūsanctū sed quia ministeriū habuerit in quo dabatur a deo spiritussanctus vt etiā ait Aug. super eundem locum exponens illud apostoli verbum. Ab apostolo predicata est eis fides in qua predicatione aduētū ꝛ presentiā spiritussancti senserant: sicut illo tempore innouitate inuitationis ad fidem etiā sensibilibus miraculis presentia spiritussancti apparebat vt in actibus apostolorū legit̄. Aperte hic ostendit quomodo illis spiritūsanctū apostolus tribuerit. Non vtiq̄ ipsum mittendo in eos/ sed predicando eis fidem christi quam illis recipientibus q̄ spiritussanctus in eis esset aliquib' signis visibilibus mōstrabatur. Non ergo homines q̄tūcunq̄ sancti dare possunt spiritumsanctum.

¶ Utrum spiritussanctus a seipso detur. A

Hic considerandū est: cum spiritussanctus detur hominibus a patre ꝛ filio quod est ipsum temporaliter procedere ab vtroq̄ vel mitti: vtrum etiam a seipso detur. Si datur a se: et procedit vel mittitur a se. Ad quod dicimus/ quia spūssanct' et deus est ꝛ donū siue datū/ et ideo dat et datur. Dat quidem inq̄tū deus et datur inq̄tum donum siue datum. Cum autem donatio siue datio spiritussancti sit operatio dei ꝛ communis sit et indiuisa operatio trium personarum donatur itaq̄ spiritussanctus non tantum a patre ꝛ filio/ sed etiam a seipso. vnde Augustinus in .xv. li. de tri. dicit q̄ seipm dat. Sicut inq̄t corpus carnis nihil est aliud q̄ caro/ sic donum spiritussancti nihil est q̄ spiritussanctus. Intantū ergo donum dei est/ inq̄tum datur eis quibus datur. Apud se autem deus est/ et si nemini datur/ quia deus erat patri et filio coeternus anteq̄ cuiq̄ daretur/ nec quia illi dant et ipse datur ideo minor est illis. Ita enim datur sicut dei donum. vt etiam seipsum det sicut deus. Non enim dici potest non esse sue potestatis de quo dictum est. Spiritus vbi vult spirat. Ecce aperte dicit q̄ spiritussanctus seipsum dat. Si enim spiritussanctus seipsum dare non potest. et eum pater dare potest: et filius potest itaq̄ pater dare aliquid et filius/ quod non potest spiritussanctus. Itē si pater et filius dant spiritūsanctū nec ipse dat aliquid. ergo pater operatur et filius quod non operatur spiritussanctus. Dat ergo spiritussanctus seipsum. Si autem seipsum dat tunc a seipso procedit et mittitur/ quod vtiq̄ verum est. Nam processio temporalis spūssancti vel missio ipsius est donatio: et ipsa dei operatio. Procedit ergo spūssanctus temporaliter a se et mittitur a se. quia datur a se.

Distin. xv.

Aug. de tri. l. xv. c. xviij.

¶ Non est mirū si spūssanctus dicatur mitti vel procedere a se. cum etiam filius dicatur mitti a se. B

Ne autem mireris q̄ spiritussanctus dicit̄ mitti vel procedere a se. Nam et de filio dicit Augu. in .ij. li. de trini. q̄ non tantum a patre missus est. sed etiam a seipso ꝛ a spiritu sancto querens quomodo fili' vel spiritussanctus sit missus: cum vterq̄ sit vbiq̄ tanq̄ deus. Nam vterq̄ inquit Augustinus legitur missus. De spiritusancto enim legitur. Quem mittet pater in nomine meo et iterum. Si abiero mittam eum ad vos. et filius de se dicit. Exiui a patre/ et veni in mundum. Et apostolus dicit. Misit deus filium suū. In propheta autem scriptum est ex persona dei. Celum ꝛ terrā ego impleo. Itaq̄ si vbiq̄ deus est vbiq̄ ergo est filius vbiq̄ etiam est spūssanctus. Illuc ergo missus est filius et spūssanctus vbi erat.

Aug. de tri. li. ij ca. v.

Johā. xiiij

Johā. xvj.

Gal. iiij.

D

¶ Quomodo intelligenda sit missio viriusq;.

C

Quo circa querendum est quomodo intelligatur missio

Aug. pri⁹. de missiōe filij. filij vel spūssancti. pater enim solus (inquit Augu. in eodem) nusq; legitur missus sed filius et spiritussanctus. Et de filio primo videamus quomodo missum eū Apostolus dicat. Misit deus filium suum factum ex muliere: vbi satis ostendit corpso missum filium quo factum ex muliere. Proinde mitti a patre sine spiritu sancto non potuit/quia pater intelligitur misisse

Gal.iiij. eum cum fecit ex femina/quod vtiq; non fecit sine spūsancto. Ecce hic dicit filium missum a patre et spiritu sancto.

¶ Q̄ a spiritu sancto filius sit missus auctoritatib⁹ cōfirmat. D

Et q; a spiritu sancto filius sit missus. vt ait Augu. in eo

Ambrosi⁹. dem auctoritatibus confirmatur Ipse christus dicit per Esaiam. Nūc misit me dñs et spiritus eius. De hoc Ambr. in li. iij. de spiritu sctō ita ait. Quis est qui dicit. Me misit dominus et spiritus eius/nisi qui venit a patre vt sal uos faceret peccatores. i. christus ergo et pater filium misit et spūssanctus. Idem in eodem. Datus est a patre vt Esa. dicit. Puer natus est nobis et fi lius datus est nobis. Datus est audeo dicere et a spiritu q: et a spūsancto missus est. Dicit enim filius dei. Spirit⁹ domini super me propter quod vn xit me euangelizare pauperibus misit me predicare captiuis remissionē; ec. Quod cum de libro Esa. legeret. ait in euangelio. hodie cōpleta est hec

Esa. xli. Luce. iiij. scriptura in auribus vestris: vt de se dictum esse signaret. Bene autem di xit super me quia quasi filius hominis et vnctus est, et missus ad predican dum. Nam sm̄ diuinitatē; nō super christū est spiritus sed in christo. Ecce his verbis ostendit Amb. filium esse missum: et datum nobis non tantū; a patre sed etiam a spiritusancto.

¶ Quod filius sit datus etiam a seipso. E

Deinde ostēdit esse datum etiam a seipso ita dicens in eo.

li. Cum enim non diffinitū fuerit per prophetā a quo datus est filius ostē dit dat⁹ grā trinitatis: vt et ipse fili⁹ se dederit. Ecce h̄ dicit q; fili⁹ se dedit q: trinitas cū dedit. Si aūt fili⁹ a se dat⁹ est: a se ergo missus est: et a se pcess sit. Et hec vtiq; verū est et cōcedi oportet cū eius missio sit diuina operatio.

¶ Quod autem a se mittatur. F

Aug. de tri. li. ij. ca. v. Quod autē a se mittatur Aug. astruit in li. ij. de tri. dicēs Forte aliquis cogitat: vt dicamus etiam a seipso missum esse filiū quia et marie conceptus et partus operatio trinitatis est. Sed inquit aliquis quō pater eum misit si ipse se misit. Cui respondeo querens vt dicat quomodo eum pater sanctificauit: si et ipe se sanctificauit. Utrūq; enim dominus ait. Quem pater inquit sanctificauit et misit in hunc mundum. Et alibi. Ego p eis sanctifico meipsum. Item quero quomodo pater eum tradidit si ipse se tradidit. Utrūq; enim legitur. Credo q; respondebit si prope sapit: quia vna voluntas est patris et filij et inseparabilis operatio. Sic igitur intelli gat illam incarnationem et ex virgine natiuitatem: in qua filius intelligit missus vita eademq; operatione patris et filij inseparabiliter esse factam: non inde separato spiritu sancto. Ergo/a patre et filio missus est idem fili⁹: quia a patre et verbo eius factum est vt nutriretur. i. incarnatus homini bus appareret. Non enim missus est mutando locum quia in mundo erat. Quapropter et pater inuisibilis vna cum filio secum inuisibili: eundem fi lium visibilem faciendo misisse eum dictus est qui si ita visibilis fieret: vt

cum patre inuisibilis esse desisteret.i.in substantia inuisibilis verbi i creaturam visibilem mutatā si transiens verteretur:ita missus a patre intelligeretur filius vt tantum missus non etiam mittens cum patre inueniretur cum vero sic est accepta forma serui vt maneret inconmutabilis forma dei manifestum est q̄ a patre et filio non apparentibus factum sit quod appareret in filio.i.ab inuisibili patre cum inuisibili filio:idest ipse filius visibilis mitteretur.

¶Summatim colligit que ex predictis astruuntur. G

Ex predictis aperte monstratur q̄ filius missus est a patre et a spiritu sancto et a seipso:et que sit ipsa missio.s.incarnatio.i.q̄ factus est homo:per quod visibilis apparuit quod est opus commune patris et filij et spiritussancti.

¶Questio cur dicat a meipso non veni. H

Sed ad hoc opponitur. Si filius a seipso missus est:cur ergo ait. A meipso non veni. Ad hoc Augusti. respondet in .ij. libro de trini. dicens hoc dictum esse s̄m formam serui secundū quam non fecit vt mitteretur.i.non est operatus incarnationē sed secundū formā dei. Solutio.

¶Utrum semel tantū missus sit filius an sepe. I

Hic queritur vtrum semel tantum missus sit filius an sepe mittatur. Si enim missio filij ipsius tantum incarnatio est cum semel tātum incarnatus sit et semel tantum videtur missus. At si sepe mittitur est et alia eius missio q̄ incarnatio. Sed que est illa. Nunquid eterna genitura missio eius dicenda est:an et iam alia missio querenda est.

¶Quod duobus modis dicitur filius mitti. K

Ad quod dicimus q̄ duobus modis dicitur filius mitti preter illam eternitatem genituram que ineffabilis est: secundum quam etiam missus posset dici:vt videtur quibusdam:sed melius ac verius secundum eam dicitur genitus. Preter eam ergo duobus modis dicitur mitti scilicet vel cum visibiliter mundo apparuit carne indutus vel cum se in animas pias sic transfert:vt ab eis percipiatur ac cognoscatur. Hos duos missionis modos aperte Augusti. distinguit in .iiij. libro de trinitate dicens. Non eo ipso q̄ de patre natus est:missus dicitur filius sed vel eo quod apparuit huic mundo verbum caro factum est:vnde dicit A patre exiui et veni in mundum vel eo q̄ ex tempore cuiusq̄ mente percipitur sicut dictum est de sapientia. Emitte illam de celis sanctis tuis et a sede magnitudinis tue.vt mecum sit et mecum laboret.i.doceat me laborare. Et tunc vnicuiq̄ mittitur cum a quo q̄ cognoscitur atq̄ percipitur q̄tum cognosci et percipi potest:pro captu vel proficientis in deum.vel perfecte in deo anime rationalis. Aug. de tri. li.iiij.c.ij.

¶Quod secundū alterum semel secūdū alterū sepe sit missus:et secūdū alterū vt sit homo et secundū alterū vt sit cum homine. L

Ecce distincti sunt duo modi missionis filij: et s̄m alterū semel tm̄ missus est dei filius scd̄m alterū sepe missus est et mittitur quotidie. Nam secundū alterū missus est vt sit homo quod semel tm̄ factum est. Secundū alterū vero mittit vt sit cū hoīe quomodo quotidie mittitur ad sanctos : et missus est etiam ante incarnationem et ad omnes sanctos

Aug.d tri. li.iiii.c.xx. qui ante fuerunt et etiam ad angelos. Unde Aug. de filio .i. de sapientia patris loquens. iiij. li. de tri. ait. Aliter mittitur sapientia vt sit cum hoie aliter missa est vt sit homo. In animas enim sanctas se transfert: et amicos dei et prophetas constituit. sicut implet etiam sanctos angelos. Sed cum venit plenitudo temporis missa est nō vt impleret angelos nec vt esset angelus nec vt esset cum hominibus vel in hominibus vt antea in patribus erat et in prophetis. sed vt ipsum verbum fieret caro. i. homo.

¶ Quod secundum alterum modum dicitur missus in mundum: secundum alterum non. M

Preterea notandum est qp cum his duobus modis mittatur filius secundum alterum dr missus in mundum: secundum alterum non. Eo enim modo dicitur missus in mundum quo visibilis mundo apparuit. Unde augu. in eodem libro ait. Cum ex tempore cuiusqꝫ mente percipitur: mitti quidem dicitur: sed non in hunc mundum. Non enim sensibiliter apparet. i. corporeis sensibus presto est. Nam et nos fm quod mente aliquid eternum capimus, non in hoc mundo sumus: et omnium iustorum spūs etiā in carne viuentiū inqꝫtum diuina sapientia non sunt in hoc mundo. Ex predictis liquet qp pter ineffabilem genituram duobus modis mittitur filius. s. cum visibiliter apparuit vel inuisibiliter percipitur mente. (Augustin⁹)

¶ Cur pater non dr missus cum ab aliquo cognoscitur vt filius. N

Hic queritur cur pater non dicitur missus cum ex tempore a quoqꝫ cognoscitur sicut filius. Ad quod dicimus quia in eo est principij auctoritas que non habet de quo sit a quo filius est et spūssanctus. Pater enim (vt ait Augustinus in eodem libro) principium totius diuinitatis: vel si melius dicitur deitatis qz principium est et filij et spūssancti. Nam vt ait Augu. in eodē. Si voluisset etiam deus pater p subiectam creaturam visibiliter apparere: absurdissime tamē aut a filio quem genuit: aut a spiritu sancto qui de illo procedit missus diceretur. Congruenter autem ille missus dicitur: qui in carne apparuit. misisse autem ille qui in ea non apparuit. (Augustin⁹)

¶ Putauerunt quidam filium et spiritum sanctum minores fuisse patre quia missi dicuntur. O

Aug.d tri. li.iiij.c.xix. Ideoqꝫ putauerunt quidam heretici: cum pater non sit missus sed filius et spūssanctus patrem esse maiorem: ac filium minorem esse et spiritumsanctum atqꝫ patrem quasi maiorem misisse vtrumqꝫ quasi minorem. Quod Augustinus improbat in quarto libro de trinitate: illis contradicens. Non ideo inquit arbitrandum est minorem esse filium, qd missus est a patre: nec ideo minorem spiritumsanctum quod et pater eum misit et filius. Siue enim propter visibilem creaturam: Siue potius propter principij auctoritatem vel commendationem non propter inequalitatem, vel imparilitatem vel dissimilitudinem substantie in scripturis, hec posita intelliguntur. Non ergo ideo dicitur pater misisse filium, vel spiritumsanctum quod ille esset maior et illi minores. Sed maxime ppter auctoritatem principij commēdādam. Et quia inuisibili creatura non sicut ille apparuit. Ecce ostensum est que sit missio alij: et quibus modis mittatur.

¶ De missione spūssancti q̄ fit duobus modis visibiliter et inuisibiliter. A

Nunc de spiritusancto videndum est preter illam Distin.xvi
ineffabilem ⁊ eternam processionem qua procedit a patre ⁊ fi- Aug.de tri.
lio: ⁊ non a seipso que sit eius temporalis processio: que dicitur
missio siue datio. Ad quod dicimus quia sicut filius duobus mo
dis dicitur mitti vno quo visibiliter apparuit. Altero quo inuisibiliter a
castis mentibus percipitur. Ita ⁊ spiritussanctus a patre ⁊ filio ac a seipso
duobus modis procedere siue mitti: siue dari dicitur vno visibiliter: alte
ro inuisibiliter. Datus est enim visibilis creature demonstratione sicut in
die penthecostes alijsque vicibus ⁊ datur quotidie inuisibiliter; illabendo
mentibus fidelium.

¶ Prius de illo modo missionis qui fit visibiliter agit. B Aug.de tri.

Et primo agamus de illo missionis modo qui fit visibi- lib.ii.c.v.
li specie. De hoc Augu.in.ii.libro de trini. ita ait. In promptu est intelli-
gere de Spiritu sancto cur missus ⁊ ipse dicatur. Facta est enim quedam crea
ture species ex tempore in qua visibiliter ostenderetur spiritussanctus siue cum
in ipsum dominum corporali specie columbe descendit: siue cum in die pen-
thecostes factus est subito de celo sonus quasi ferretur flatus vehemens ⁊
vise sunt illis lingue diuise sicut ignis. qui ⁊ insedit super vnumquemque
eorum. Hec operatio visibiliter expressa ⁊ oculis oblata mortalibus. mis-
sio spiritussancti dicta est: non vt appareret eis ipsa substantia: qua ⁊ ipse in
uisibilis ⁊ incommutabilis est: sicut pater ⁊ filius: sed vt exterioribus visis
corda hominum commota a temporali manifestatione venientis ad occul-
tam eternitatem semper presentis conuerterentur. Ecce his verbis aperit
Augustinus illum modum missionis qui visibiliter exhibetur. cum tamen
ipse spiritus in sua natura non videatur: qui nec in illis creaturis magis erat
quam in alijs: sed aliud. In illis enim erat vt per eas ad homines veniens
ostenderetur esse in illis ad quos ille creature veniebant. Non enim spiritussan-
ctus temporali motu tunc venit vel in homines descendit. sed per temporalem motum
creature significata est spiritualis ⁊ inuisibilis spiritussancti infusio. Et vt aper
tius dicam per illum modum missionis spiritussancti corporaliter exhibitum monstra
ta est spiritualis ⁊ interior missio sancti spiritus/ siue donatio de qua agendum est

¶ Cum filius sit minor patre secundum formam creatam in qua apparuit
cur non et spiritussanctus similiter. C

Sed prius querendum est: cum filius dicatur minor pa-
tre secundum missionem qua in forma creata apparuit: cur ⁊ spiritussanctus non di
catur similiter minor patre cum in forma creata apparuit. Nam de filio De filio p
quod minor sit patre secundum formam qua missus apparuit aperte ostendit Au bat.Aug.de
gustinus in.iiii.li.de tri. dicens. Misit deus filium suum factum ex muliere. fa tri.li.iiii.c
ctum sub lege vsque adeo paruum vt factum: eo itaque missum: quo factum. Fa xix.gal.iiii
teantur ergo factum minorem ⁊ intantum minorem inquantum factum est: intantum factum in-
quantum missum. Ecce habes: quia filius inquantum est missus idest factus minor
est patre. Cur ergo spiritussanctus non dicatur patre minor cum ⁊ ipse creaturam
assumpserit in qua apparuit: quia aliter spiritus assumpsit creaturam in qua
apparuit aliter filius. Nam filius accepit per vnionem: spiritus vero non. Fi
lius enim accepit hominem ita vt fieret homo. Spiritus vero sanctus non ita ac
cepit columbam vt fieret columba. De hoc Aug. in.ii.lib. de trin. ita ait. Non
nusquam scriptum est quod deus pater maior sit spiritusancto: vel spiritussanctus minor Aug.de tri.
patre: quia non sic est assumpta creatura in qua appareret spiritussanctus: li.ii.c.vi.

ſicut aſſumptus eſt filius hois in qua forma ip ſius dei verbi perſona pre
ſentaret vt non haberet verbum dei ſicut alij ſancti ſapientes: ſed ꝙ ipm
verbū erat. Aliud eſt enim verbum in carne: aliud verbū caro. i. aliud eſt
verbum in homine: aliud verbum homo. Caro enim pro homine poſita
Joan. j. eſt in eo quod ait. Uerbum caro factum eſt. Non ergo ſic aſſumpta ē crea-
tura in qua apparuit ſpūſſanctus ſicut aſſumpta eſt caro illa ⁊ humana
forma ex virgine maria. Neqͫ eīm columbā vel illum flatum vel illū ignem
beatificauit ſibiqͫ in vnitate perſone coniunxit in eternū. Ex predictis ap
te oſtenſum eſt ſm quid filius dicatur minor patre ⁊ quare filius dicatur
minor patre ⁊ non ſpūſſanctus.

¶ Quod filius ſm quod homo factus eſt non modo patre ſed ſpū-
ſancto ⁊ etiam ſeipſo minor eſt. D

Notandum autem ꝙ filius ſecundum ꝙ homo factus eſt
Aug. 8. tri. non tantum patre: ſed ſpiritu ſancto: ⁊ etiam ſeipſo minor dicitur. Et ꝙ
li. j. c. vij. etiam ſeipſo minor dicatur ſm formā ſerui Aug. oſtēdit in. j. li. de tri. di-
Joan. xiiij cens. Errauerūt homines ea que de chriſto ſm hominem dicta ſunt ad ei⁹
Phil. ij ſubſtantiam que ſempiterna eſt transferentes ſicut illud ꝙ ipſe dn̄s ait.
Pater maior me eſt ꝙ ꝑpter formā ſerui veritas dicit. ſm quem modum
etiam ſeipſo minor eſt filius. Quomodo enim non etiam ſeipſo minor fa-
ctus eſt qui ſeipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. Non enim ſic ac
cepit formam ſerui. vt amitteret formam dei in qua erat equalis patri.
In forma ergo dei vnigenitus patris equalis eſt patri. In forma ſerui etiā
ſeipſo minor eſt. Non ergo immerito ſcriptura dicit vtrunqͫ. ſ. ⁊ equalem
patri filium ⁊ patrē maiorem filio. Illud enim propter dei formam: hoc
autem propter formam ſerui intelligitur. De hoc eodem. ij. li. de tri. Aug.
Aug. 8 tri. ait. Dei filius eſt equalis patri ſm dei formam in qua eſt: ⁊ minor patre
li. ij. c. j. ſecundum formam ſerui quam accepit: in qua non modo patre: ſed etiam
ſpiritu ſancto nec hoc tm̄ ſed etiam ſeipſo minor inuentus eſt. Propter qđ
idem in libro contra Maximinum ait. Non tantum patre: ſed etiam ſe
Idē de tri. ipſo ⁊ ſpūſancto minor factus eſt: ⁊ etiam minoratus paulominus ab an
li. ij. c. xvij gelis. Eſt ergo dei fili⁹ vt ipſe ait in. j. li. de tri. deo patri in natura equalis
habitu minor. i. in forma ſerui quam accepit. His auctoritatibus oſtendi
tur aperte filius ſm formā ſerui minor patre: ⁊ ſeipſo ⁊ ſpūſancto.

¶ Hylarius aliter dr̄. ſ. ꝙ pater ſit maior nec filius tm̄ minor. E

Hylarius autē dicere videtur ꝙ pater maior ſit filio nec
Joan. xiiij tm̄ filius minor p̄re. Pater eīm dr̄ maior ꝑpter auctoritatē q̄ in eo eſt au-
Phil. ij. ctoritas gn̄ationis ſm quā dicit. Pater maior me eſt. Et Apl̄s donauit ei
nomē qđ eſt ſuꝑ oē nomē. Cū ergo ait. Pater maior me eſt hoc eſt ac ſi dice
ret: donauit mihi nomē. Si ergo inquit hylarius in. ix. lib. de tri. donātis
auctoritate pater maior eſt: nunquid per doni cōfeſſionē filius minor eſt.
Maior itaqͫ donās eſt: ſed minor iam non eſt cui vnū eſſe donatur. ait eīm
Ego ⁊ pater vnū ſumus. Si non hoc donatur Jeſu vt confitend⁹ ſit in glo
Joan. x. ria dei patris minor patre ē. Si aūt in ea gloria dei donatur eſſe qua pa
ter eſt habes ⁊ in donantis auctoritate q̄ maior eſt ⁊ in donati cōfeſſione
q̄ vnum ſunt. Maior itaqͫ pater filio eſt: ⁊ plane maior: cui tm̄ donat eſſe
quantus eſt ipſe cui innaſcibilitatis eſſe imaginē ſacramēto natiuitatis
impartit quē ex ſe in forma ſua generat. Audiſti lector quid ſuper hoc di
cat hylarius cuius verba vbicunqͫ occurrerit diligēter nota pieqͫ itellige

¶ De miſſione ſpūſſancti qua inuiſibiliter mittitur. A

Iam nūc accedamus ad signādā missionē spūssā. Disti.xvij. De inuisibili spūssancti missiōe. cti qua inuisibiliter mittit ur in corda fidelium. Nam ipse spūs sanctus q̄ deus est: ac tertia in trinitate psona (vt supra ostēsū est) a patre z filio ac seipso tpaliter pcedit. i. mittit ac donatur fidelibus: sed q̄ sit ista missio siue donatio: vel quō fiat cōsiderādū est.

¶ Premittit q̄ddā ad hāc ostēsionē necessarium. s. q spūssanct9 est charitas qua diligimus deum z primum. Nota q8 h cōiter mgrī nō tenet vt habens re tro in erroribus.

Hoc aūt vt intelligibilius doceri: ac plenius perspici valeat pmittendū est quiddā ad hoc valde necessarium. Dictū quidē est supra: z sacris auctoritatibus ostensum q spūssanctus amor est patris z filij quo se inuicem amant: z nos: his aūt addendum est: q ipse idē spūssanct9 est amor siue charitas. qua nos diligimus deū z proximum que charitas cum ita est z in nobis vt nos faciat diligere deum z primum tūc spūs sanctus dicitur mitti vel dari nobis: z qui diligit ipsam dilectionē qua diligit proximum: in eo ipso deum diligit: quia ipsa dilectio deus est. idest spūssanctus. Joan.s.

¶ Auctoritatibus ita esse confirmat. C

Ne aūt in re tanta aliquid de nostro influere videamur: sacris auctoritatibus quod dictum est corroboremus. De hoc Au. in. viij. de tri. ait. Qui proximū diligit consequēs est vt ipsam precipue dilectionē diligat. Deus aūt dilectio est. consequēs ergo est vt precipue deum diligat. Item in eodem. Deus dilectio est. vt ait Joannes apostolus. Ut q̄d ergo imus z currimus in sublimia celorum z ima terrarum querentes eū qui est apud nos: si nos apud eum esse velimus. Nemo dicat: nō noui q̄d diligā: diligat fratrē: z diligat eādem dilectionem. Magis enim nouit dilectionem qua diligit quam fratrem quem diligit. Ecce iam potes notiorem deū habere quam fratrem. Plane notiorem quia presentiorem: q2 interiorem: q2 certiorē. Amplectere dilectionem deū. z dilectione amplectere deum. Ipsa est dilectio que omnes bonos angelos z omnes dei seruos cōsociat vinculo sanctitatis. Quanto ergo sanctiores sumus a tumore superbie: tanto sumus dilectione pleniores: z quo nisi deus plenius est qui plenus est dilectione. His verbis satis ostendit Augustinus q dilectio ipsa qua diligimus deum vel proximum deus est. Sed adhuc apertius in eodem libro subdit dicēs. Dilectionē quā cōmendat Joannes apostolus attendamus. Qui diligit inquit fratrem in lumine manet: z scandalū in eo non est. Manifestum est q iustitie perfectionem in fratris dilectiōe posuerit. Nā in quo scandalū nō est vtiq perfectus est. Et tū videt dilectionem dei tacuisse: quod nunq̄ faceret nisi q2 in ipsa fraterna dilectione vult intelligi deum. Apertissime enim in eadem epistola paulopost ait. Ita dilectissimi diligamus inuicē q2 dilectio ex deo est: z ois qui diligit ex deo natus est: z cognouit deū: q̄ nō diligit non cognouit deū: q2 deus dilectio est. Ista cōtextio satis aperte declarat eādē ipsam fraternā dilectionē (nā fraterna dilectio ē qua diligim9 inuicē) nō solū ex deo: sed etiā deū esse tanta auctoritate predicari. s. Joannis. Cum ergo de dilectione diligimus fratrem de deo diligimus fratrem. nec fieri pōt vt eandem dilectionem nō precipue diligamus qua fratrem diligimus quoniam deus dilectio est. Item q̄ nō diligit fratrē nō est in dilectiōe: z q̄ nō est in dilectiōe nō est in deo: q2 deus dilectio est. Ecce apte dicit fraternā dilectionē deū esse. Aug. li. viij. c. vij de tri. s. Joan. iiij. Au. s eodē. i. Joan. iiij. i. Joan. iiij

¶ Quod fraterna dilectio cum sit deus non est pater vel filius: vel spiritussanctus. D

Cum autem fraterna dilectio sit deus: nec pater est nec filius: sed tantū spiritussanctus qui ppue in trinitate dilectio vel charitas dr. Unde Augu. in. xv. lib. de trini. Si in donis dei nihil est maius charitate/et nullum est maius donum dei ꝙ spiritussanctus quid cōsequētius est ꝙ vt ipse sit charitas q̄ dicitur et deus ⁊ ex deo. Ita enim ait Johan. Dilectio ex deo est. Et paulopost. Deus dilectio est. Ubi manifestat eam se dilectionem dixisse deum quaꝫ dixit ex deo deus ergo ex deo est dilectio. Idem in eodem. Johānes volens de hac re apertius loqui. In hoc inquit cognoscim⁹/qꝛ in ipso manem⁹ ⁊ ipse in nobis qꝛ de spū suo dedit nobis. Spūs itaqꝫ sctūs de quo dedit nobis facit nos in deo manere/⁊ ipm in nobis/hoc aūt facit dilectio. Ip se est ergo de⁹ dilectio ipse igiꝛ significatur vbi legiꝛ deus dilectio est. Ex his ergo apparet ꝙ spūssanctus charitas est.

Aug. δ tri. l. xv. c. xviij

j. Joh. iiij.

¶ Qδ nō est dictū per cām illud: deus charitas est sicut illud/tu es patientia mea et spes mea. E

Sed ne forte aliquis dicat illud esse dictum per expressionem cause. De⁹ charitas est. s. ꝙ charitas sit ex deo ⁊ nō sit ipē de⁹/sicut dicitur. Deus nostra patientia est ⁊ spes/nō ꝙ ipse sit ista/sed qꝛ ista ex deo sunt occurrit. August. ostendens hoc non esse dictum per causam sicut illa in. xv. li. de tri. ita dicēs. Nō dicturi sumus charitatē non propterea esse dictā deū/ꝙ ipsa charitas sit vlla substantia q̄ dei digna sit noīe/sed ꝙ donū sit dei sicut dictū est de deo. Tu es patiētia mea. Nōvtiqꝫ ideo dictū est tu es patientia mea/ꝙ dei substantia est nostra patientia/sed qꝛ ab ipso nobis est. Uñ alibi. Ab ipso est patientia mea. Huc em̄ sensum facille refellit scripturarū ipsa locutio. Tale em̄ est. Tu es patientia mea quale est. Dñe spes mea ⁊ deus me⁹ mīa mea/⁊ multa similia. Non est autē dictū. Dñe charitas mea/aut tu es de⁹ charitas mea/aut de⁹ charitas mea. Sed ita dictū est. Deus charitas est sicut dictū est/deus spūs est. Hoc q̄ non discernit intellectū a dño non expositionē q̄rat a nobis. Nō em̄ apertius quicqꝫ possum⁹ dicere. De⁹ ergo charitas est. Ex predictis claresc̄it ꝙ spiritussanctus charitas est qua diligimus deū/et proximum vnde facilius est nobis ostendere quomodo spiritussanctus mittatur siue detur nobis.

Aug. δ tri. li. xv. c. xvj.

Psal. lxx.

Psal. lxi.

Ps. lvij. et lviij.

Johā. iiij.

¶ Quō spūssanctus mittatur vel detur nobis. F

Tunc enim mitti vel dari dicitur. cum ita in nobis est. vt faciat nos diligere deum ⁊ proximū: per quod manemus in deo et deus in nobis. Uñ Augu. hunc missionis modū insinuans in. xv. lib. de tri. ait. De⁹ spiritussanctus qui pcedit ex deo cū datus fuerit homini accēdit eū ad diligendū deū ⁊ proximū: ⁊ ipse dilectio est. Non em̄ habet homo vñ diligat deū nisi ex deo. Ecce quō datur vel mittitur nobis spūssanctus ſm ꝙ dicitur datū siue donū. Quod donū cōmendat Augu. explanās apertius quō detur in eodē libro. Dilectio inquit dei diffusa est in cordibus nostris vt ait apostolus per spiritumsanctū qui datus est nobis. Nullum est isto dono dei excellentius. Solū est quod diuidit inter filios regni et filios perditionis. Dantur et alia per spiritum munera: sed sine charitate nihil prosunt. Nisi ergo tantum impartiatur cuiqꝫ spiritussanctus vt eum dei ⁊ proximi faciat amatorem: a sinistra non transfertur ad dexteram. Neqꝫ spiritussanctus proprie dr donum nisi propter dilectionem quam qui non habuerit

Aug. δ tri. li. xv. c. xvj.

Idē. vbi. s. ca. xvij.

Rom. v.

Quō spūs sanct⁹ deꝛ hic notaꝛ.

et si loquatur omnibus linguis et habuerit prophetiã et omnem sciẽtiam
et omnem fidẽ et distribuerit omnem substantiam suam:et tradiderit cor=
pus suum ita vt ardeat:non ei prodest. Quãtum ergo bonum est sine quo
ad eternam vitam neminem tanta bona perducunt. Ipsa vero dilectio vel
charitas (nam vnius rei nomen est vtrumqꝫ) perducit ad regnum. Dilectio
ergo q̃ deus est ꝛ proprie ex deo est spiritussanctus est per quẽ diffunditur
in cordibus nostris deus charitas:per quam nos tota inhabitat trinitas.
Quo circa rectissime spiritussanctus cum sit deus vocatur etiam donũ dei.
Quod donum proprie quid nisi charitas intelligẽdum est: que perducit
ad deũ:et sine qua q̃libet aliud dei donũ non perducit ad deum. Ecce hic
aperitur quod supra dictum erat scilicet ꝙ charitas sit spiritussanctus:et
donum excellentius et quomodo hoc donum.i. spiritussanctus detur no=
bis.s.cum ita impartitur alicui.id est ita habet esse in aliquo vt eũ faciat
dei et proximi amatorẽ. Quod cum facit tũc aut dari dicitur siue mitti ali
cui et tunc ille dicitur proprie habere spiritumsanctum. Predicte auctorita= tis colligit summam.

¶ Utrũ concedendũ sit ꝙ spũsctũs augeatur in homine: vel ma
gis vel minus habeatur vel detur. g

Hic queritur si charitas spiritussanctus est: cum ipsa au=
geatur et minuatur in hoĩe et magis et minus per diuersa tp̃a habeatur:
vtrũ cõcedendũ sit ꝙ spũssanctus augeatur vel minuatur in homine ꝛ ma
gis et minus habeatur. Si enĩ in homine augetur et magis vel minus dat̃
et habetur:mutabilis esse videtur:deus autem omnino immutabilis est.
Uidetur ergo ꝙ vel spiritussanctus non sit charitas vel charitas non au= An spũssã
geatur vel minuatur in homine. Item charitas et non habẽti datur vt ha ctus detur
beat:et habenti vt plenius habeat. Si ergo spiritussanctus charitas est et hñti ꝛ non
non habenti datur vt habeat:et habenti vt plenius habeat. Sed quomo= habenti.
do datur non habenti:cum ipse vt deus sit vbiqꝫ: et in omnibus creaturis
totus et quomodo plenius datur vel habetur. sine sui mutatione.

¶ Responsio ad primam questionem. h

His itaqꝫ respondemus dicẽtes ꝙ spiritussanct⁹ siue cha
ritas penitus immutabilis est:nec in se augetur vel minuitur: nec in se re= Hic ponit
cipit magis vel minus:sed in homine vel poti⁹ homini augetur:et minui= illi⁹ dubij.
tur:et magis vel minus datur vel habetur. sicut deus dicitur magnificari solutionẽ.
et exaltari in nobis qui tamen in se nec magnificatur nec exaltatur. Unde
propheta. Accedat homo ad cor altum et exaltabitur deus. Super quẽ lo
cum ait auctoritas. Deus non in se:sed in corde hominis grandescit. Sic Psal. lxiij.
ergo spiritussanctus homini datur:et datus amplius datur.i.augetur:et
magis et minus habetur:et tamen immutabilis existit.

¶ Responsio ad secundam.

Cumqꝫ vbiqꝫ sit et in omni creatura totus:sunt tamẽ mul
ti qui eũ nõ habẽt. Non enĩ oẽs spm̃sanctũ habẽt in q̃bus est alioq̃n ꝛ irra
tiõabiles creature haberent spm̃sctm̃ quod fidei pietas non admittit.

¶ Auctoritate confirmat vtramqꝫ responsionem. k

Ut autem certius fiat quod diximus auctoritate cõfirma
mus:ꝙ spiritussanctus magis ac minus percipiatur et homini augeatur:
et non habenti detur:et habenti vt plus habeatur. Augusti. ostendit super Hic ponit
Johan. dicens. Sine spiritusancto constat nos christum non diligere:ꝛ ei⁹ ꝯfirmatio= nez p̃dicte
mandata seruare non posse: et id nos posse atqꝫ agere tãto minus q̃to illũ cõclusiõis.

percipimus minus: tanto vero amplius quanto illum percipimus amplius. Ideoque non solum non habenti verum etiam habenti non incassum promittitur. Non habenti quidem ut habeat: habenti autem ut amplius habeat. Nam si ab alio minus et ab alio amplius non haberetur sanctus helyseus sancto helye non diceret. Spiritus qui est in te duplo sit in me. Christo autem qui est dei filius non ad mensuram datur est spiritus. Neque enim sine gratia spiritussancti est mediator dei et hominum homo christus. Quod enim est unigenitus dei filius equalis patri non est gratie sed nature. Quod autem in unitatem persone unigeniti assumptus est homo gratie est non nature. Ceteris autem ad mensuram datur et datus additur donec unicuique pro modo sue perfectionis propria mensura compleatur. Ecce expresse habes quod spiritussanctus magis et minus datur vel accipitur et hominum datus augetur: et habenti et non habenti datur. quia spiritussanctus est charitas que non habenti datur: et in habente augetur et proficit. Immo ut verius et magis proprie loquar: homo in ea proficit et deficit aliquando et tunc ipsa dicitur proficere vel deficere que tamen nec proficit nec deficit in se: quia deus est. Unde Aug. in omel. ix. sup epistolam Jo. ait. Probet se quisque quantum in illo profecerit charitas vel potius quantum ipse in charitate profecerit. Nam si charitas deus est: nec deficit nec proficit. Sic ergo in te proficere dicitur charitas: quia tu in ea proficis. Ecce quomodo intelligendum sit cum dicitur spiritussanctus augeri in nobis: quia nos in eo scilicet proficimus. sic et alia huiusmodi.

iiij. reg. ij. — Johan. iij. — Augusti.

Quod aliqui dicunt spiritumsanctum non esse charitatem qua diligimus deum et proximum. L

Roma. v. — Auctoritates quae videntur pro eis facere. — Augusti.

Supra dictum est quod spiritussanctus charitas est patris et filii qua se invicem diligunt et nos et ipse idem est charitas que diffunditur in cordibus nostris ad diligendum deum et proximum. Horum alterum omnes catholici concedunt. scilicet quod spiritussanctus sit charitas patris et filii. Quod autem ipse idem sit charitas qua diligimus deum et proximum a plerisque negatur. Dicunt enim. Si spiritussanctus charitas est patris et filii et nostra: eadem ergo charitas est qua deus diligit nos: et qua nos diligimus eum. Hoc autem sanctorum auctoritates negare videntur. Dicit enim Augustinus in lib. de spiritu et litera. Unde est dilectio nisi unde et ipsa fides: id est a spiritusancto. Non esset enim in nobis: nisi diffunderetur in cordibus nostris per spiritumsanctum. Charitas autem dei dicta est diffundi in cordibus nostris non qua nos ipse diligit sed qua nos facit dilectores sui. Sicut iustitia dei dicitur qua nos iusti eius munere efficimur: et domini salus qua nos salvat et fides christi qua nos fideles facit. His verbis videtur monstrari distinctio inter charitatem qua nos diligit et qua nos diligimus eum. Et sicut iustitia nostra dicitur dei: non quod ipse sit ea iustus: sed quia ea nos iustos facit: similiter et fides et salus: sic videtur dicta dei charitas que est in nobis: non quod ipse ea diligat: sed quia ea nos diligere facit. De hoc etiam idem Augu. in lib. xv. de trini. ait. Cum Johannes commemorasset dei dilectionem non qua nos eum sed qua ipse dilexit nos: et misit filium suum liberatorem pro peccatis nostris. Ecce et hic videtur manifeste dividere dilectionem qua nos diligimus deum ab ea qua ipse diligit nos. Si ergo inquiunt spiritussanctus dilectio est qua deus diligit: et qua nos diligimus duplex dilectio est immo duo diversa quod est absurdum et a veritate longe est. Non est ergo dilectio qua diligimus: sed qua deus tantum diligit nos.

Aug. de tri. li. xv. c. xvi. — Ex verbis auctoritatum argumentando procedit.

Responsio ad predicta determinans auctoritates. N

His respondemus predictarum auctoritatum verba determinantes hoc modo. Charitas dei dicta est diffundi in cordibus nostris:

non qua ipse nos diligit sed qua nos diligere facit &c. His verbis non dividitur nec diversa ostenditur charitas qua deus nos diligit ab ea qua nos diligimus sed potius cum sit vna et eadem charitas: et dicatur ipsa dei charitas et diversis de causis et rationibus dei charitas appellari in scriptura ostenditur. Dicitur enim dei charitas: vel quia deus ea diligit nos: vel quia nos ea nos dilectores facit.

¶ Determinatio prime auctoritatis. N

Cũ ergo ab apostolo dicitur charitas dei diffundi in cordibus nostris: nõ est dicta charitas dei qua diligit nos: sed qua facit nos diligere .i. non ibi appellatur charitas dei eo ꝙ deꝰ nos ea diligit: sed eo ꝙ deus nos ea sui dilectores facit. Et ꝙ ea ratione possit dici charitas dei: quia nos ea diligere facit: ex simili genere locutionis ostẽdit: sicut dicitur iustitia dei qua nos iustificat et domini salus qua nos saluat et fides christi qua nos fideles facit. Roma.v.

¶ Determinatio secunde. O

Similiter et aliam exponimus auctoritatem: vbi ait. dilectionem dei commemorari non qua nos eum sed qua ipse dilexit nos: ac si diceret commemorat dilectionem dei: non sm ꝙ ea nos diligimus deum. sed sm ꝙ ipse ea diligit nos.

¶ Aliud obijciunt. P

Sed aliud est inquiunt quod magis viget: dixit enim supra Augu. ꝙ dilectio est a spũsctõ a quo fides. Sicut ergo fides nõ est spiritussanctus a quo est ita nec charitas. Quomodo ergo spũssanctus est si ab ipso est. Nam si ab ipso est et ipse est. ergo spiritussanctus a seipso est. Ad quod dicimus. Spiritussanctus quidem a seipso non est: sꝫ tñ a seipõ datur nobis vt supra dictũ est dat enim seipsum nobis spiritussanctus. Et ex hoc sensu dictum est ꝙ charitas ab ipso est in nobis et tamen ipsa spiritussanctus est. Fides autem est a spiritu sancto et non est spiritussanctꝰ qꝛ donum vel datũ solũmodo est non deus dans.

¶ Qđ alias inducunt rationẽs ꝛ auctoritates ad idẽ ꝓbandũ. Q

Alias quoqꝫ inducunt rationes ad idem ostendendũ scꝫ ꝙ charitas non sit spũssanctꝰ quia charitas affectio mentis est: ꝛ motꝰ animi: spiritussanctus vero non est affectio animi vel motus mentis: qꝛ spiritussanctus inmutabilis est/ et increatus non est ergo charitas.

¶ Quod charitas est motus vel affectio animi. R

Quod autem charitas sit affectio animi et motus mẽtis. auctoritatibus confirmat. Dicit enim Augusti. in. iij. lib. de doctrina christiana. Charitatem voco motum animi ad fruendũ deo propter christum: et se ac proximo propter deũ. Idem in lib. de moribus ecclesie catholice tractans illud verbũ apostoli. Nec mors nec vita poterit nos separare a charitate dei. Charitas dei inquit dicta est virtus que animi nostri rectissima affectio est: que coniungit nos deo qua eum diligimus. Ecce his verbis exprimitur ꝙ charitas est affectio et motus animi ac per hoc nõ videtur esse spiritussanctus. Aug. in. de moribꝰ ecclesi. c. iiij. Rom. viij.

¶ Responsio determinans auctoritates. S

Ad qđ dicimꝰ hoc ita dictũ eẽ sicut dr Deꝰ ẽ spes nr̃a ꝛ patiẽtia nr̃a: qꝛ facit nos sperare: ꝛ pati: ita charitas dr esse motꝰ siue affectio

animi qꝛ per eã mouet̃ ꝛ afficitur anim' ad diligendũ deũ. Nõ aũt mireris si charitas cum sit spiritussanctus dicatur motus mentis cũ etiam in lib.
Sap. viij. Sap. dicatur de spiritu sapientie: qui attingit a fine vsqꝫ ad finem qui est actus mobilis: certus: incoinquinatus. Qđ nõ ideo dicitur ꝙ sapientia sit mobile aliquid vel actus aliquis: sed qꝛ sui mobilitate omnia attingit nõ locali motu: sed vt vbiqꝫ semper sit: ꝛ nusqꝫ inclusa teneat̃. Sic ergo charitas dicitur motus animi: nõ qđ ipsa sit motus vel affectio vel virtus animi: sed qꝛ per eã quasi sit esset virtus afficitur mens ꝛ mouet̃. Sꝫ si charitas spiritussanctus est qui operatur in singulis prout vult: cũ per eũ mens hominis afficiatur ꝛ moueatur ad credendum vel sperandũ ꝛ hm̃oi sicut ad diligendum quare nõ sic dicitur charitas motus vel affectio mẽtis ad credendum vel sperandũ sicut ad diligendũ. Ad quod sane dici potest: qꝛ alios actus atqꝫ motus virtutum operatur charitas. i. spiritussanctus mediãtibus virtutibus quarum actus sunt vt pote actus fidei. i. credere fide media: ꝛ act⁹ spei. i. sperare media spe. Per fidem enim ꝛ spem predictos operatur actus. Diligendo vero actum per se tantum: sine alicuius virtutis medio operat̃. id est diligere. Aliter ergo hunc actũ operat̃ ꝙ̃ alios virtutũ actus. Ideoqꝫ
Rom. viij. Cor. xij. differenter de hoc ꝛ de alijs loquitur scriptura que istum specialiter charitati tribuit: Est ergo charitas vere spiritussanctus vnde Augu. premissum verbum Apostoli tractans in eodẽ li. charitatem dicit esse bonum: quo nil melius est: ꝛ per hoc ipsam esse deũ significat dicens. Si nulla res ab eius charitate non separat. quid esse non solum melius: sed etiã certius hoc bono potest. Ecce dicit. quia charitate nihil melius est. Charitas ergo spiritussanctus est qui deus est: ꝛ donum dei siue datum: qui diuidit singulis fidelibus dona: nec ipse diuiditur: sed indiuisus singulis datur. Augustinus vbi Johannes dicit non ad mensuram christo dari spiritum ait. Ceteris vero diuiditur: non quidem ipse spiritussanctus sed dona eius.

¶ An concedendum sit qđ per donũ dentur dona. C

Hic queritur cum spiritussanctus per quem diuiduntur
Aug. 8 tri. l. xv. c. xviij dona ipse sit donum: vtrũ cõcedendum sit qđ per donum diuidantur ac dentur dona. Ad qđ dicimus qꝛ per donum qđ est spiritussanctus: singulis ꝓpria diuiduntur ꝛ ipsum cõmuniter omnes boni habent. Unde Aug. in. xv. lib. de tri. ait. Per donũ qđ est spiritussanctus in cõmune omnibus mẽbris christi: multa dona que sunt quibusqꝫ ꝓpria diuiduntur. Non enim singuli quiqꝫ habent omnia: sed hi illa: alij alia ꝙ̃uis ipsum donum a quo cuiqꝫ ꝓpria diuiduntur omnes habeant. i. spiritumsanctum. Ecce aperte dicit per donum dona dari.

¶ Utrum eadem ratione spiritussanctus dicatur donum ꝛ datum siue donatum. A

Dist. xviij. Preterea diligenter considerandum est cum spiritussanctus dicatur donũ ꝛ datum vtrum ꝛ eadem ratione vtrũqꝫ nomen ei cõueniat quod vtiqꝫ videri potest.

¶ Quare ita esse videtur. B

Cum enim idem sit spiritumsanctum dari: ꝛ spiritumsanctum donari ex eadẽ ratione videtur spiritussanctus dici datum ꝛ donum.
Aug. xv. de tri. c. xix. Hoc etiam videtur. Aug. significare in. xv. li. de trini. cum ait. Spiritussanctus in tantum donum dei est inquantum datur eis quibus datur: apud se autem deus est ꝛ si nemini datur. Ecce aperte dicit spiritũsanctum donum

appellari q2 dat. Si aũt est ex eo tantũ appellat donum q2 datur: non ab eterno fuit donũ: quia non datur nisi ex tempore.

Responsio quare datũ siue donatũ dicatur spiritussanctus. C

Ad qd dicimus: q2 spũssanctus & donũ dicit & datũ siue donatũ sed datum siue donatũ ex eo tantũ dicit: q2 datur vel donat: qd hz tantum ex tempore.

Hic quare donum. D

Donum vero dicitur non ex eo tãtum qd donetur: sed ex proprietate quã habuit ab eterno: vnde & ab eterno fuit donũ. Sẽpiterne enim donũ fuit nõ q2 daret sed q2 pcessit a patre & filio. Unde Aug. in. iiij. lib. de tri. ait. Sicut natũ esse est filio a patre esse: ita spiritui sancto donum esse dei esse est a patre & a filio procedere hic aperte ostenditur: qd spiritussanctus eo donum est qd procedit a patre & a filio sicut filius eo est a patre qd natus est ab eo. Non enim idem est filio esse a patre & spiritusancto. i. non ea proprietate filius dicit esse a patre qua spiritussanctus. Nã filius dicit esse a patre q2 genitus est ab eo. Spũssanctus vero dicit eẽ a patre & filio q2 spiritussanctus est donuz patris & filij. i. q2 procedit ab vtroq3. Eo enim dicitur spiritus quo donũ & eo donũ quo procedẽs. vnde Augu. in. v. lib. de tri. ait. Spiritussanctus qui nõ est trinitas: sed in trinitate intelligitur: in eo qd proprie dicit spiritussanctus relatiue dicit cum & ad patrem & filiũ refertur q2 spiritussanctus & patris & filij spiritus est: sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine. Apparet autem cuz dicitur donum dei: donum est eñ patris & filij q2 & a patre pcedit & a filio. Ecce his verbis aperte ostẽdit eadem relatione dici spiritũsanctũ & donũ. Donũ autem q2 procedit a patre & filio. Proprietas ergo qua dicitur spiritussanctus vel donuz processio ipsa est de qua post plenius agemus cũ alijs. Cum ergo ab eterno processerit ab vtroq3 & ab eterno donũ fuit non ergo spiritussanctus eo tantuz dicit donum q2 donatur: nam & ante fuit donũ q3 donaretur. Unde Aug. in. v. li. de tri. Semper spiritussanctus procedit: & nõ ex tẽpore: sed ab eternitate pcedit. Sed q2 sic pcedebat vt esset donabile: iam donũ erat anteq3 esset cui donaretur. Aliter enim intelligitur cũ dicitur donũ aliter cuz dicit donatũ: nam donũ potest esse: etiam anteq3 detur: donatum autem nisi datũ fuerit nullo modo dici potest. Sempiterne ergo spiritussanctus est donũ temporaliter autem donatum his verbis aperte ostenditur qd sicut spiritussanctus ab eterno procedit: ita ab eterno donũ est: nõ q2 donaretur a patre filio vel a filio patri: sed q2 ab eterno processit donabilis.

qd sit filio esse a prẽ & spũsctõ.

Aug. d tri. li. v. ca. xi.

eo dr spũssctus q donuz & eo donuz pcedens.

Qd sp pcedit spũssanctus.

Queritur cui donabilis. E

Sed queritur cui donabilis vtrum patri & filio: an tantum nobis qui nondũ eramus. Si aũt non erat donabilis patri & filio sed tantum nobis: & ex eo donũ erat: q2 sic donabilis pcedebat: videtur q filius semper eadẽ ratione donũ fuerit q2 ab eterno pcessit a patre donabilis nobis in tẽpore: nã & de filio legit qd datus est nobis. Ad qd dicimus: q2 spiritussanctus nobis tantũ non patri vel filio donabilis processit sicut & nobis tãtũ datus est. Et filius vere datus est nobis: & ab eterno processit a patre nõ vt donabilis tantũ sed vt genitus qui & donari posset. Processit ergo vt genitus & donabilis: sed spũssctũs nõ pcedit vt genitus: sed tm̃ vt donũ. Donũ aũt semper fuit nõ solũ q2 donabilis: sed q2 ab vtroq3 pcessit & q2 donabilis fuit. Uñ Aug. in. v. li. de tri. ait. Eo ipso qd daturus erat eũ deus iã dõabilis ẽ.

Esaie. ix.

Qd filius pcessit vt genitus & donabilis. spũssctũs vo vt donũ donatũ & q2 procedit ab vtroq3 et q2

donũ erat etiã anteꝙ daret: et ideo donabilis est sed aliter donabilis ꝙ filius: nã et aliter datur et aliter processit ꝙ filius. Filij enim processio genitura e͞ꝭ natiuitas. Spũsſcti vo ꝓcessio natiuitas ñ e͞: extra quo ineffabilis e͞.

Ysaie.liij.

¶ Qđ sicut filius nascẽdo accepit nõ tantũ vt esset fili⁹ sed etiã essentia ita et spiritussanctus procedendo accepit nõ tantũ vt esset donũ sed etiam vt esset essentia. F

Est notandũ ꝙ sicut fili⁹ nascendo accepit nõ tantum vt filius sit sꝫ omnino vt sit et vt ipsa substãtia sit ita et spiritussanctus a patre et filio procedendo accepit: non tantum vt spiritussanctus sit vel donũ: sed etiam vt omnino sit et vt substantia sit quod vtiqꝫ non accepit ex eo ꝙ dat: uaꝫ cũ nõ detur nisi ex tempore. si hoc haberet ex eo quod datur accepisset ergo ex tempore vt esset. Unde Aug. in. v. lib. de tri. Filius non hoc tantum habet nascendo vt sit filius sed omnino vt sit. Queritur ergo vtrũ spiritussanctus eo qđ datur habeat nõ tantum vt donũ sit: sꝫ omnino vt sit. Quod si non est nisi qꝛ datur. i. si non habet esse nisi eo ꝙ datur: sicut filius nascẽdo habet nõ tãtũ vt sit filius ꝙ relatiue dicit: sed omnino vt sit ipsa substãtia quomodo iam spiritussanctus erat ipsa substantia cum non prius daretur ꝙ esset cui daretur. Non ergo eo ꝙ datur sed procedendo habet vt sit donum et vt sit essentia sicut filius nõ eo ꝙ datus est sed nascendo accepit non tantũ vt sit filius sed vt sit essentia. Uñ Aug. in. xv. lib. de tri. ait. Sicut filio prestat essentiam sine initio temporis: sine mutabilitate nature de patre generatio: ita spiritusancto prestat essentiam sine vllo initio temporis sine vlla mutabilitate nature de vtroqꝫ processio.

Aug. 8 tri. lib. v. c. xv.

Augustin⁹

¶ Qđ ex predictis videtur ꝙ filius non tantũ sit filius natiuitate: sed etiã de simili essentia et spiritussanctus processione. G

Hic oritur questio. Si filius nascendo habet non tantum vt sit filius sed vt sit essentia et spiritussanctus procedendo non tantum vt sit donũ: sꝫ vt sit essentia. Ergo filius natiuitate essentia est. et spũsſctũs ꝓcessione est essentia: cum alibi dicatur qđ nec pater eo pater est quo deus nec fili⁹ eo filius quo deus: nec spiritussanctus eo donuꝫ quo deus: qꝛ vt ait Augu. in. vij. li. de tri. His nominibus relatiua eorũ ostenduntur nõ essentia vnde post plenius agemus. Ad quod breuiter respõdẽtes dicimus: qꝛ nec filius natiuitate essentia est sed tantũ filius nec spiritussanctus processione essentia est sed donũ tantũ: et tamẽ vterqꝫ ille nascẽdo et iste procedendo accepit vt esset essentia. Nõ enim vt ait hylarius. v. li. de tri. per defectionem aut ꝓtensionem aut deriuationẽ ex deo deus est sed ex virtute nature in naturaꝫ eandem natiuitate subsistit filius: et virtute nature in naturam eandem processione subsistit spiritussanctus.

Augustin⁹

Rñsio.

hylarius.

¶ Exponit verba hylarij. H

Quod ita intelligi potest. Ex patre qui est virtus ingenita: naturã quã habet eãdem filius natiuitate. i. nascẽdo et spiritussanctus processione. i. procedẽdo habet. Unde ipse idẽ apertius eloquens qđ dixerat aperit dicẽs. Natiuitas inquit () dei nõ põt nõ eã sua de qua perfecta ẽ tenere naturam. Non enim aliud ꝙ deus subsistit qđ nõ aliunde ꝙ de deo subsistit. Ecce his verbis aperit quõ intelligendũ sit illud. De patre generatio prestat essentiam filio et de vtroqꝫ processio prestat essentiam spiritui sancto. Nõ qꝛ ille essentia sit illius et iste essentia sit spiritussanctus: immo proprietate personali: sed qꝛ et ille nascendo et iste procedendo essentiã ha=

bet eandem et totam que in parte est.

¶ Qd spūssctūs dr donū et donatū scdm duos pdictos modos pcessionis. I

Ex predictis patet q spiritussanctus sempiterne donum est: et temporaliter datū vel donatū. Ex quo apparet illa distinctio gemine processionis de qua supra egimus. Nam secundum alteram processionem dicitur donatum vel datum. scdm alteram vero dicitur donum.

¶ Scdm hoc q donum est refertur ad patrem et filiū: sm q datū ad eum qui dedit et ad eos quibus datum est. K

Et secundum hoc q sempiterne donū est refertur ad patrem et filium: sm hoc vero q dicitur datū vel donatum et ad eum qui dedit refertur et ad eos quibus datur et eius dicitur esse qui dat: et illorum quib' datur. Unde Augu. in. v. lib. de trinitate ait. Quod datum est et ad eum qui dedit refertur: et ad eos quibus dedit. Itaq spiritussanctus nō tantum patris et filij qui dederunt: sed etiam noster dicitur qui accepimus. Spiritus ergo et dei q est dedit et nr̄ qui accepimus non ille spiritus noster quo sum'. q: ipse est spiritus hominis qui in ipso est: sed huius et illum spiritum qui hominis dicitur vtriq accepimus: sed aliter iste aliter ille noster dicitur. Aliud est enim quod accepimus vt essemus aliud quod accepimus: vt sancti essemus. Qd aūt spiritussanctus noster dicatur scriptura ostendit. Scriptū est enī de Johāne q i spiritu helye veniret. Ecce dictus est helye spiritus quē accepit helyas. s. spiritussanctus. Et Moysi ait dominus. Tollam de spiritu tuo et dabo eis: id est dabo illis de spiritusancto quem iam dedi tibi. Ecce et hic dictus est spiritus Moysi. Patet igitur: q spiritussanctus noster dr spūs: sed q nobis datus et datus vtiq ad hoc vt sancti essemus. Spiritus vero creatus ad hoc est datus vt essemus. Aug. d tri. li. v. c. xiiij. Luce. i. Nume. xi.

¶ An filius cum sit nobis datus posset dici noster vt spiritussanctus. L

Hic queritur vtrum et filius cū sit nobis datus dicatur vel possit dici noster? Ad qd dicimus: q fili' dicit noster panis nr̄ redēptor et hmōi. sed nō dr noster fili': q fili' dr tm̄ relatiue ad eū q genuit. Et ideo noster filius nō pōt dici: sed pr̄is tm̄. In eo aūt q dr dat' et ad eū q dedit: et ad eos i quib' dat' est refert vt spūssanctus qui etiā cū scriptura (vt supra dictū est) dicat spūs nr̄ vel spūs tuus: vel illius: vt de Moyse et helia dictū est nusq tn̄ in scriptura occurrit ita dici spūssanctus noster vel tuus vel illius sed spūs nr̄: vel tuus vel illius q spūssanctus eo dr quo donū et vtrūq relatiue dr ad patrē et ad filiū et hoc sempiterna relatione. Si aūt aliqn̄ dr donū nostrū. accipit donū p donato vel dato. Cū vero donū accipit eomodo quo spūssanctus donū pr̄is et filij dr: nō hois ita et fili' sub hac appellatione nō pōt dici nr̄ vt dicat fili' nr̄: sicut nec dr spūssctūs nr̄: et tn̄ de filio dr panis nr̄: et de spū spūs nr̄. Ille nr̄ panis q: nos reficit nobis dat': iste nr̄ spūs: q nobis inspirat a pr̄e et filio: et in nobis spirat sicut vult. Un̄ Aug. in. xv. lib. de tri. ait. Qd de pr̄e natū est ad pr̄em solū refert eū dr fili' et iō fili' pr̄is est: et nō noster. Dicim' tn̄ et panē nr̄m da nobis: sicut dicimus spiritū nostrum. Qd non dr spūssanct' nr̄ sz spūs nr̄. Augustin' Mat. vj. Luce. xj.

¶ Utrum spiritussanctus ad seipsum referatur. M

Post hec querit vtrū spūssctūs ad seipsum referat hoc eni videtur ex predictis posse pbari. Si enim quod dat refertur ad eum qui dat et ad eum cui datur et spiritussanctus datur a seipso vt predictū est: ergo refertur ad seipsum. huius questionis determinationem in posterum

differimus donec tractemus de his que relatiue dicunt de deo ex tempore de quibus datum et donatum continentur.

Dist. xix. De pprietatib⁹ ꝛ cditiōib⁹ qdā mō eēntialib⁹ ꝛ qdā mō psonalib⁹ trinitatis ꝛ vnitatis.

¶ Hic de qualitate trium personarum. A

Pater ergo ⁊ filius et ſpiritusſanctus. ſ. quoniā tres ſunt: quid tres ſunt queramus. qd cōmune habet. Nō enim poſſunt dici tres pa tres. qꝛ tantū pater ibi pater eſt: nec tres filij: cū nec pater ibi ſit filius nec ſpiritusſanctus: nec tres ſpiritusſancti qꝛ ſpiritusſanctus propria ſignifica tione qua ⁊ donum dei dicitur: nec pater eſt nec filius. Quid ergo tres. Si tres perſone eſſe dicuntur: cōmune eſt eis id qꝺ perſona eſt. Certe eīm qꝛ pa ter eſt perſona. ⁊ filius eſt perſona ⁊ ſpiritusſanctus eſt perſona: ideo tres perſone dicuntur. Propterea ergo dicimus tres perſonas qꝛ cōmune eſt eis id quod perſona eſt. Ex predictis aperte intelligi poteſt qua neceſſitate di ctum ſit a latinis tres perſone cum perſona ſm ſubſtantiā dicatur. Unde ⁊ tribus cōmune eſt id qꝺ perſona eſt. i. hoc nomen perſona.

¶ Quare nō dicamus tres deos eſſe patrē ⁊ filium ⁊ ſpiritūſanctū vt di= cimus tres perſonas: cū id qꝺ deus eſt ſit eis cōmune qꝛ pater eſt deus ⁊ filius eſt deus ⁊ ſpiritusſanctus eſt deus. F

Sed queritur hic cum dicamus patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritū ſanctū eſſe tres perſonas. quia cōmune eſt eis qꝺ perſona eſt. i. qꝛ pater eſt perſona. filius eſt perſona: ⁊ ſpiritusſanctus eſt perſona cur nō dicamus ſi militer tres deos cum et pater ſit deus ⁊ filius ſit deus ⁊ ſpiritusſanctus ſit deus. Quia. ſcꝫ illud ſcriptura cōtradicit. hoc aūt ⁊ ſi non dicat: non tamen contradicit. vnde Aug. hanc mouens queſtionem atqꝫ diffiniens in li. vij. de trinitate ita ait. Si ideo dicamus patrem ⁊ filiū ⁊ ſpiritumſanctum eſſe

Aug. ꝺ tri. li. vij. c. xv.

tres personas.qz cōmune est eis id qđ persona est:cur non etiam tres deos
dicamus.Certe vt predictuz est quia pater est persona.⁊ filius est persona/
⁊ spiritussanctus est persona ideo tres persone dicuntur.Quia ergo pater
est deus/⁊ filius est deus/⁊ spiritussanctus deus cur nō dicunt̄ tres dij.Ec=
ce proposuit hanc questionē attende quid respondeat subdens.an iō nō di
cuntur tres dij.qz scriptura non dicit tres deos.Sed nec tres personas ali= Exod.xx.
cubi scripture textus cōmemorat.An ideo licuit loquendi ⁊.disputandi ne Deut.xvj.
cessitate tres personas dicere.non qz scriptura dicit.sed qz scriptura nō cō=
tradicit.Si autem diceremus tres deos:cōtradiceret scriptura dicens.Au=
di israel deus tuus deus vnus est.Ecce absolutio questionis quare potius
dicamus tres personas ꝙ tres deos.qz.s.illud non contradicit scripture.

¶Alia questio cur non dicimus tres essentias vt tres personas cum scri
ptura non contradicat.

b

Verum ⁊ hic alia emergit questio quam Augustinus cō Augustin
sequenter annectit dicens.Cur inquit ⁊ tres essentias nō licet dicere quod
similiter scriptura sicut non dicit.ita nō contradicit.At si dicis ꝙ propter
vnitatē trinitatis nō dicuntur tres essentie sed vna essentia.quero cur non
propter eandem vnitatem trinitatis dicatur vna persona ⁊ nō tres persone.
Ut enim est illis commune nomē essentie.ita vt singulus quisq; dicat̄ essen=
tia.sic illis commune est persone vocabulum.Quid igitur restat nisi vt fa
teamur loquendi necessitate a grecis ⁊ latinis parta hec vocabula aduer=
sus insidias vel errores hereticorū.Cūq; conaretur humana inopia loquē
do proferre ad hominum sensus qđ in secretario mentis de deo tenet: siue
per piam fidez siue per qualēcūq; intelligentiā timuit dicere tres essentias
ne intelligeretur in illa summa equalitate vlla diuersitas.Rursum non
poterat dicere:non esse tria quedam.quod qz dixit Sabellius in heresim
lapsus ē:quesiuit ergo quid tria diceret ⁊ dixit tres personas: siue tres sub
stantias sm̄ grecos.

¶Sicut nos dicimus tres personas ita greci tres substantias quas di=
cunt hypostases:aliter accipientes substantiaz ꝙ nos.

b

Qđ enim de personis secundum nostram: hoc de substan
tijs sm̄ cōsuetudinem grecorum oportet intelligi.Si enim illi dicunt tres
substantias vnā essentiā.i.tres hypostases vnā vsiam quēadmodū nos di
cimus tres personas vnam essentiā vel substantiā.Quāq; ⁊ illi si vellent si
cut dicūt tres sbas tres hypostases:possent dicere tres psonas tria ꝓsopa.
Illud aūt maluerūt dicere qz fortasse sm̄ lingue sue cōsuetudinē apti⁹ dr.

¶Qđ in trinitate nō est diuersitas nec singularitas vel solitudo:sz vni=
tas ⁊ trinitas ⁊ distinctio ⁊ idētitas.

J

Jam sufficienter vt puto ostensum est qua necessitate di=
camus tres personas:⁊ quare nō similiter tres deos vel essentias:qz.s.in al
tero obuiat scriptura:in altero diuersitatis intelligētia:qz ibi nulla peni=
tus est diuersitas sicut nec singularitas vel solitudo:sed vnitas ⁊ trinitas. Augustin⁹
Unā Aug.in li.vij.de tri.ait.Humana inopia querēs quid diceret tria:dixit
tres psonas vel substātias.Quib⁹ nominib⁹ nō diuersitatē voluit intelligi:
sed singularitatē noluit:vt non solū ibi vnitas intelligat̄ ex eo ꝙ dicit̄ vna Hylarius.
essentia:sed trinitas:ex eo ꝙ dicunt̄ tres persone.Hylarius quoq; in li. vij. Johā.xiiij.
de tri.ait.Dn̄s dicit.Qui videt me:videt ⁊ patrē.Cū hoc dicit̄:excludit̄ sin
gularitas atq; vnici.i.solitarij intelligētia.Nā nec solitariū sermo signifi=

cat: ⁊ indifferentē, tamen naturaꝫ professio docet. Uisus est enim in filio pater per nature vnitā similitudinē. Unū sunt enim natus ⁊ generans: vnum sunt nec vnus. Nō itaqꝫ solitarius filius est: nec singularis nec dispar. Itē in eodem. Sicut in patre ⁊ filio credere duos deos impiū est: ita patrem ⁊ filium singularē deū predicare sacrilegū est. Nihil in his nouū: nihil diuersum nihil alienū nihil separabile est. De hoc etiā Aug. in li. questionū veteris ac noue legis ait. Unus est deus sed non singularis. Itē Ambro. in libro de trinitate ait. Qđ vnius est substātie: separari nō potest: ⁊ si nō sit singularitatis sed vnitatis deus vnus cū dicitur: nequaqꝫ deitatis trinitatē excludit, ⁊ ideo nō qđ singularitatis, sed qđ vnitatis est predicat. Ecce ex predictis ostendit, qꝛ nec singularis, nec diuersus, nec vnicus vel solitarius cōfitendus est deus: qꝛ singularitas vel solitudo personarū pluralitatē excludit ⁊ diuersitas vnitatē essentie tollit. Diuersitas inducit separationē diuinitatis. Singularitas adimit distinctionē trinitatis. Ideo Amb. in .j. libro de trinitate ait. Nō est diuersa nec singularis equalitas. nec iuxta Sabellianos patrē filiūqꝫ cōfundens, nec iuxta Arrianos patrēqꝫ filiūqꝫ secernens. Pater enim ⁊ filius distinctionē habent, separationē vero nō habent. Item in eodē. Pater ⁊ filius diuinitate sunt vnū. nec est ibi substantie differentia, nec vlla diuersitas, alioquin quomodo vnū deū dicimus. diuersitas enim plures facit. Constat ergo ex predictis, qꝛ in trinitate nulla est diuersitas: si tamen aliquando in scriptura inuenitur dictū, tres diuerse persone ⁊ huiusmodi diuersas dicit distinctas.

Augustin⁹. Ambrosi⁹. Ambrosi⁹. Diuerse dicunt aliqn persone. i. distincte.

Qđ non debet dici deus multiplex. K.

Et sicut in trinitate nō est diuersitas: ita nec in multiplicitate, ⁊ ideo nō est dicēdus deus multiplex: sed trinus ⁊ simplex. Unde Ambro. in .j. libro de trinitate ait. Est in patre ⁊ filio non discrepans / sed vna diuinitas, nec cōfusum quod vnum est, nec multiplex esse potest quod indifferens est. Multiplex itaqꝫ deus non est.

Amb. đ tri li. j. ca. iij.

Quid significetur his nominibus vnus vel vna / duo vel due tres vel tria: trinus vel trinitas / plures vel pluralitas / distinctio vel distincte, cum his vtimur de deo loquentes. A

Dis. xxiiij. Quid significet per nomē nūerale cū loquimur de diuinis.

Hic diligenter inquiri oportet cum in trinitate nō sit diuersitas vel singularitas nec multiplicitas / vel solitudo, quid significetur his nominibus, scꝫ vnus vel vna / duo vel due / tres vel tria, trinus vel trinitas / plures vel pluralitas / distincte vel distinctio / cū dicit vnus deus / due persone vł tres persone: plures persone distincte sunt persone. vel cū dicit distinctio personarū: pluralitas personarum: trinitas personarū ⁊ hmōi. Uidemur enim hoc dicentes numerorum quantitates ⁊ rerū multitudinē vel multiplicitatē in deo ponere. Quid ergo ista ibi significent: ipso de quo loquimur aperiēte insinuare curemus

Not. ꝙ hic cōiter nigr̄ nō tenet vt hēs retro in erroribus.

Magis illa dicuntur ad excludendum ea que nō sunt in deo ꝙ̄ ad ponendum aliqua. B.

Si diligenter premissis auctoritatū verbis intēdimus vt dictoꝝ intelligentiā capiamus magis videt hoꝝ verboꝝ vsus introductus ratione remouendi atqꝫ excludēdi a simplicitate deitatis que ibi non sunt ꝙ̄ ponendi aliqua.

Quid per vnum significetur cum dicitur vnus deus. C.

Cum enim dicitur vnus deus multitudo deorum excluditur: nec numeri q̄titas in diuinitate ponitur: tan͡q diceretur deus est: nec multi sunt vel plures dij. vnde Ambro. in li. de tri. ait. Cum vnum dicimus deū: vnitas excludit numerum deoru: nec q̄titatem in deo ponit: quia nec numerus nec q̄titas ibi est. Amb. d tri. lib. j. ca. xj.

Quo sensu dicitur vnus est pater: vel vnus est filius. D Ex q̄ intelligentia dicant ꝑsone plures.

Similiter cum dicitur vnus est pater vel vnus est filius ⁊ huiusmodi: ratio dicti hec est ꝙ non sunt multi patres vel multi filij ita ⁊ de similibus. Item cum dicimus plures esse personas. singularitatē atq̄ solitudinē excludimus nec diuersitatem nec multiplicitatem ibi ponimus quasi diceretur. Sine solitudine ac singularitate personas cōfitemur. Unde Hylarius in libro. iij. de trini. ait. Dixit deus. Faciamus hominem ad imaginem ⁊ similitudinem nostram. Quero nūc an solū deum sibi locutuz existimes: an hunc sermonem eius intelligas ad alterum extitisse. Si solū fuisse dicis: ipsius voce argueris dicentis. Faciamus ⁊ nostram. Sustulit enim singularitatis ac solitudinis intelligentiam professio consortij: quia aliquod consortium esse non potest ipsi solitario neq̄ solitudo solitarij recipit faciamus: nec alieno a se diceret nostram. Attende lector his verbis ⁊ vide: quia nomine consortij pluralitatem significauit. professio ergo cōsortij est professio pluralitatis: quā professus est dicens. Faciamus ⁊ nostraz: pluraliter enim vtrunq̄ dicitur. Sed hac professione pluralitatis nō diuersitatem vel multitudinē posuit: sed solitudinem ⁊ singularitatez negauit. Sic ergo cum dicimus plures personas vel pluralitatem personarum singularitatis ⁊ solitudinis intelligentiam excludimus. Hylarius. Gen. j.

Quid per ternarium significet cum dicitur tres persone. E

Ita etiam cū dicimus tres personas nomine ternarij nō q̄titatem numeri in deo ponimus. vel aliquā diuersitatem: sed intelligentiam non ad aliū nisi ad patrem ⁊ filiū ⁊ spiritūsanctum dirigendā significam⁹: vt sit hui⁹ dicti intelligētia. Tres ꝑsone sunt vel tres sunt pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊ spiritussanctus. i. nec tātū pater nec tantū filius nec tantū pater ⁊ filius in deitate sunt. sed etiam spiritussanctus: ⁊ non alius ab his. Similiter nō tm̄ est ibi hec ꝑsona vel illa. vl' hec ⁊ illa. s; hec ⁊ illa: ⁊ illa ⁊ nō alia. Et h̄ fore ita intelligendū. Aug. satis ostendit vbi dicit ꝙ illo nomine nō diuersitatē intelligi voluit: sed singularitatem noluit. Augustin⁹

Quid per duo cū dicitur due persone vel pater ⁊ filius duo sunt. F

Similiter cum dicitur duo sunt pater ⁊ filius non dualitatis q̄titatē ibi ponimus. sed hoc significamus ꝙ non est tantū pater nec tantum filius. sed pater ⁊ filius. ⁊ hic non est ille: ita ⁊ de alijs huiusmodi. Ita etiam cum dicimus pater ⁊ filius sunt due persone: hoc significamus: q̄d non tantum pater est persona nec tantum filius est persona. sed pater est persona: ⁊ filius est persona: ⁊ hec non est illa.

Ex quo sensu dicitur in personis distinctio vel persone distincte. G

Cum autem dicimus distincte sunt persone vel distinctio est in personis: confusionem atq̄ permixtionez excludimus: ⁊ hanc non esse illam significamus. Cum q̄ addimus distincte sunt persone proprietatibus siue differentes proprietatibus aliam esse hanc personam: et aliam illam suis proprietatibus significamus. Et cum dicimus aliam et aliam

non diuersitatem vel alienationem ibi ponimus: sed confusionē sabellianam excludimus.

¶Quomodo ibi accipiatur discretio. h

Ita et cum dicūtur discrete persone vel cum dicitur discretio in personis esse: eandem intelligentiam facimus. Eodem enim mō ibi accipitur distinctio quo discretio. Et congrue dicitur ibi esse discretio vel distinctio: non diuersitas vel diuisio siue separatio. vnde Amb. in. j. li. de tri. Non est ipse pater qui filius sed iter patrē et filium expressa distinctio est.

¶Quomodo trinitas ibi accipiatur. i

Cum vero dicitur trinitas: id significari videtur quod significatur cum dicitur tres persone: vt sicut non potest dici pater est tres persone vel filius est tres persone: ita non debet dici: pater est trinitas vel filius est trinitas.

¶Hoc videtur contrariū esse predictis. k

Isidorus. Hic non est pretermittendū ꝙ cum supra dictum sit deum nec singularē. nec multiplicem esse cōfitendū idqꝫ sanctorū auctoritatibus sit confirmatum in contrariū videtur sentire Isidorus dicens. Distinguendum est inter trinitatē et vnitatē. Est enim vnitas simplex et singularis trinitas vero multiplex et numerabilis: quia trinitas est trium vnitas. Ecce vnitatem dicit esse singularē: et trinitatē multiplicē et numerabilē. Sed ad hoc dicimus quia singularē accepit sicut et alij accipiunt vnum: multiplicem vero et numerabilē sicut alij dicunt trinum.

Di. xxv. ¶Quid significat cum dicitur pluraliter tres ꝑsone vel due ꝑsone. A

Quid significetur hoc noie persona. Preterea considerandum est cum hoc nomen persona (vt predictū est) secundū substantiā dicatur que sit intelligentia dicti cum pluraliter profertur tres ꝑsone: vel due persone et cū dicitur. Alia est persona patris: alia est persona filij: alia est persona spiritussancti. Si enim in his locutionibus persone vocabulū essentie intelligentiā facit plures essentias confiteri videmur: et ita plures deos Si vero essentie significationē ibi non tenet alia est huius nominis ratio cum dicitur pater est persona vel filius est persona: et alia cum dicitur. pater et filius et spiritussanctus sunt tres persone: et cum dicitur alia est persona patris: alia filij et huiusmodi.

¶Quod videtur secundū essentiā dici alia est persona patris alia filij

Augustin⁹ siue tres persone: vt cum dicitur pater est ꝑsona filius est ꝑsona. B

Persona enī vt supra ait Augu. ad se dicitur et idē est deo esse personā quod esse: sicut idē est ei eē quod deū esse. Unde manifeste colligitur ꝙ essentiam diuinā predicamus dicentes. Pater est persona: filius est persona spiritussanctus est persona. i. essentia diuina: et omnino vnum

Qd noie ꝑ et idē significatur nomine persone. i. essentia diuina: cum dicitur pater est
sione id si= persona et filius est persona. quod significatur nomine dei: cum dicitur. pa
gnificat cū ter est deus: filius est deus. Ita etiam idem significatur cum dicitur. deus
dr pr est, ꝑ= est deus. et deus est persona. Utroqꝫ enim nomine essentia diuina intelligit
sona qd si= quia vtrūqꝫ secundū substantiā dicitur. Cum vero dicitur pater et filius et
gnificat no spūssanctus sunt tres persone quid nomine persone significamus: an essentiam
mie dei cū tiam. Hoc enim videtur si supra posita verba Augu. diligenter scrutemur.
dr p r ē de⁹ Supra enim dixit ꝙ ideo tres ꝑsonas dicimus; quia id quod persona est

commune est tribus. Et item quia pater est persona: et filius est persona: et spiritussanctus est persona adeo tres persone dicunt᷑. Uidetur ergo eādem tenere significationē hoc nomen persona: cum dicitur tres persone quā hꝫ cum dicitur: pater est persona: filius est persona: spūssanctus est persona. Quia vt ostendit Augu. hoc dicitur. i. tres persone propter illud: quia id quod ꝑsona est cōmune est eis. Id ergo quod cōmune est. id est patri ⁊ filio ⁊ spūsancto videtur significari nomine ꝑsone: cum dicit᷑ tres ꝑsone.

¶ Aliter etiā videt᷑ posse ostendi ꝙ secundū essentiā dicat᷑ etiā cum pluraliter profertur. C

Aliter etiam videtur posse ostendi: ꝙ ibi nomine persone significatur essentia cum dicitur tres persone. Ut eñ supra dixit. Augu. Augustin⁹
Ea necessitate dicimus tres personas: vt rñderemus querentibus quid tres vel quid tria. Cum ergo queritur quid tres vel quid tria: conuenienter respondetur cum dicitur tres persone. At cum queritur: quid tres vel q̇d tria per quid de essentia querit᷑. Non eñ inuenit᷑ quid illi tres sint nisi eēntia. Si ergo questioni recte respondemus: oportet vt respondendo essentiā significemus alioquin non ostendimus quid tres sint. Si vero respondētes essentiā significamus: ipsam essentiā persone nomine intelligimus: cū dicitur tres persone.

¶ Opinio quorūdam qui putant essentiā significari nōie persone cū dicimus tres personas. D

Quibusdā videtur ꝙ nomine ꝑsone significetur essentia Augustin⁹
cum dicit᷑ tres persone. Preterea quia Augu. dicit. ideo dicit tres personas q͛ cōmune est eis id quod est persona: vt sit talis intelligentia. Pater ⁊ fili⁹ ⁊ spūssanctus sunt tres persone. i. sunt tres id habentes cōe qđ est persona: id est tres sunt quorū quisqꝫ est persona. i. essentia. Sed quō iuxta hanc intelligentiā dicetur: alia est ꝑsona patris: alia filij. Et hoc etiā ita volūt intelligere. scꝫ alius est pater: ⁊ ali⁹ est filius id tñ cōe habentes quod est persona. Et hoc confirmant auctoritate. Aug. qui in. vij. li. de tri. ait. Tres per- Augustin⁹
sonas eiusdē essentie: vel tres ꝑsonas vnā essentiā dicimus. Tres aūt personas ex eadem essentia non dicimus quasi aliud ibi sit quod essentia est aliud quod persona est. Hac auctoritate ⁊ premissis conant᷑ asserere in predictis locutionibus nomen persone essentiā significare. Sed quid responsdebunt ad id quod ipse Augustinus in lib. de fide ad Petrū dicit. s. ꝙ ali⁹ est pater in persona siue personaliter: alius personaliter filius: alius ꝑsonaliter spiritussanctus. Quomodo eñ alius personaliter pater / alius personaliter filius: alius personaliter spūssanctus: si in esse personā omnino cōueniunt. i. si persona essentie tñ intelligentiā facit. Ideo nobis videtur aliter hoc posse dici cōgruentius iuxta catholicorū doctorū auctoritates.

¶ Quod hoc nomē persona tripliciter in trinitate accipit᷑. et hec est vtilis et catholica doctrina de ꝑsona et personis. E

Sciendū est igitur ꝙ hoc nomē ꝑsona multiplicē itelligē- Hylarius.
tiam facit: non vnā tantū. Et vt Hylarius ait in lib. iiij. de tri. Intelligētia Augustin⁹
dictorū ex causis est assumenda dicendi: quia non sermoni res sed rei sermo Quid signi
subiectus est. Discernentes ergo dicendi causas huius nominis. scꝫ perso- ficet cuꝫ dr
na significationē distinguimus dicentes: ꝙ hoc nomen. s. persona ꝓprie se- tres ꝑsone
cundū substantiā dicit᷑ ⁊ essentiā significat sicut supra ostendit Augusti- tres subsū
nus cum dicit᷑: deus est persona pater est persona. Quadam tamē necessita

te(vt supra dicit Augu.)translatū est hoc nomē:vt pluraliter diceref tres p
Augustin⁹ sone cū quereref:q̄d tres vel q̄d tria.vbi nō significat essentiā.i.naturā di=
Quid significef cuȝ tres psone tres subsi=stentie vel tres entes nō tres es=sentie. uinā q̄ cōmunis est tribus personis.sed substantias vel hypostases.secūdū di grecos.Greci quippe vt supra dixit Aug. aliter accipiunt substantiā.i.hy-postasim aliter nos.Nos em̄ substantiā dicimus essentiā siue naturā.Per-sonas autē dicimus sicut illi dicunt substantias.i.hypostases.Si ergo nos ita accipimus personas vt illi accipiunt substantias vel hypostases.At illi aliter accipiunt hypostases q̄ nos substantiā.aliter ergo nos accipimus p sonas q̄ substantiam.Cum ergo dicimus tres personas:non ibi p sone no=mine essentiā significamus.Quid ergo dicimus.Dicimus q̄ tres psone sūt id est tres substātie.s.tres entes pro quo greci dicunt tres hypostases.

¶Ostendit verba Aug.conuenire huic sententie. F

Et hic sensus adiuuatur ex verbis Augu.premissis si interius intelligantur.Quia enim pater est persona.i.essentia et filius est persona:et spūssanctus persona:ideo dicunf tres persone.i.tres substantie tres entes.Non em̄ possunt dici tres substantie vel entes:nisi singulus eorum esset persona.i.essentia.Quia ergo eis cōe est id quod est persona.i.essentia ideo recte dicūtur tres persone:id est subsistētie vel subsistētes:vt sicut eēn=
Augustin⁹ tia que eis est cōmunis vere ac proprie est:ita illis tres vere ac pprie subsistentie vel entes intelligantur.Idcoq Aug.causas dictorū discernens:dicit tres personas esse vnā essentiā vel eiusdē essentie.Non ex eadē essentia ne aliud intelligaf ibi esse persona aliud essentia:tres em̄ psone.i.subsistētie vna sunt essentia et vnius essentie:non autē sunt vna persona vel vnius persone licet psona secundū subsistentiā dicatur aliquando:nā si hoc diceretur confusio fieret in personis.

¶Obiectioni illorū hic rīdet qui nitunf pbare psonas scd̄m eēntiā accipi q̄r rīdemus querētibus quid tres vel quid tria. G

Ad hoc autem q̄ illi dicūt cum queritur quid tres vel tria de essentia queritur quia non inuenitur quid illi tres sint nisi essentia per hoc volentes nos inducere vt nomine persone essentiam intelligamus: cuȝ
Iohan.x. respondemus tres personas.Ita dicimus.Indubitabiliter verū est q̄r nō inuenitur vnum aliquid quod illi tres sint nisi essentia.Unum em̄ sunt illi tres.i.essentia diuina.vnde veritas ait.Ego et pater vnū sumus.Utrum=
Iohan.v. tamen cum queritur quid tres:vel quid tria:non de essentia querif:nec ibi quid ad essentiā refertur.Sed cuȝ fides catholica tres esse profiteref: sicut Iohannes in epistola canonica ait.Tres sunt qui testimoniū phibent in celo:querebaf quid illi tres essent.i.an essent tres res et que tres res:et quo nomine ille tres res significarentur.ideo loquendi necessitate inuentuȝ est hoc nomen persona ad respondendū:et dictum est tres persone.

¶Quid tres res et quid vna res hic dicatur. H

Non autem te moueat q̄ dicimus tres res.Non enim hoc dicentes diuersarum rerum numerum ponimus in trinitate: sed ita tres
Augustin⁹ res dicimūs vt easdem esse vnam quandam summam rem confiteatur. vnde Augusti.in primo lib. de doctr.christi.sic ait.Res quibus fruendum est nos beatos faciunt:res ergo quibus fruendum est sunt pater et filius et spiritussanctus.Eadēq trinitas vna quedam summa res est communisq fruētibus ea:si tamen res et non rerum omniū causa sit. Nō enim facile potest inueniri nomen quod tante excellentie conueniat;nisi q̄ melius dicitur tri

nitas hec vnus deus. Sicut ergo tres res dicuntur et he sunt vna res: ita tres res subsistentie dicuntur et he sunt vna essentia. Ecce ostensum est que sit intelligentia huius nominis persona cum dicimus tres personas.

¶ Ex quo sensu dicatur alia est persona patris: alia filij: alia spiritussancti. I

Nunc inspiciamus vtrum secundum eandem rationem et causam dicatur: alia est persona patris: alia filij: alia spiritussancti. Quod vtique sane intelligi potest: vt sit sensus talis. Alia est subsistentia vel hypostasis patris: alia subsistentia filij alia subsistentia spiritussancti. Et alia subsistentia pater: alia filius alia spiritussanctus.

¶ Quomodo hec intelligantur: alius in persona pater: alius filius: alius spiritussanctus. K

Deinde queritur vtrum secundum eandem rationem accipiatur cum dicitur. Alius est pater in persona: alius in persona filius: alius in persona spiritussanctus: alius personaliter pater alius personaliter filius alius personaliter spiritussanctus. Ad quod dicimus: quia et si possit eodem modo accipi congruentius tamen ex ratione dicti alia variatur intelligentia vt hic persone nomine proprietas persone intelligatur: vt sit sensus talis. Alius est in persona vel personaliter pater id est proprietate sua: pater alius est quam filius: et filius proprietate sua alius quam pater. Paternali enim proprietate distinguitur hypostasis patris ab hypostasi filij: et hypostasis filij filiali proprietate discernitur a patre et spiritussanctus ab vtroque processibili proprietate distinguitur.

¶ Quod secundum hunc modum etiam in predictis locutionibus potest accipi. L

Hoc etiam modo sane potest accipi persona in premissis locutionibus cum dicitur: alia est persona patris alia filij. i. alia est proprietas qua pater est pater: alia qua filius est filius: alia qua spiritussanctus est spiritussanctus. Ita etiam nomine persone quidam proprietates intelligere volunt cum dicuntur tres persone: sed melius est vt subsistentias vel hypostases intelligamus cum dicimus tres personas. Ex predictis colligitur quod nomen persone in trinitate triplicem tenet rationem. Est enim vbi facit intelligentiam essentie et est vbi facit intelligentiam hypostasis: et est vbi facit intelligentiam proprietatis.

¶ Auctoritatibus sanctorum ostendit quod dixit. M

Quod autem secundum substantiam dicatur et essentiam aliquando significat supra ex dictis Augusti. aperte ostendimus. Quod vero pro hypostasi atque proprietate accipiatur ex auctoritatibus sanctorum ostendi oportet ne coniecturis nostris aliquid ausi dicere videamur. De hoc Hieron. in expositione fidei catholice ad Alippium et Augusti. episcopos ita ait. Non est prorsus aliquis in trinitate gradus nihilque quod inferius superiusue dici possit: sed tota diuinitas sua perfectione equalis est: vt exceptis vocabulis que proprietatem indicant personarum quicquid de vna persona dicitur de tribus possit dignissime intelligi. atque vt confutantes Arrium vnam eandemque trinitatis dicimus esse essentiam vel substantiam: et deum vnum in tribus personis fatemur: ita etiam impietatem. Sabellij declinantes: tres personas expressas sub proprietate distinguimus. non

ipsum sibi patrē non: ipsum sibi filiū nō ipsum sibi spm̄scm̄ esse dicᵗ: tesq; aliā patris: aliā filij: aliā spūssancti esse personā. Nō ei. noia tm̄mō: sed et noim ꝓprietates. i. ꝑsonas. vel vt greci exprimūt hypostases. i. subsisten=tias cōfitemur. Nec pr̄ filij vel spūssancti ꝑsonā ali qn̄ excludit: nec filius vel spūssanctus pr̄is nomē personāq; recipit: sed pater semp pater: ⁊ fili⁹ semper filius: ⁊ spūssanctus semper spūssanctus. Itaq; substantia vnum sunt: sed ꝑsonis ac noibus distinguūt. Ecce hic aperte dicit Hiero. ꝓprietates esse ꝑsonas: ⁊ personas esse substātias. Unde manifestū fit q̄ dicimus s. ꝑsone noie significari ⁊ hypostasim ⁊ ꝓprietatē. Ioā. etiā dama. ꝑsonas dicit esse hypostases. ⁊ eas dicit entes. ita inquiens. In deitate vnam naturam ꝯfitemur ⁊ tres hypostases sm̄ veritatē entes. i. personas.

Ioā. Dam. Hierony.

¶ De ꝓprietatibus personarū: ⁊ prius de hoc noie hypostasis. A

Dist. xxvi. De his q̄ ꝓprie ⁊ eternalr̄ dn̄r de deo sm̄ relatōez siue ꝓprietatez ꝑsonalē sz q̄ ipsis ꝑsonis assignātur Hiero.

NUnc de proprietatibus personarum quas frequēter in hoc tractatu cōmemorauimus aliqd loqui nos oportet. Sed primū audiamus qd de hoc noie hypostasis. Hiero. dicit Ait enī sub hoc noie venenū latere: sed hoc dicit sz q̄ heretici eo vtebant̄ vt simplices seducerent. s. ꝑ ꝑsona ⁊ ꝑ essentia. vt siue dicerent vna tm̄ hypostasis: siue tres: minus peritos ad incōuenientēs deducerēt. cū non erat hoc nomē ita apud catholicos vulgatum: nec ita eius significatio determinata vt modo. Et ideo Hiero. dicit hoc nomine nō vtendū fore sine distinctione vel expositione: tunc scz quando cū hereticis contendebatur ita scribens de fide catholica ad Damasum papā Ab arrianorū presule hypostasion nouellū nomē a me homine romano exigitur. Interrogam⁹ qd tres hypostases arbitrentur intelligi? Tres personas subsistentes aiunt. Respondemus nos ita credere. Non sufficit eis sensus. Ipsum nomen efflagitant: quia nescio quid veneni in sillabis latet. Clamamus. Si qs tres hypostases. i. tres subsistentes personas non confitetur: anathema fit Si qs aūt hypostasim vsiā intelligēs nō tribus personis vnam hypostasim indicat: alienus a christo est qui. s. tres hypostases dicens sub nomine pietatis tres naturas conatur asserere. Sufficiat nobis dicere vnam substantiam ⁊ tres personas perfectas equales: taceamus tres hypostases si placet. Nomē hoc non bone suspitionis est: cum in eodem verbo sensus dissentiunt. Aut si rectum putatis tres hypostases cum interpretationibus suis debere nos dicere non negamus. Sed mihi credite venenum sub melle latet. Transfigurat enī se angelus sathane in angelum lucis. his vbis non negat vtendum esse nomine hypostasis: Sed hereticos eo prauevsos ostendit: contra quos cautela opus erat in distinctiōe significatiōis alioquin sibi cōtradiceret qui supra tres hypostases confitetur.

¶ De ꝓprietatibus personarum: ⁊ de noibus earum relatiuis. B

Iam de proprietatibus personarum videamus que etiā notiones siue relationes in scriptura plerunq; dicuntur: in illa sancta trinitate que ideo a nobis repetitur vt cordi nostro tenacius infigatur. Ait Aug. in li. de fide ad Petrum. Aliud est genuisse q̄ natū esse aliudq; est ꝓcedere quā genuisse vel natum esse. Unde manifestum est quod alius est pater: alius filius: alius spūssanctus. Et est ꝓprium solius patris: non qꝛ non est natus ipse: sed quia vnum filium genuerit: ꝓpriūq; solius filij: nō quia ipse non genuit: sed quia de patris essentia natus est: ꝓprium vero spūssancti est: non qꝛ nec natus est ipse nec genuit: sed qꝛ solus de patre filioq; procedit. Ecce breuiter assignauit tres ꝓprietates trium personarum

quarum vna non est alia. Hoc eñi significauit cũ dicit. Aliud est genuisse
& natum esse aliudq; pcedere.i.alia proprietas siue notio est generatio. &
alia natiuitas: alia processio que alijs noibus dicuntur paternitas filia
tio. Has proprietates designant nomina personarum.s. pater fili⁹ & spũs
sanctus: que relatiua sunt & ad seinuicē dicuntur: qꝛ notant relationes q̃
non sunt deo accidẽtales: sed in ipsis personis ab eterno sunt immutabili
ter vt non modo appellationes sint relatiue: sed etiam relationes, siue no
tiones in rebus ipsis.s. in personis sint.

¶ Quod non omnia que de deo dicunt̃ ƀm substantiã dicunt̃: que dam eñi ƀm relationẽ dicunt̃: nihil tñ ƀm accidens C

Quo circa sciendum est non omne quod dicitur de deo
dici ƀm substantiã: qꝛ quedã dĩr ƀm relationẽ q̃ non est accidens qꝛ non
est mutabilis. vñ Aug. in. v. li. de tri. ait. Nihil in deo ƀm accidẽs dĩ: qꝛ ni- Augustin⁹
hil ei accidit. Nec tñ oẽ qđ dĩ ƀm substãtiã de deo dĩ. In rebus creat{is} atq;
mutabilibus qđ nõ ƀm substantiã dĩ restat vt ƀm accidẽs dicatur. In deo
aũt nihil quidẽ ƀm accidens dĩ: qꝛ nihil in eo mutabile est aut amissibile
Nec tñ oẽ qđ dĩ de deo ƀꝫ substantiã dĩ. Dicitur eñi ad aliquid sicut pater
ad filium: & filius ad patrẽ: qđ nõ est accidẽs: quia & ille semꝑ est pater: & il
le semper est filius: & ita semper: qꝛ semper natus est filius nec cepit vnquã
esse filius. Qđ si aliqñ esse cepisset: aut aliqñ desineret esse filius ƀm acci-
dens diceretur. Et quia pater non dĩ pater nisi ex eo qđ est ei filius: & fili⁹
non dicit̃ filius: nisi ex eo ꝙ habet patrẽ: nõ ƀm substantiã hec dicunt̃: sed
adinuicem ista dĩr. neq; tñ ƀm accidens qꝛ & ꝙ dĩ pater: & qđ dicitur filius
& eternum atq; immutabile est eis. Ecce aperte his verbis ostẽdit̃ quedam
dici de deo ƀm substantiam: quedam ƀm relationem: nihil tñ ƀm accidens
Ostendit etiã pprietas patris esse ꝙ habet filiũ: & pprietas filij quod ha-
bet patrẽ. Ideoq; cum dicit eternum & incommutabile esse ꝙ pater dicitur
& ꝙ filius dicitur: ita intelligi voluit pprietas qua pater est pater: & pro-
prietas qua filius est filius eterna est & incommutabilis: qꝛ & pater: semꝑ
pater: & filius semper filius. Unde & hylarius proprietates personarũ assi
gnans in. xij. li. de tri. ait. Si semper patri pprium est ꝙ semper est pater: Hylarius.
necesse est semper filio proprium esse ꝙ semper est filius. Ubi enim semper pprietates
pater est semper & filius est: ergo q̃ nõ semꝑ pater est: nõ semꝑ genuit. Itẽ pris & filij
in eodem. Nato deo manifestum est pprium esse ꝙ filius est. ẽ trinitate

¶ Quare dicat̃ esse ꝓpriũ vnigeniti quod est filius dei: cum etiã homines sint filij dei. D

Hic queritur quomodo dicatur propriũ nato deo ꝙ est
dei filius vel genitus ex deo; cum etiam hoies filij dei dicantur & sint ƀm psal. lxxxi
illud. Filij excelsi omnes. Et ad moysen de populo israel dñs ait. Filius
meus primogenitus israel. Sed magna est distãtia. Hoies ei filij dei sunt
factura non natiuitatis proprietate deus autem filius originis proprie- Exodi. iiij.
tate filius est & veritate natiuitatis: non factura vel adoptione: & illi qui Hylarij au
dem ante sunt quam filij dei sunt. Fiunt enim filij: non nascuntur filij dei ctoritate ꝯ
Unde hylarius solum deum natum originis pprietate dei filium osten- firmat so-
dens inter ipsum & homines filios dei euidentissime distinguit in. xij. lib. lutionẽ ap
de trinitate ita dicens. Uero patri solus qui ex deo nascitur; vere filius ta distictio
est: & nos quidem filij dei sumus: sed per facturam: Fuimus eñi aliquan inter deũ &
do filij iracundie sed filij dei per adoptionẽ effecti sum⁹ poti⁹ q; nascimur holz filios
& quia omne quod fit anteq; fiat non fuit. nos cum filij non fuissemus effi

q. ille nat⁹ cimur. Ante enim filij non eramus: sed per gratiam facti sumus non nati: filii hi fcti neqꝫ generati: sed acquisiti. Acq̃siuit enim nos deus sibi: et per hoc dicitur filij. nos genuisse. Genuisse enim deum filios nunꝙ̃ cum proprietatis signification e cognoscimus dici. Ex adoptione enim homo factus est filius dei nõ ex generatione neqꝫ ei ꝓprietas est: sed nuncupatio ac per id nõ vere fili⁹ est: qꝛ nec ꝓprie nat⁹ dr: nec semper fuit filius. Unigenit⁹ aũt deus nec fuit aliqñ non filius: nec fuit aliquid anteꝙ̃ filius nec quicꝙ̃ ipse nisi filius: Atqꝫ ita q̃ semper est filius nascibilitatis ꝓprietate ac veritate filius est solus qui genuit: et ille tm̃ qui genuit pater ipsius est: quia sicut ille fili⁹ origine ita ille pater generatione.

¶Quod homo dicitur filius trinitatis: et trinitas põt dici pater hominum. E

Augustin⁹ Homo vero q filius dei est factura non tantũ patris sed et filij et spũsancti filius est. i. totius trinitatis et trinitas ipsa pater eius dici põt. vnde Aug. in. v. lib. de tri. dicit. Non põt dici trinitas pater: nisi Deut. vj. translatiue ad creaturam propter adoptionem filioꝝ. Quod enim scriptum est. Audi israel dñs de⁹ tu⁹ de⁹ vnus est: nõ vtiqꝫ excepto filio aut spũsancto oportet intelligi quẽ vnum dñm deum nostrum recte dicimus: etiã patrem nostrum per gratiam suam nos regenerantẽ. De hoc etiam hylari⁹ hylarius: in. vj. li. de trini. ait. Omnibus per fidem deus pater est quibus est pr̃ per eam fidem qua iesum xp̃m dei filium confitemur. Ecce ostensum est quare ꝓprium dicatur esse dei nati q̃ filius est qꝛ. s. ipse solus natus ꝓprie dr vnde hylarius in li. iij. de tri. ait. Dominus dicens: clarifica filium tuum non solo nomine contestatus est se esse filium sed et ꝓprietate. Nos filij dei sumus: sed non talis hic filius. Hic enim verus et proprius est filius origi nis non adoptione: veritate non nuncupatione: natiuitate: non creatiõe

¶Quod spiritussanctus dicitur proprie donum dei: quia ꝓprietate est donum: vt filius natiuitate: et vtroqꝫ modo dicitur relatiue: et sm̃ eandem relationem F

Ita etiam de spũsancto dicendum est qui ꝓprie dicit̃ donum dei: cum tamen et alia plura sint dona dei. Sed spũsanctus ita ꝓprietate immutabili et eterna donum est sicut filius ꝓprietate est filius. Eo enim dicitur donum quo spiritussanctus: et vtroqꝫ vtiqꝫ nomine relatiue dicitur eademqꝫ relatione dicitur spũsanctus et donum: licet ipsa relatio non ita appareat in hoc nomine spiritussanctus sicut in hoc nõie donum. Unde Augustinus in quinto libro de trini. ait. Spiritussanctus qui Augu. non est trinitas sed in trinitate intelligitur in eo quod proprie dicit̃ spiritussanctus relatiue dicitur cum et ad patrem et ad filium refertur: quia spũsanctus et patris et filij spiritus est. Sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine. Apparet autem cum dicitur donum dei. Donum enim est patris et filij: quia a patre procedit et a filio. ergo spiritussanctus ineffabilis quedam patris filijqꝫ communio est. Et ideo fortasse sic appellatur vt iã diximus: nec iterare piget: quia patri et filio potest eadem appellatio cõ Quid sit uenire. Nam hoc ipse proprie dicit̃ quod illi communiter. quia etiam paspũsanct⁹ ter spiritus: et filius spiritus: et pater sanctus et filius sanctus. Ut ergo ex nomine quod vtriqꝫ conuenit vtriusqꝫ communio significetur: vocatur donum amborum spiritussanctus. Ecce habes quare spiritussanctus ꝓprie dicatur donum: et quod relatiue dicitur siue donum siue spiritussanctus. Et quod nomen sibi proprium tenet quod communiter patri et filio conue

nit sed diuisim. Certe est sciendum ꝙ cum pater vel filius dicitur spūs siue sanctus neutrum relatiue dr̄ sed sm̄ substantiam.

¶ An pater vel filius vel trinitas ipsa possit dici spūssanctus. G

Hic queri potest vtrum pater vel filius vel etiam ipsa trinitas possit dici spiritussanctus, sicut disiunctim dicitur & spirit⁹ & sanct⁹. De hoc Aug. in .v. lib. de trin. sic ait. Trinitas nullo modo pōt dici filius: spūs vero sanctus pōt quidem vniuersaliter dici sm̄ id qđ scriptū est. qm̄ deus spiritus est. Itaqꝫ pater & filius & spūssanctus quoniam vnus de⁹ est & vtiqꝫ deus sanctus est: & deus spūs est potest appellari trinitas & spūssanct⁹. Sꝫ tn̄ tunc spūssanctus relatiue non dicet̄ sm̄ essentiam qꝛ ꝓprie spūssanctus q̄ non est trinitas: sed in trinitate dr̄ relatiue. Augustin⁹

¶ Quidam putāt spm̄sanctū non dici relatiue ad patrem & filium qꝛ nō vicissim rn̄dent sibi vocabula sed falso. H

Quidam tamen putant spiritum sanctuꝫ vel donū nō dici relatiue ad patrem vel filium. Si em̄ inquiunt hec relatiue ad se dicunt̄ suis inuicem sibi respondent vocabulis vt sicut dicitur pater filij pater: & filius patris filius: ita dicatur pater spūssancti vel doni pater & spūssanct⁹ vel donū p̄ris spūs vel donum. Sed nō ita est in omnibus relatiuis Non enim omnia que relatiue dicuntur: suis ad se inuicem respondēt vocabulis. Unde Augu. horum elidens opinionē .v. li. de tri. Non te moueat inquit qm̄ diximus spm̄sanctum nō ipsam trinitatem: sed eū qui est in trinitate relatiue dici: lꝫ non ei rn̄deat vicissiꝫ vocabulū eius ad quē refertur Dicimus enim spm̄sanctum patris. sed non vicissim dicimus patreꝫ spūssancti: ne filius eius intelligatur spūssanctus. Item dicimus spm̄sanctum filij: sed non dicim⁹ filium spūssancti: ne pater eius intelligatur spūssanctus. In multis em̄ relatiuis hoc contingit vt non inueniatur vocabulum quo sibi vicissim respondeant. Cum ergo dicimus donuꝫ patris & filij: nō quidem possumus dicere patrem doni aut filium doni. sed vt hec vicissiꝫ respondeant dicimus donum donatoris: & donatorem doni: qꝛ hic potuit inueniri vsitatum vocabulum: illic non potuit. Donum ergo donatoris: & donator doni cum dicimus relatiue vtrunqꝫ ad inuicē dicimus donator tamen non fuit deus: nisi ex tp̄e: cū spiritussanctus sit donum etiā ab eterno Aug.

¶ An easdē ꝓprietates assignēt Aug. & hyla. & an iste sint q̄ dicūtur paternitas & filiatio & ꝓcessio. A

Hic queri potest. Utrum proprietates quas Hylarius supra assignauit. s. ꝙ p̄r semp est p̄r: & fili⁹ semp est filius sint ille eedē ꝓprietates q̄s Aug. superius distinxit dicēs proprium esse patris ꝙ genuit filium. ꝓpriū filij ꝙ genitus est a p̄re tib⁹ ꝑsona & spūssancti: quod ab vtroqꝫ procedit? Ac deinde vtrum & iste sint ille que dicuntur paternitas: filiatio: ꝓcessio. Uidetur ꝙ non sint eedem proprietates quas ponit hylarius & ille quas ponit Aug. Si em̄ eedem sunt: idē est ergo patri esse patrēm & genuisse filium: quod vtiqꝫ quidam concedūt. Si aūt hoc est cui ergo conuenit vt sit pater & conuenit genuisse filiuꝫ. Natura ergo diuina si p̄r est, genuit filiū. Si vero non genuit p̄r nō est. Sed quis audeat dicere aut ꝙ ipsa genuit filiū: aut ꝙ ipsa p̄r nō sit. Si autem ipsa p̄r est nec qđ filiū genuit. Nō est ergo idē dicere aliqd esse patrē & gignere filiū. Et ita non videt̄ vna eademqꝫ esse ꝓprietas.

Dist.xxvij. De ꝓprietatibus rū bꝫ ꝙ di= uerb nolb⁹ idē exp̄munt ꝑ vocabula magis vsitata.

¶ Respōsio vbi ostendit easdem esse ꝓprietates. B

Ad quod sine preiudicio aliorum dicimus q easdē proprietates notauit vterq: licet diuersis verbis. Cū enim hylarius ait ita intelligi debet. Propriū patris est q semp pater est. i. pprietas patris est: qua semp pater est. Semper vero pater est q semper genuit filium. Ita et proprium filij est q semp filius est. i. proprietas filij est qua semp fili9 est. Filius vero semp est q semper genit9 est. Ergo pprietas qua pater pr est q semp genuit. Et hec eadē dr paternitas vel generatio. Et pprietas qua filius semp est fili9: est: q semp genit9 est a patre z hec eadē dr filiatio vel genitura vel natiuitas vel origo vel nascibilitas. Sic z pprietas qua spūssanctus est spūsctūs vel donū est qua pcedit ab vtroq: z hec eadē dr processio. In pmissis ergo locutionibus eedem significate sunt proprietates.

¶ Quō non est omo idem dicere esse patrem et genuisse vel habere filium ita et de alijs. C

hec noia — Hec tamē videtur nobis omnino esse idem dicere aliquid pr te filius esse patrē z genuisse filium: vel aliquid esse filiū et habere patrem: vel esse z spūsctūs spmsanctū z pcedere ab vtroq alioquin pr non esset nomen hypostasis. i. non enim re- psone. sed pprietatis tm: similiter filius z spūsctūs. Et ita non p tria noia latiōes sed significarentur tres psone. Ideoq dicimus: q patris nomē nō tm relatio- etiā hypo- nem notat sed etiā hypostasim. i. substantiā significat: ita z fili9 z spūssan stases si- ctus. Relationū vero vocabula. s paternitas: filiatio: pcessio: vel gignere gnat. gigni procedere ipsas tm relationes: non hypostases significāt siue habere filiū z habere patrē: vt verbi gratia: cū dicimus deus est pater noie patris z relationē notam9 et diuinam hypostasim significamus vt sit intelligentia talis. Deus vel diuina essentia est pater id est ille qui genuit: id est hypostasis que habet filiū. Similiter deus est filius id est hypostasis genita vel habens patrem. Ita etiam deus est spiritussanctus. id est hypostasis procedens ab vtroq siue ille qui procedit. Cū vero nomina relationum ponimus in predicatis notiones ipsas tm significamus: nō hypostases vt cum dicimus: deus genuit: id est habet filium: z deus genitus est id est habet patrem. Et tunc oportet intelligi in subiectis hypostases tātum non essentiam que illis proprietatibus determinantur.

Quid itelligat cū dr de9 genuit et deus genitus est.

¶ Quod proprietates determinant hypostases non substantias id est naturam. D

Ille enim proprietates singule singulis proprie conueniunt personis et per eas psone determināntur: z a seinuicē differunt: sed a se non recedūt. Unde Johan. damascenus. Non differunt ab inuicē hypostases fm substātiam sed fm caracteristica idiomata id est determinatiuas proprietates. Caracteristica vero id est determinatiua: sunt hypostaseon et nō nature etenim hypostases determinant. Item esse quidem intemporaliter et eternaliter dicimus diuinā verbi hypostasim simplicem omnia habentem que habet pater vt eius homousion. id est consubstantialē natiuitatis modo et habitudine a paternali hypostasi differentem: nūq vero a paternali hypostasi secedentem. Idem apertius exprimens personales proprietates in eodem ait. Differentiam hypostaseon id est personarū in tribus proprietatibus id est paternali et filiali et processibili recognoscimus. Insecessibiles autem ipsas hypostases et indistabiles inuicem et vnitas quidem inconfusibiliter: tres enim sunt et si vnite diuisas autē indistanter. Et enim singula perfecta est hypostasis: z propriam proprieta-

Hic distinguit pprietates apte.

tem.s.existẽtie modũ propꝛium possidet: sed vnite sunt substantia et non distant neqꝫ secedũt a paternali hypostasi. Ecce hic habes distinctas tres illas proprietates que supra diuersis significate sunt modis.

¶Quod sunt alia nomina personarum easdem proprietates nõ tantia.s.genitus:genitor:verbum:imago. E

Hic non est pretermittendum ꝙ sicut pater et filius et spiritussanctus nomina personarũ sunt:ꝛ proprietates personales designãt: ita etiã sunt ꝛ alia nõia ꝑsonarũ id est q̃ ipsas ꝑsonas significãt:ꝛ earum ꝓprietates denotant et easdem quas et nomina predicta. Unde ꝛ relatiue dicũtur scꝫ genitor/genitus/verbũ/imago. Unde Augu. in.v.libr.de trini. ait. Uidẽdũm est inquit hoc significari cũ dr̃ genit⁹:quod significat͛ cũ dicitur filius. Ideo enim filius q꞉ genitus:et quia filius vtiqꝫ genitus. Sicut aũt filius ad patrẽ:sic genitus ad genitorem refertur:et sicut pater ad filium/ita genitor ad genitum. Idem in sexto libro de trinita. Uerbũ quidem solus filius accipitur:non simul pater et filius tanqꝫ ambo sint vnum verbũ. Sic enim verbũ dicitur quomodo imago:nõ autẽ pater et filius simul ambo imago:sed filius solus est imago patris:quẽadmodũ ꝛ filius. Idẽ in.vij.lib.de trini. Uerbũ ẜm ꝙ sapientia est et essentia/ hoc est qđ pater:scđm ꝙ verbũ non hoc est qđ pater:q꞉ verbũ non est pater:et verbũ relatiue dicit͛: sicut filius. Itẽ in eodẽ. Sicut filius ad patrẽ refertur:ita et verbum ad eum cuius est verbum refertur cum dicitur verbum. Et propterea non eo verbum quo sapientia dicitur:q꞉ verbum non ad se dicitur:sed tantum relatiue dicitur ad eum cuius est verbum: sicut filius ad patrem. Eo quippe est filius quo verbum:ꝛ eo est verbũ quo filius. Sapientia vero quo essentia:et ideo quia pater et filius sunt vna essentia et vna sapientia. Item in eodem. Non est pater ipse verbum sicut nec filius nec imago. Quid autem absurdius ꝙ̃ imaginem a se dici? Idem in.v. Dicitur relatiue filius:relatiue etiã dicitur verbum et imago:et in omnibus his vocabulis,ad patrem refertur. Nihil autem horum pater dicitur.

Augusti. — *De nomie verbi ꝛ imagis.* — *Qđ non eo ꝟbũ sꝫ dr̃ q̃ sapientia.* — *Quõ dr̃ verbum ꝛ quõ filius.*

¶Breuiter summã colligit intelligentie predictoꝝ. F

Aperte ostensum est ꝙ sicut filius vel genitus relatiue dicitur ad patrẽ:ita verbũ et imago. Et ꝙ eo dicitur verbum sine imago quo filius.i.eadẽ proprietate siue notiõe dr̃ verbũ ꝛ imago qua fili⁹: sed nõ eo quo ꝟbũ dr̃ sapiẽtia vel essentia:q꞉ nõ notiõe qua dr̃ verbũ dicit͛ sapiẽtia. Nã sapiẽtia dicitur secundũ essentiã non scđm relationem.

¶Generalis regula eorum que ad se et eorum que relatiue dicũtur:quicquid enim ad se simul ambo dicuntur:sed non ita in predictis relatiuis. G

Et est hic aduertẽda quedam generalis regula eorũ que ad se:et eorũ que relatiue dicuntur de patre et filio. Quicq̃d enĩ ad se dicitur.vt ait Augu.in.vj.lib.de trinitate non dicitur alter sine altero.i. quicquid dicũtur ꝙ substantiam eorum ostendat:ambo simul dicuntur. Ergo nec pater est deus sine filio:nec filius sine patre:sed ambo simul deus:sed non ambo simul pater:non ambo simul filius:vel verbum vel imago.

Augusti.

¶An ẜm substantiã dicat͛ deus de deo et huiusmodi. H

Hic queritur cum dicitur deus de deo lumẽ de lumine et hmõi:vtrũ dicant͛ scđm substãtiã. Nã scđm relationẽ constat ista non dici. Si vero secundũ substantiã dicũtur simul ambo.scꝫ pater et fili⁹: possunt

Rñsio vbi noĩa · substãtie dñr aliqñ poni p psonis.

dici deus de deo lumen de lumine secundũ predictã regulã. Ad quod dicimus: q: licet de' secundũ substantiã dicatur: et lumẽ: z sapiẽtia: et huiusmodi: z nũq̃ relatiue accipiãtur: aliquando tamen p relatiuis .i. p personis sed nõ relatiue accipiũtur. vt cũ dicit: deus genuit deũ: alterum pro patre: alterũ pro filio ponimus: similiter cũ dicitur: de' de deo: lumẽ de lumine. In alijs quoq̃ locutionibus sepe repeniuntur nomina essentie ad significationẽ personarũ deducta: vt cũ dicitur de' natus. de' mortuus de' passus: vbi fili' tñ significat. Ita de solo filio intelligit cũ dicit de' de deo et huiusmodi.

Aug. d tri. li. vij. c. ij.

Uñ Augu. querẽs quomodo huiusmodi dicãtur in. vij. lib. de trini. ait. Quomodo de deo: lumen de lumine dicitur. Non enim simul ambo deus de deo sed solus filius de deo scilicet patre. nec ambo simul lumẽ de lumine: sed solus filius de lumine patre.

¶ Quod tantum secundum nomen substantie dicitur: illud de illo: non secundum nomina personarum.

Et est sciendũ q secundũ nomina substãtie tantũ dr illud de illo: licet ibi illa nomina substantiã nõ significent. Secundũ vero eadẽ nomina personarũ nũq̃ dr illud de illo: sicut verbũ de verbo: vel fili' de filio: q: hmõi nomina diuersis personis cõuenire nõ possunt.

Augusti.

Qđ Augu. licet obscure in eodem. ita dicit. Hoc solum de eis dici nõ potest illud de illo: quod simul ambo non sunt .i. illo solo nomine nõ possum' vti ad ostendendũ vnũ de vno. qđ simul ambob' nõ cõuenit: sicut verbũ de verbo dici nõ potest: q: nõ simul ambo verbũ: nec imago de imagine: nec filius de filio quia non simul ambo filius vel imago.

Qđ nomia substantie aliqñ trinitatis itelligẽtiam significant.

Et sicut nomina substantie aliquando intelligentiã personarũ distincte faciunt ita etiã interdũ totius trinitatis simul. Uñ Aug. in eodem. li. ait. In patris nomine ipse pater p se pronũciatur: in dei vero nomine z ipse pater et filius z spiritussanct': vt cũ dr Nemo bonus nisi solus de': q: trinitas est vnus solus deus.

Luc. xviij.

Di. xxviij.

¶ Qđ nõ tantũ tres predicte ppietates sunt in psonis sed etiã que alijs significantur nominibus vt ingenitus. A

De hisq̃ ppie eternaliter dicunt d deo sm relatione seu ppetatẽ nõ psonalez q̃ est innascibilitas.

Preterea considerare oportet q nõ tantũ tres predicte proprietates siue notiones in personis sunt: veruntamen alie que alijs notantur nominibus. Nam etiam hoc nomen ingenitus relatiue dr: de patre tantũ et aliã designat notionem q̃ pater vel genitor. Nõ est enĩ idẽ esse patrẽ z esse ingenitũ .i. non ea notione pater dicit qua ingenit'. Pater enim (vt predictũ est) dr sm proprietatẽ generatiõis: ingenit' aũt sm ppietatẽ innascibilitatis. Differt ergo pater a filio auctoritate generatiõis. Differt etiã ppietate innascibilitatis .i. q: ingenit'.

Augusti.

De ingenito plana assignatio s. q relatiue dr z alia est notio q̃ dr ingenit' alia q̃ pr. Exemplis vtr ad h ostẽdẽdũ.

Preterea diligenter notãdum est ꝙ ea ratione qua pater non dr sapiẽs ea sapiẽtia quã genuit videt᷑ fore dicendum ꝙ pater nõ diligat filiũ: vel filius patrẽ ea dilectiõe que ab vtroqꝫ ꝓcedit scꝫ que proprie spiritussanctus est. Sicut eñ idem est deo sapere quod esse: ita est ei idem diligere quod esse. Ideoqꝫ sicut negatur pater esse sapiens sapiẽtia quam genuit: qui si ea diceretur sapiẽs nõ ipsa ab eo: sed ip̃e ab ea intelligeretur esse: ita videt᷑ non debere cõcedi ꝙ pater vel filius diligat dilectione q̃ tantum spiritussctũs est: qz si ea diligit pater vel filius: nõ spũssctũs videt᷑ esse a patre et filio: sed pater ꝛ filius a spũsancto: qz idem est ibi diligere quod esse. At supra dictũ est: atqꝫ auctoritate Augustini sancitum ꝙ in trinitate tria sunt vnus diligens cum q̃ de illo est ꝛ vnus diligẽs eum de quo est: et ipsa dilectio: ꝛ non est aliquis duoꝝ quo genitus a gignente diligitur et genitorẽ suũ diligit. Quib⁹ verbis aperte significatur patrẽ filiũ: et filium patrẽ diligere: ea scꝫ dilectione q̃ non est aliquis eoꝝ: sed tantum spũssanctus. Cum idẽ ergo sit ibi diligere quod esse: quomodo dicitur pater vel filius non esse ea dilectione qua alter alterum diligit cum ideo pater neget᷑ sapere sapientia quam genuit ne ea esse intelligatur.

¶ Quod et hec questio inexplicabilis est que excellit infirmitatem hominis. I

Difficilem mihi fateor hanc questionem precipue cum ex predictis oriatur que similẽ videtur habere rationem: quod mee intelligẽtie attẽdens infirmitas turbatur: cupiens magis ex dictis sanctoꝝ referre q̃ afferre. Optimus eñ lector est inquit Hylarius. in. j. lib. de trini. qui dictoꝝ intelligẽtiam expectat ex dictis potius q̃ imponat ꝛ retulerit magis quã attulerit: neqꝫ cogat id videri dictis contineri quod ante lectionẽ presumpserit intelligendum. Cũ ergo de rebus dei sermo est cõcedam⁹ deo sui cognitionem dictisqꝫ eius pia veneratione famulemur. Inuestiget ergo diligẽter pius lector rationẽ dictoꝝ si forte dictoꝝ aliquam valeat reperire causam: q̃ nota ip̃a p̃missa q̃stio aliquatenus explicari valeat. Ego aũt hanc questionẽ nõ absoluẽs: sed errorẽ excludẽs ꝓfiteor nõ esse dictũ patrẽ diligere filiũ vel filium patrem ea dilectione q̃ ab vtroqꝫ ꝓcedit q̃ nõ est aliqs eoꝝ sed tantũ spiritussanctus tanq̃ ea dilectione pater sit vel filius. Sed sic ea pater diligit filium ꝛ filius patrẽ: vt etiã pater p se ea que ipse est dilectione diligat. sic et filius: non autẽ sicut pater per se non diligat et fili⁹ sed p eã tantũ. Quis hec in illa trinitate (inquit Augustinus) opinari vel affirmare presumat. Eam tñ questionem lectorum diligentie plenius dijudicãdã atqꝫ absoluẽdam relinquimus ad hoc minus sufficientes.

Hylarius.

Aug. d tri. li. xv.

¶ Utrum proprietates personarum sint ipse persone vel deus id est diuina essentia. K

Di.xxxiij. De noib⁹ subalib⁹ ꝫ ꝑprietatibus i cōparatiōe ſcḿ cōueniētiā et differentiā ad eſſentiā ꝛ perſonas.

Post ſupradicta interius cōſiderari atqꝫ ſubtiliter inquiri oportet. Utrū ꝑprietates ꝑſonarū quib⁹ ipſe ꝑſone determinātur ſint ipſe ꝑſone: ꝛ ſint deus: id eſt diuina eſſentia: an ita ſint in ꝑſonis vt non ſint perſone: ac per hoc nec diuina eſſentia. Qđ em̄ in ꝑſonis ſint ꝑprietates: nemo inficiari audet: cū apte clamat auctoritas ꝙ in ꝑſonis eſt ꝑprietas ꝛ in eſſentia vnitas. Superius quoqꝫ multis ſctōꝝ teſtimoniis aſtruxim⁹ ꝑſonas per ꝑprietates diſtingui atqꝫ determinari: ipſaſqꝫ ꝑprietates tres ſcꝫ ꝓpriis expreſſimus vocabulis. Cū ergo ꝑprietates ipe ab eterno fuerint quib⁹ ipſe perſone determinātur et differunt: quō eſſent ſi in eis non eſſent: ꝛ quō in eis eſſent: et ipſe ꝑſone nō eſſent q̄n ibi eſſet multiplicitas. Quo circa ſicut ꝑprietates eſſe in ꝑſonis: ita ꝛ eas ꝑſonas eſſe ꝯfitemur: ſicut ſupra auctoritate Hiero. (ꝙ nō pigeat reuocare ad mētē) ꝓteſtati ſumus in expoſitiōe fidei ita dicētis. Sabelliū hereſim declinātes tres ꝑſonas exꝓſſas ſub ꝑprietate diſtinguim⁹. Non em̄ nōis tantūmodo: ſꝫ etiā nōim ꝑprietates id eſt ꝑſonas: vel vt greci exprimunt hypoſtaſes hoc eſt ſubſiſtētias confitemur. Ecce aperte dicit perſonas proprietatibus diſtingui: et ipſas proprietates eſſe perſonas cuius hic verba perſtringimus: quia ſupra latius poſuimus.

Qđ ꝑprietates ſint ꝑſone. Hiero. breuit tāgit q̄ ſ. poſita. ſūt vt aliđ addat.

¶ Quod proprietates ſint diuina eſſentia. B

Cumqꝫ ſimplicitate deitatis ſupra diſſererem⁹ auctoritatibus ſctōꝝ. ſ. Augu. Hyla. Iſido. nec nō ꝛ Boetii euidenter monſtrauimus deū hoc eſſe omnino quod in ſe habet excepto ꝙ pater habet filiū nec eſt filius ꝛ filius hꝫ patrē: nec eſt pater: ꝛ ſic eſſe in natura triū vt qui habet hoc ſit qđ habet: ꝛ totū qđ ibi eſt vnū eſſe vnā vitā eſſe: qđ modo nō iteramus ne faſtidiū lectori ingeramus. Si ergo proprietates ibi ſunt ſingula earū eſt id in quo eſt: ꝛ vnum eademqꝫ vita ſingule ſunt. Fateamur ergo ꝛ proprietates eſſe in tribus perſonis: et ipſas eſſe ꝑſonas atqꝫ diuinā eſſentiā.

Ex ꝑdictis ꝯcludit ꝑprietates eſſe perſonas et vnā eſſentiam.

¶ Auctoritate aſtruit ꝙ proprietas ſit natura. C

Quod enim proprietas etiā diuina natura ſit oſtēdit Hylarius dicens natiuitatē filii eſſe naturā. Uñ in. vii. lib. de tri. ait. Utriuſqꝫ natura nō differt vnū ſunt pater et filius hꝫ ergo hoc ſacramēti natiuitas vt cōplectat̄ i ſe ꝛ nomē ꝛ naturā ꝛ poteſtatē qꝛ natiuitas nō pōt nō eſſe ea natura vnde naſcatur filius. Idem in. vi. Natiuitas proprietas eſt: veritas eſt. Idem in. vii. dicit ꝙ nature natiuitas ſit intelligenda eſſe in natura dei. Supra enim dixit ꝙ proprium patris eſt ꝙ ſemper pater eſt et proprium filii eſt ꝙ ſemper filius eſt: ſignificans ꝙ proprietas patris eſt pater: et proprietas filii eſt filius. His aliiſqꝫ plurib⁹ auctoritatib⁹ aperte ſignificari videtur: ꝙ proprietas filii filius ſit: ſic et deus: ita et proprietas patris et proprietas ſpiritusſancti.

¶ Quidam negant ſcilicet proprietates eſſe perſonas et diuinā naturam et quare. D

Hoc autem aliqui negant dicētes quidē proprietates in perſonis eſſe: ſed non eſſe perſonas ipſas: quia ita dicunt eſſe in perſonis vel in eſſentia diuina. vt nō ſint interius ſicut ea ſunt que ſecundū ſubſtātiam dicuntur de deo: vt bonitas: iuſtitia. ſed extrinſecus affixa ſunt: atqꝫ ita eſſe rationibus probare contendunt. Si enim inquiunt proprietates ſunt perſone: non eis perſone determinantur. Contra quod dicimus: quia

etiam seipsis persone differunt: sicut supra hierony. loquens de patre ꝛ fi-
lio: et spiritusancto dicit. Substantia vnum sunt: sed personis ac nomini-
Obiectio eorum prima quod volunt probare proprietates non esse personas. bus distinguuntur. Sed iterum addunt. Si proprietates ipse diuina essen-
tia sunt cum essentia non differant tres persone nec proprietates differunt. Quoniam
etenim differt pater a filio eo quod diuina essentia est: cum in essentia vnum sunt.

¶ Responsio ad premissa auctoritate nitens. E

Secunda obiectio. Horum doctrinis nouis et humanis commentis verbis hy-
larij rndeo. Immensum est quod exigitur et incomprehensibile: extra significan-
tiam est sermonis extra sensus intentionem: non enunciatur: non attingitur:
non tenetur verborum significantiam rei ipsius natura consumit. Sensus con-
templationem imperspicabile lumen obcecat: intelligentie capacitatem quod
fine nullo continetur excedit. Mihi ergo in sensu labes est: in intelligentia
stupor est: in sermone vero non iam infirmitatem sed silentium confitebor
periculosum nimis est de rebus tantis ac tam reconditis aliquid vltra pre-
scriptum celeste proferre vt vltra diffinitionem dei sermo de deo sit. Forma fidei
certa est. Non ergo aliquid addendum est: sed modus constituendus auda-
cie quicquid vltra queritur non intelligitur.

¶ Quo improbi heretici insistant alia addentes. F

Ceterum hereticorum improbitas instinctu diabolice frau-
dulentie excitata nondum quiescit: sed in tanta rerum questione addit. Si paterni-
Tertia obiectio. tas est filiatio in deo siue in diuina essentia sunt: eadem ergo res sibi pater est
et filius. Nam in quo paternitas est pater est: et in quo filiatio est filius est. Si ergo
vna eademque res habet in se paternitatem et filiationem: ipsa generat ꝛ gene-
ratur: quod dicentes in Sabellianam heresim pertrahuntur extendentes pa-
trem in filium cum ipsum sibi filium proponant et patrem. Si vero nega-
uerint in vna dei essentia paternitatem esse et filiationem quomodo ergo di-
cunt esse deum? His atque alijs argumentorum aculeis vtuntur in sue opi-
nionis assertionem vt veritatis formam dissecent.

¶ Responsio contra hanc eorum opinionem vbi traditur quod pro-
prietates non penitus ita esse in dei essentia sicut in hypostasi-
bus dicuntur. G

Quorum audacie resistentes atque ignorantie prouidentes
audebimus aliquid super hoc loqui. Paternitas et filiatio non ita esse om-
nino in diuina substantia dicuntur sicut in ipsis hypostasibus in quibus
ita sunt quod eas determinant: vt ait Johannes Damasc. Caracteristica idio-
mata sunt. i. determinatiue proprietates hypostaseos et non nature: etenim hy-
postasim determinant et non naturam. Ideoque licet paternitas et filiatio sint
in diuina essentia: cum eam non determinent. non ideo potest dici quod diuina
essentia et generet et generetur. vel quod eadem res sit sibi pater et filius. Ita
enim proprietas determinatur personam vt hac proprietate hypostasis sit ge-
nerans: et illa alia hypostasis sit genita: et ita non idem generat et gene-
ratur: sed alter alterum.

¶ Queritur quomodo proprietates possunt esse in natura vt ta-
men eam non determinent. H

Sed forte queres cum he proprietates non possunt esse in
personis quin eas determinent: quomodo in diuina essentia esse possint: ita vt non
eam determinent. Respondeo tibi et hic cum Hylario. Ego nescio: non requiro: sed
consolabor me tamen. archangeli nesciunt: angeli non audierunt: secula non tenent:

propheta non sensit: apostolus nō interrogauit: filius ipse nō edidit. Ces=
set ergo dolor querelarū nō putet homo sua intelligētia generatiōis sacra
mentū posset cōsequi. Absolute tñ intelligendus est pater et filius et spiri=
tussctūs. Stat in hoc sine intelligētia verborū. Est filius a patre q̄ est vni=
genitus ab ingenito: pgenies a parēte vnus ab vno. non natura deitatis
alia ꝛ alia qꝛ ambo vnū hoc credēdo incipe: pcurre: persiste. et si nō puen=
turū sciam. tñ gratulabor profecturū. Qui em̄ pie infinita prosequit: et si
non contingat: aliqñ tñ proficiet pdeundo. Sed ne te inseras in illud secre
tum et archanum inopinabilis natiuitatis. ne te immergas summā intel=
ligentie comprehendere presumēs: sed intellige incōprehensibilia esse. his
alijsqꝫ multis euidēter ostenditur nobis nullatenus licere maiestatē per=
scrutari: ius ponere potestati: modum circūscribere infinito.

¶ Quibus auctoritatibus opinionem suam. s. ꝙ proprietas pa=
tris vel filij non sit deus muniant. I

Uerūtamen nōdum desistunt impatientie spiritu agitati
sed opinionem suam etiam sanctorum auctoritatibus munire conant̄ qb⁹
ostendere volunt proprietatē qua pater est pater: ꝛ pprietatē qua fili⁹ est
fili⁹: nō esse deū ad hoc inducentes verba. Augu. sup illum locum psal. Et
non est substantia ita dicentis. Deus em̄ quedā substātia est. Unde etiam Ps̄. lxviij.
in fide catholica sic edificamur vt dicamus patrem ꝛ filium ꝛ spiritum san
ctū vnius esse substātie. Quid est vnius substantie? Quicquid est pater qd
deus est: hoc est filius: hoc est spiritussctūs. Cū aūt pater est: non illud est
qd vel quo est. Pater em̄ nō ad se: sed ad filiū dr: ad se autē deus dr. Eo igi
tur ꝙ vel quo de⁹ est: substātia est. Et qꝛ eiusdē substātie est filius: procul=
dubio ꝛ filius est deus. At vero ꝙ pater est: qꝛ non substantie est: sed refer
tur ad filium: non sic dicimus filium patrem esse sicut dicimus filiū deum
esse. Ex his verbis significari dicūt ꝙ proprietas patris vel proprietas filij
non sit deus vel essentia diuina. Cum enim dicit: eo ꝙ deus est substantia Qualr re=
est sed ꝙ pater est substantia non est: aperte (inqunt) ostendit id esse sub= torquēt v=
stantiam quo deus est: id vero quod pater est: non esse substantiam. Item ba augustī
cum ait. Pater non illud est quod est ostendit eum non esse patrem eo ꝙ ni ad suaꝫ
substantia est. Non enim simpliciter dixit: pater non est illud quod est: sꝫ practicā.
ait cū pater est: nō est illud quod est: significans quo pater est non esse il
lud quo est id est essentiam. Hec illi ita exponentes sua commenta simpli=
cib⁹ et incautis vera videri faciunt: nos aūt aliter ista fore ita intelligēda
dicimus. Dicens em̄ eo ꝙ deus est substantia est: sed ꝙ pater est substātia Qd aliter ī
nō est: hoc intelligi voluit: quia essentia de⁹ est: ꝛ deitate substātia est. Eo telligenda
em̄ substātia est quo de⁹ est: ꝛ ecōuerso cuius ea est deitas que est substan= sūt illa ver
tia: ꝛ substātia q̄ deitas: sed ꝙ pater est / nō est substantia id est nō quo pa baqꝫ dicūt.
ter est eo substantia est: quia proprietate generatiōis pater est qua substā
tia nō est. Ipsam tamen proprietatem substantiā essenō negauit. Ita etiā
illud intelligendum est quod ait. Cum pater est non illud est ꝙ est. i. non
illo pater est ꝙ vel quo ipse est. i. essentia sed notione.

¶ Alijs etiā verbis Augustini vtunt̄ vt asserant quod dicunt scꝫ
proprietates personarū nō esse dei substantiam. K

Item illis verbis augustini vehementer insistunt superi⁹
positis scilicet ꝙ verbum sm̄ ꝙ sapientia est et essentia hoc est ꝙ pater sm̄
ꝙ verbum non hoc est quod pater. Si inquiunt verbū nō est hoc qd pater
scdm̄ hoc quod est verbum: id ergo quo verbū est non est illud quod pater

Responsio est. Proprietas ergo quo verbū est. nō est quod pater est. nō est igitur diui
na essentia. Ad quod dicimus: q: licet sm ꝙ verbum non sit hoc quod pa=
ter est: ea tamē proprietas qua verbū est: est id quod pater est. id est. diuina
essentia: sed non est hypostasis patris.

¶ Opinio quorūdam nō idē esse personā ꝛ essentiā vel naturā dicē=
tium ꝛ eandem essentiam nō posse esse patrem ꝛ filium ꝛ spiritum=
sanctum. A

Di. xxxiiij. De ꝯparatōe ꝑsone siue rei nafe ad naturā vel de ꝯparatiōe ꝑsonaꝝ ad essentiam. Auctorita= tez q̄ ꝓ eis facere vide tur. Ponit ꝟ li. hylarij Rom. viij.

Predictis autem adijciendū est ꝙ quidam peruer
si sensus homines in tantam prosilierunt insaniā. vt dicerent nō
idem esse naturam dei ꝛ personā siue hypostasim dicentes eā=
dem essentiam nō posse esse patrem ꝛ filium sine personarum cō
fusione. Si enim inquint ea essentia quā pater est est filius: idez sibi pater
est ꝛ filius. Si hanc rem dicis esse patrem aliam que re quam dicis esse fi=
lium. Si vero aliam non quesieris sed eandem dixeris: idem genuit
ꝛ genitus est. Propter hec ꝛ huiusmodi naturam ꝛ personam diuidunt ita
vt non recipiant vnam deitatis naturā ꝛ simplicē esse tres personas. Idq̄
testimonio hylarij defendere nituntur. qui in. vij. li. de trini. querens vtrum
apostolus spiritum dei nominans ꝛ spiritum christi idem significauerit
vtroq̄ verbo: inquit ita. Sentiū predicator volens nature vnitatem in pa=
tre ꝛ filio docere ait. Spiritus dei in vobis est. Si quis autem spiritū xp̄i
non habet: hic non est eius. Si autē spiritus eius qui suscitauit Iesum ꝛc.
Spirituales omnes sumus si in nobis est dei spiritus. sed ꝛ hic spiritus dei
est ꝛ spiritus christi. Et cum christi spiritus in nobis est: eius spiritus in no
bis est qui suscitauit christum. Et cū eius qui suscitauit christum in nobis
est spūs: ꝛ spūs in nobis est xp̄i. Nec tn̄ nō dei est spiritus q̄ in nobis est. Di
scerne ergo o heretice spiritū xp̄i a spiritu dei ꝛ excitati a mortuis spiritū
xp̄i a spū dei xp̄m a mortuis excitātis. Cū ꝗ habitat i nobis spūs xp̄i. spūs
dei sit: ꝛ spiritus christi a mortuis excitati spiritus dei tātū sit christum a
mortuis excitantis. Et quero nunc in spiritu dei. vtrum naturam an rem na
ture significatā existimes? Non est enim idem natura ꝛ quod res nature si=
cut non idē est homo ꝛ quod hominis est: nec idem est ignis ꝛ quod ipsius
ignis est: ꝛ secundū hoc non est idem deus ꝛ quod dei est. Huius dicti occa=
sione prefati dogmatizauerunt non idem esse personā ꝛ naturam dei asse=
rentes naturā dei nō esse tres personas intelligētes in his premissis verbis
hylarij per rem nature personā ꝛ nomine nature diuinā naturā. Et ideo di
cunt hylariū interrogasse hereticū: vtrū per spiritū dei putaret significatā
esse naturam an rem nature: vt sic ostenderet distinguendū esse inter natu=
ram ꝛ rem nature. i. personam.

q̄stio hyla= rij. vtruz in spū dei na= tura vł res natura si= gnata sit.

¶ Hic docet quō eis obuiat ipsius scripture circūstantia ꝛ qualiter
predicta intelligi debeant ꝛ ꝙ spiritussanctus est res vnius nature B
patris ꝛ filij: ꝛ est ipsa natura.

Hoc quidam dicunt non intelligentes pia diligentia scri
pture circūstātiā: qua cōsiderata percipi pōt quō premissa dixerit hylari⁹.
Subsequenter enim in eadem serie ostendit in spiritu dei aliquando signi
ficari patrem. vt cū dicit. Spūs dn̄i super me. Aliquando significari filiuz
vt cuz dicit. In spiritu dei eijcio demonia nature sue potestate se demones
eijcere demōstrans. Aliquādo spm̄sanctū vt ibi. Effundam de spiritu meo
super omnem carnez. Quod dicit consummatum fuisse cum apostoli spiri=
tusancto misso omnibus linguis locuti sunt. Deinde quare hanc distin=

Esaie. lxi. Math. xij. Johel. ij. Actuū. ij.

ctionem fecerit: ⁊ ꝙ in superioribus per verba apostoli idē spiritussanctus significatus sit: ⁊ ꝙ ipse sit res vnius nature patris ⁊ filij: aperte ostendit inquiens ita. Hec idcirco sunt demōstrata: vt quacūq; parte heretica falsitas se cōtulisset: finibus veritatis cōcluderetur. Habitat enī in nobis xp̄us quo habitante habitat deus: ⁊ cum habitat in nobis spiritus christi: non aliud habitat q̄ʒ spiritus dei: quod si per spiritūsanctuʒ christus in nobis intelligit̄ esse: hunc tamē ita spiritū dei vt spiritū christi esse noscendū est: ⁊ cum per naturā dei natura ipsa habitat in nobis indifferēs natura filij creditur esse a patre cum spiritussanctus qui est spiritus christi ⁊ sp̄us dei res nature demōstretur vnius. Quero nunc ergo quō non ex natura vnum sunt. A patre procedit spiritus veritatis: a filio mittit̄: ⁊ a filio accipit. Sʒ omnia q̄ hʒ pater filij sunt. Idcirco qui ab eo accipit dei sp̄us est: ⁊ idē sp̄us christi est. Res nature filij est: sed ⁊ eadē res ⁊ nature patris est ⁊ dei excitātis christū a mortuis sp̄us est: ⁊ idem sp̄us christi est a mortuis excitati. In aliquo differt christi ⁊ dei natura: ne eadē sit. prestari potest: vt sp̄us q̄ dei ē nō sit etiā christi. Est ergo in nobis sp̄us dei: ⁊ est in nobis sp̄us christi: ⁊ cū sp̄us christi inest: inest sp̄us dei. Ita cū quod dei est ⁊ christi est: ⁊ quod christi est dei est. nō pōt quid aliud diuersum christus esse: ꝙ deus est. Deus igitur christus est vnus cū deo sp̄us sc̄m illud. Ego ⁊ pater vnū sumus. In quo docet veritas vnitatē esse nature: nō solitudinē vnionis. Ecce si hec verba diligēter attēdas inuenis sp̄m sanctū rē nature dici patris ⁊ filij: ⁊ eūdē dici eē naturā dei vbi dr̄ p naturā dei natura ipsa habitat in nobis si p sp̄m sctm̄ xp̄s ē i nobis. Itaq; i trinitate nō ita distiguēdū ē iter naturā ⁊ rē nature sicut in reb⁹ creatis q̄ vt ait hyla. cōparatio terrenorū ad deū nulla est: Et si qua cōparationū exempla interdum afferuntur nemo ea existimet absolute in se rationis perfectionem cōtinere. Non enim humano sensu de deo loquendum est.

verba hylarij ponit q̄bus p̄misso rū itelligētia aperit.

Johan.x.

¶ Qd̄ ꝑpter res creatas illud dixerit nō idē est natura ⁊ res nature. E

Ad naturam ergo rerum creatarum respiciens inquit. Nō idē est natura quod res nature: subijciens exempla de ipsis creaturis. Inde ostendens erroris esse sub mēsura creaturarū metiri creatorem addit: ⁊ secundum hoc nō idem est deus: ⁊ quod dei est: ac si diceret. Si ad instar creaturarum de creatore sentis: cogeris fateri q̄ non idem est deus ⁊ qd̄ dei est: quasi diceret impiū ⁊ cū sp̄us dei deus sit ⁊ dei filius sit deus.

Discutit p̄dicta v̄ba ⁊ nō ita eē distinguendū in trinitate sicut i creaturis tradit.

¶ Qd̄ nō aliud est deus ⁊ que sua sunt: ita vt insint alia enim sunt que insunt alia que non insunt. D

Nō ergo secundū corporales modos (vt in eadem subdit serie) accipienda sunt hec que de deo dicuntur vbi euacuans opinionem eorum qui ita putant aliud deū esse ⁊ aliud quod dei est: aliud naturam dei ⁊ rem nature vt est in creaturis. Aperte docet non aliud esse deum ⁊ que sua sunt: ita vt insint illic sic dicens. Homo autem aliquid ei simile cū alicubi erit alibi non erit: quid quod est illic continetur, vbi fuerit in forma: vt non vbiq; sit qui insistens alicubi sit. Deus aūt immense virtutis viuēs potestas: que nusq̄ʒ abest: nec desit vsq̄ʒ: que se omne per sua edocet: ⁊ sua non aliud q̄ʒ esse significat: vt vbi sua insint ipse esse per sua intelligatur. Non aūt corporali modo cū alicubi sit nō etiā vbiq; esse credat̄: cū p sua in omnibus esse non desinat. Non autem aliud sunt q̄ʒ quod ipse ē que sua sunt. Et hec propter nature intelligentiam dicta sunt. His verbis aperte significatur: si tamen intelligis heretice q̄ diuina natura nō aliud est ab his que

sua sunt ita vt insint: et per illa in omnibus suis est que nō insunt. Sua eīm sunt etiā que nō insunt: id est omnes creature: et sua sunt q̄ insunt. vt tres ꝑsone que sunt eiusdem nature et eadem natura: sicut supra Augustini testimonio firmauimus dicentis tres personas esse eiusdem essentie vel eandem essentiam: sed non ex eadem essentia: ne aliud intelligatur essentia. aliud ꝑsona. Non tamen diffitemur aliquam distinctionem habendam fore secundum intelligentie ratione cū dicitur hypostasis: et cū dicitur essentia quia ibi significatur quod est commune tribus hic vero non. Est tamen hypostasis essentia. et econuerso. Fatemur ergo vnum atq idem esse tres personas secundum essentiam. differentes autem proprietatibus. Unde Augustinus super locum pretaxatum psalmi ait. Queris quid sit pater? Respondetur deus. Queris quid sit filius? Respondet deus. Queris sit pr̄ et filius. Respondetur deus. De singulis interrogatus: deum responde. De vtroq interrogatus nō deos: sed in deū responde. Non sic in hominibus. Tanta enim est sibi substantie vnitas: vt equalitatem admittat: pluralitatē non admittat. Si ergo dictū tibi fuerit cum dicis filium dei esse qd pater est. ꝑfecto filius ē. Rn̄de secundum substantiam tibi dixi hoc esse filium quod pater est: non ſm id quod ad aliud dicitur. Ad se enim dicitur deus: ad patrem dicitur filius. Rursumq pater ad se dicitur deus ad filium dicitur pater. Quod pater ad filium dicitur non est filius quod dicitur filius: ad patrem nō est pater. Quod dicitur pater ad se et filius ad se: hoc est pater et filius. i. deus.

Utrū ita possit dici deus trium personarū vel tres persone vnius dei: et dr̄ vna essentia triū personarū et tres persone vnius essentie. E

Hic considerandum est cum deus sit diuina essentia: et ita dicatur vnus deus esse tres persone sicut vna essentia dr̄ tres persone vtrū ita valeat sane dici: vnus deus trium personarum vel tres persone vnius dei: sicut dicitur vna essentia trium personarum: et tres persone vnius essentie. In his locutionibus scripture vsus nobis emulandus videtur vbi frequēter reperitur ita dictū. Una est essentia triū et tres sunt persone vnius essentie: nusq̄ autem occurrit legisse vnum deum triū personarum: vel tres persone vnius dei. Quod ideo puto sanctos doctores vitasse: ne ita forte acciperetur in diuinis personis vt accipitur cum de creaturis simile quid dicitur. Dicitur enim deus Abraham Isaac et Jacob: et deus omnis creature. Quod vtiq dicitur propter principium creationis vel gratie priuilegium et creature subiectionem vel seruitutem. Cum ergo in trinitate nihil sit creatum vel seruiens vel subiectum non admisit fides in trinitate talem locutionis modum. Ita etiam econuerso non dicitur de dei essentia: q̄ ipsa sit essentia Abrahā Isaac et Jacob: vel alicuius creature: ne creatoris vel creature naturam confundere videamur.

Usum scripture i his seqndū tradit. Quare nō ↄsueurat scriptura dicere vnum deum triū ꝑsonrū et ecōuerso cum dicat vnā eētia triū ꝑsonꝑ.

Qd licet potētia sapientia: bonitas de deo secundū substantiā dicant i scriptura: tū solēt hec voia distincte ad ꝑsonas iterdū referri. F

Ex predictis constat qd sicut essentia: ita potentia sapientia: bonitas de deo dicuntur ſm substantiam. Que autem secūdum substantiam de deo dicuntur: tribus personis pariter conueniunt. Una est ergo potentia: sapientia: bonitas patris et filij et spiritussancti: et hi tres eadem potentia: eadem sapientia: eadem bonitas. Unde aperitur in trinitate summa esse perfectio Si enim ibi deesset potentia: vel sapiētia vel bonitas: nō esset summum bonum. Sed quia ibi est perfecta potentia: infinita sapientia incomprehensibilis bonitas recte dicitur et creditur summum bonum.

Cumque unum et idem penitus sit deo potentia: sapientia bonitas: in sacra tamen scriptura frequenter solent hec nomina distincte ad personas referri ut patri potentia: filio sapientia: spiritui sancto bonitas attribuatur quod quare fiat: non est ociosum inquirere.

Quare id fiat scilicet quod patri potentia filio sapientia attribuatur: G

Id ergo sacri eloquij prudentia facere curauit ne dei immensitatem similitudine creature metiretur. Dixerat enim scriptura sacra: quia deus pater est: et quod deus filius est: et audiuit hoc homo qui hominem patrem viderat: deum patrem non viderat cogitare cepit ita esse in creatore ut viderat esse in creaturis: a quibus hec nomina translata sunt ad creatorem: in quibus pater est prior filio: filius est posterior patre et ex antiquitate in patre defectus: ex posteritate in filio imperfectio sensus solet notari. Ideo occurrit scriptura dicens patrem potentem ne videatur prior filio. et ideo minus potens: et filium sapientem ne videatur posterior patre et ideo minus sapiens.

Quare spiritui sancto bonitas attribuatur. H

Dictus est etiam spiritus sanctus deus: et dictus est habere spiritum deus: et videbatur hoc quasi nomen inflationis et tumoris. Unde humana conscientia ad deum pro rigore et crudelitate accedere metuit. Ideo scriptura temperauit sermonem suum spiritum bonum nominans: ne crudelis putaretur qui mitis erat: non quod pater solus sit potens vel magis potens: et filius solus sapiens vel magis sapiens. et spiritus sanctus solus bonus vel magis bonus. Una est ergo potentia/ sapientia/ bonitas/ trium sicut una essentia. Ideoque sicut dicitur filius homousios: id est consubstantialis patri: et ita et coomnipotens.

De hoc nomine homousion: ubi in auctoritatem receptum sit/ et quid significet. I

Hic non est pretermittendum quod August. in libro tertio contra Maximinum dicit de hoc nomine homousion quo latini tractatores frequenter utuntur. Pater inquit et filius unius sunt eiusdemque substantie Hoc est illud homousion quod in concilio Niceno aduersus hereticos Arrianos a catholicis patribus veritatis auctoritate firmatum est. Quod postea in consilio Ariminensi propter nouitatem verbi minus quam potuit intellectum: quam tamen fides antiqua pepererat multis paucorum fraude deceptis heretica impietas sub heretico imperatore Constantino labefactare tentauit. Sed post non longum tempus libertate fidei catholice preualente: postquam vis verbi sicut debuit intellecta est homousion illud catholice fidei sanitate longe lateque distensum est et diffusum. Quid enim est homousion nisi unius eiusdemque substantie. Quid est inquam homousion nisi ego et pater unum sumus. Non ergo inter prophanas vocum nouitates hoc vitandum est.

De nominibus que translatiue et per similitudinem de deo dicuntur K

Preterea sciendum est quod in assignatione distinctionis nominum inter alia que supra diligenter executi sumus quedam diximus transslatiue et per similitudinem de deo dici: ut speculum/ splendor/ character/ figura et huiusmodi de quibus pro lectori breuiter trado quod sentio ut s. ratione simi

litudinis considerata ex causis dicendi dictorum intelligentiam assumat sed catholicam.

¶Nihil dignum excellentia ineffabilis trinitatis se tradidisse dicit ad alia transiturus. L

De sacramento vnitatis atque trinitatis summe et ineffabilis multa iam diximus. Nihil tamen eius ineffabilitate dignũ tradidisse pfitemur: sed potius ex nobis mirificatam eius scientiam: nec potuisse nos ad illam puenire.

¶De quibusdã que secundũ substantiã de deo dicunt: que specialẽ efflagitant tractatum scilicet de scientia et prescientia / et prouidẽtia et dispositione/predestinatione/voluntate et potentia. A

Cumque supra disseruerimus ac plura dixerimus de his que cõmuniter secundũ substantiã de deo dicunt: eorum tamen quedam specialẽ efflagitant tractatum de quibus ammodo tractandum est: id est de scientia: prescientia, puidentia/dispositione/predestinatione/voluntate/et potentia. Sciendũ ergo est q sapiẽtia vel scientia dei cum sit vna et simplex: tamen propter varios rerũ status et diuersos effectus plura ac diuersa sortitur nomina. Dicitur enim non tantum scientia: sed etiam prescientia vel prouidentia dispositio predestinatio et prouidentia. Et est prescientia siue prouidentia non de futuris tantũ sed de omnibus: de bonis scz et de malis. Dispositio vero de faciẽdis. Predestinatio de omnibus saluandis: et de omnibus bonis: quibus et hic liberantur et in futuro coronabuntur. Predestinauit enim deus ab eterno homines ad bona eligendo: et predestinauit eis bona preparando. Quod homines predestinauit apostolus ostendit dicens. Predestinauit quos presciuit fieri conformes imaginis filij sui: et alibi. Elegit nos ante mundi constitutionem: vt essemus sancti/et immaculati. Quot autem bona eis preparauerit: ppheta. Esaias ostendit dicens. Oculus non vidit deus abs te que preparasti diligentibus vel expectantibus te. Ergo ab eterno predestinauit quosdam futuros bonos et beatos. i. elegit vt essent boni et beati: et bona eis predestinauit. i. preparauit. Prouidentia aũt est gubernandorum: que vtique eodem modo videtur accipi quo dispositio. Interdum tamen prouidentia accipitur pro prescientia. Sapientia vero vel scientia que de omnibus est. s. bonis et malis et de presentibus preteritis et futuris et non tantum de temporalibus: sed etiam de eternis. Non enim ita scit deus ista temporalia vt seipsum nesciat: sed ipse solus seipsum perfecte nouit cuius scientie cõparatione ois creature scientia imperfecta est.

¶Utrũ scientia vel pscientia vel dispositio vel predestinatio potuerit esse in deo si nulli fuissent futura. B

Hic considerari oportet: vtrum scientia vel presciẽtia/vel dispositio, vel predestinatio potuerit esse in deo si nulla fuissent futura? Cũ enim prescientia sit futurorum et dispositio faciendorum: et predestinatio saluandorũ: si nulla essent futura: si nihil esset facturus deus: vel aliquos saluaturus: non videtur potuisse in deo esse prescientia vel dispositio vel predestinatio. potuit autem deus nulla prescire futura: potuit non creare aliquid vel non saluare aliquos potuit ergo in deo non esse prescientia vel dispositio vel predestinatio. Ad hoc autem ita a quibusdam opponitur. Si inquiunt potuit prescientia dei nõ esse in deo ab eterno et potuit nõ esse.

Dist. xxxv. De scia di i gñali sm se. Q d sapientia dicit cũ sit vna. tñ ppter varios status rerũ plura sortit vocabula. De q bus sit prescĩetia vl pvidentia. De qb' dispositio. De qb' pdestinatio. Q' et hoies pdestinant ad bona: et bõa hoib'. Rom. viij. Ephe. j. Esa. lxiiij. et j. Cor. ij. De qb' pvidentia. De sapientia vel sciẽtia et d qb'

Si ꝫo potuit non esse cū presciencia dei sit eius sciencia et sciencia sit eius essentia: potuit ergo non esse ab eterno: id quod est diuina essentia. Ita et de dispositione et predestinatione que est diuina essentia obijciunt. Addu cunt quoqꝫ et alia ita loquentes. Si potuit deus non prescire: aliqua cum idem sit deo prescire quod scire et scire quod esse: potuit ergo non esse. Itē Cum idem sit deum prescium esse et deum esse: si potuit non esse prescius potuit non esse deus. Potuit autem non esse prescius: si potuit nulla pscire Et potuit nulla prescire: quia potuit nulla facere.

¶ Responsio ꝙ presciencia ꝛ dispositio et predestinatio quasi rela tiue dicunt̄ ad futuras res vel faciendas. C

Ad hoc iuxta modulum nostre intelligentie ita dicimus.

Presciencia et dispositio vel predestinatio ad aliquid dici videntur. Si cut enim creator ad creaturam relatiue dicitur ita presciencia vel prescius ad futura referri videtur et dispositio ad facienda ac predestinatio ad sal uanda. Uerumtamen creator ita relatiue dicitur: vt essentiam non signifi cet. Presciencia vero vel prescius et in respectu futurorum dicitur et essen tiam designat: ita etiam dispositio ꝛ predestinatio: Ideoqꝫ cū dicitur. Si nulla essent futura non esset in deo presciencia: vel non esset deus prescius: quia varia est ibi causa dicendi distingui oportet rationem dicti. Cum er go dicis. Si nulla essent futura: non esset in deo presciencia vel non esset prescius. Si in dicendo hanc causam attendis scilicet quia nulla essent sub iecta eius presciencie: vnde ipsa possit dici presciencia vel ipse prescius: qꝺ vtrumqꝫ dicitur propter futura: verus est intellectus. Si autem ea ratio ne id dicis quod non sit in eo sciencia qua prescit futura vel quod ipse non sit deus qui est futurorum prescius falsa est intelligentia. Similiter et ille locutiones determinande sunt. Potuit non esse psciencia dei. vel potuit non esse prescius: et potuit deus non prescire aliqua id est potuit esse quod nul la futura subiecta essent eius sciencie: et ita non posset dici prescius vel pre scire vel sciencia eius psciencia: non tamen eo minus ipse esset vel eius scien tia. Sed non posset dici prescius vel prescire vel presciencia si eius scien tie futura nulla forent subiecta. Similiter de dispositione et predestinatio ne vel prouidencia. Hec enim vt dictum est ad temporalia referunt̄: ꝛ de tē poralibus tantum sunt.

¶ Quod sciencia dei non tantum est de temporalibus: sed etiam de eternis. D

Sciencia vero vel sapientia non tantum de temporalibus

sed etiam de eternis est. Ideoqꝫ et si nulla fuissent futura: esset tamen in deo sciencia eadem que modo est: nec minor esset ꝙ̄ modo nec maior est ꝙ̄ esset. Sciuit ergo deus ab eterno eternum et omne quod futurum erat et si cut immutabiliter. Scit quoqꝫ non minus preterita et futura ꝙ̄ presentia et sua eterna sapientia et immutabili scit ipse omnia que sciuntur. Om nis enim ratio superne et eterne sapientie (vt ait Amb.) in eo est: quia oēm sapientiam et essentiā capit sua immensa sapientia.

¶ Quare omnia dicantur esse in deo et quod factū est habet vitam esse in eo. E

Propterea omnia dicuntur esse in deo et fuisse ab eterno

Augu. sup Gen.

Unde Augustinus super Gen. Hec visibilia inquit anteꝙ̄ fierent non erāt

quomodo ergo nota deo erant que non erant. Et rursus quomodo ea faceret que sibi nota non erant: non enim quicq̃ fecit ignorans. Nota ergo fecit: non facta cognouit. Proinde anteq̃ fierent et erant et non erant. Erant in dei sciẽtia non erãt in sua natura. Ipsi autem deo non audeo dicere alio modo innotuisse cum ea fecisset q̃ in illo quo ea nouerat vt faceret: apud
Iaco. j. quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Ecce hic habes q̇ hec visibilia anteq̃ fierent in dei scientia erant. Ex hoc ergo sensu omnia dicuntur esse in deo: et omne quod factum est dicitur vita esse in ipso: non
Ioh. j. ideo q̇ creatura sit creator: vel quia ista temporalia essentialiter sint i deo: sed quia in eius scientia semper sunt qui vita est.

¶ Quod eadem ratione dicuntur omnia ei presentia. F

Inde est etiam quod omnia dicuntur ei presentia esse nõ
Rom. iiij. solum ea que sunt sed etiam ea que preterierunt, et ea que sunt futura scđ3
Ambro. de illud. Qui vocat ea que non sunt tanq̃ ea que sunt. Quia vt ait Ambro. in
trini. lib. v. li. de trinita. Ita cognoscit ea que non sunt vt ea que sunt. Ex hac ratione
Augustin⁹ omnia dicuntur esse in eo vel apud eum siue ei presentia. Unde Augusti.
ps. xlix. super illum locum ps. Et pulchritudo agri mecum est. Ideo inquit mecum est: quia apud deum nihil preterijt et nihil futurum est. Cum illo sunt omnia futura et ei non detrahuntur et iam preterita. Cum illo sunt omnia cognitione quadam ineffabili sapientie dei. Ecce hic aperit Augustinus ex qua intelligentia accipienda sint huiusmodi verba: omnia sunt deo presentia in deo sunt omnia vel cum deo vel apud deum: vel in eo vita, quia ineffabilis omnium cognitio in eo est.

¶ Utrum concedendum sit omnia esse in dei essentia vel in eo per essentiam vt omnia dicuntur esse in dei cognitione vel p̃sentia. A

Dist. xxxvj
Quõ res. sunt in deo
Solet hic queri cum omnia dicantur esse in dei cognitione seu presentia vel in deo per cognitionem et eius cognitio vel presentia sit diuina essentia vtrum concedendum sit omnia esse in diuina essentia: vel in deo per essentiam. Ad quod di-
Responsio cimus quia dei cognitio eius vtiq̃ essentia est: et eius presentia in qua sũt omnia ipsius cognitio est: nec tamen omnia que sunt in eius presentia vel cognitione in eius essentia esse dici debent. Si enim hoc diceretur, intelligerẽtur esse eiusdem cum deo essentie. In deo enim dicitur esse per essentiam quod est diuina essentia quod est deus. Habet ergo deus apud se in presen
Augustin⁹ tia sua: que non habet in sui natura. vnde Augustinus de verbis apostoli
Ephe. j. ita ait. Elegit nos ante mundi constitutionem. Quis sufficit hoc explicare Eliguntur qui non sunt: nec errat qui eligit: nec vane eligit. Eligit tamen et habet electos quos creaturus est eligendos: quos habuit apud semetipsum non in natura sua: sed in presentia sua. Nondum erant quibus promittebatur: sed et ipsi promissi sunt quibus promittebatur. Ecce hic aperte dicit deum apud semetipsum habere electos ante mundum: non in natura sua: sed in presentia sua cum tamen eius presentia non aliud sit quam eius natura: quia ipsius presentia eius est notitia. Potest tamen ad electos referri cum ait. In natura sua id est illorum. Illos quippe habuit ab eterno apud se non in natura sui id est illorũ quia nondũ erant: sed in sua presentia quia eos ita nouit ac si essent.

¶ Utrum mala debeant dici esse in deo vbi sunt omnia bona cum vtraq̃ sint in eius cognitiõe et presentia omnia enim cognoscit. B

Post predicta queritur: cum omnia dicātur esse in deo non per essentiam nature: sed per cognitionem scientie et deus sciat et bona et mala. vtrum concedendum sit simpliciter mala esse in deo: siue esse in deo per cognitionem. Scit enim deus et sciuit semper omnia tam bona ꝙ mala: etiam anteꝙ fierent: et presciuit ab eterno ea futura. Ideoꝙ cum omnia bona diximus esse in deo propter presentiam cognitionis eadem ratio ne videtur dicendum omnia mala esse in eo: cum ea semper nouerit et per cognitionē ei presentia fuerint. Precognouit enim deus ab eterno quosdā futuros malos et eorum maliciam (vt ait Augustinus) presciuit sed non p̄parauit. Cum ergo peccata omnium sciat: nunquid intelligendum est ea inclu di in illa generalitate locutionis: qua dixit apostolus omnia esse in deo. Ex ipso inquit et per ipsum et in ipso sunt omnia. Sed quis nisi insanus dixerit mala esse in deo. Illa enim esse in deo intelliguntur: que ex ipo et per ipsum sunt. Ea vero per ipsum sunt et ex ipso quorum auctor est: sed non est auctor nisi bonorum. Non ergo ex ipso et per ipsum sunt nisi bona: ita ergo non i ipso sunt nisi bona. Non ergo mala in deo sunt quia licet ea noscat non tñ ita omnino noscat vt bona. Mala ergo quasi de longe cognoscit: vt ait propheta. Et alta a longe cognoscit id est superbiam. Et alibi ad deū loquens de malis ait. De abscōditis tuis adimpletus est venter eorū: Quod exponens. Augustinus. Abscondita inquit peccata sunt que a lumine tue veritatis absconduntur. Sed quomodo peccata a lumine veritatis diuine absconduntur cum a deo sciātur. Si em̄ non sciret quō de illis iudicaret et pro illis malos damnaret. Alibi propheta. Quia neꝙ ab oriente neꝙ ab occidente deest. Quod exponens. Cassio. inquit. Neꝙ a bonis neꝙ a malis deest deus: sed omnibus p̄sens et cognitor est. Cognoscit ergo deus et bona: et mala per scientiam: sed bona cognoscit etiam per approbationem et per beneplacitum mala vero non. vnde Cassiod. super ps. dicit. Peccata abscondita deo sunt: quia non nouit. i. approbat. Et ex eo sensu Augustinus dixit ea abscondita a lumine dei. Qui etiam in lib. ad Delnidium insinuat cognitionem dei varijs modis accipiendam inquiens. Si ad scientiam referas non ignorat deus aliquos vel aliqua: qui tamen in iudicio quibusdam dicet. Non noui vos: sed eorum improbatio hoc verbo insinuata est. Ecce non cognoscere dicitur deus que non approbat: qūe et non placent. Apparet itaꝙ verum esse quod diximus scilicet quia quodammodo cognoscit deus bona. qui non cognoscit mala. Pariter quidem vtraꝙ eodēꝙ modo noscit ꝙtū ad notitiam sed bona. etiam approbatione et beneplacito cognoscit.

Marginalia: Roma. xj. / Quō itelligat esse in deo. Qđ nō oīno ita cognoscit deus mala vt bona qꝛ mala tm̄ p sciētiam bona vo p pbatione ꝛ bn̄splacitum. / ps. cxxxiij. / ps. xvj. / ps. lxxiij. / Cassiode sup ps. xvj / Math. vij.

¶ Hic aperit quare bona tantum dicantur esse in deo et non mala. C

Et inde est quod bona tantum dicūtur esse in deo non mala et illa prope: hec longe: quia licet in deo aliqua dicantur esse propter cognitionis presentiam: et deus bona et mala cognoscat: mala tamen non cognoscit nisi per noticiam: bona vero non solum per scientiam sed etiam per approbationem et beneplacitum. Et ob talem cognitionem aliqua dicuntur esse in deo. s. quia ea ita scit vt etiam approbet ꝛ placeant. i. ita scit vt eorum sit auctor.

¶ Quod idē est oīa esse ex deo: et per ipsum ꝛ in ipso. D

Proinde si diligenter inspiciamus: idem videtur esse oīa

Ambrosi⁹ esse ex deo et per ipsum et in ipso. Unde Ambro. in. ii. lib. de spūsancto. Hec tria ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia unum esse supra diximus. Cū dicit per ipsum esse omnia non negauit in ipso esse omnia. Eādem vim habent omnia hec. s. cum ipso et in ipso: et per ipsum et unum in his atque cōsimile non contrarium intelligitur. Ecce habes quia ex eadem intelligētia scriptura dicit oīa esse in ipso et per ipm et ex ipso: et cum ipso. Cum ergo ex eadem ratione omnia dicantur esse deo vel per ipsum non solum qz scit sz etiam quia eorum auctor est: consequitur vt eadem ratione ita esse in deo dicant: scilicet qz scit et eorum auctor esse dicitur: quia in illo viuimus: et mouemur et sumus: quia eo auctore sumus mouemur et viuimus. Cum ergo non sit auctor: nisi bonorum. merito sola bona in eo esse dicunt: sicut ex ipso et per ipsum. Cum ergo in eius cognitione vel pñtia sint omnia: scz bona et mala: in eo tñ non dicuntur esse. nisi bona quorum auctor est.

Augustin⁹ Unde Augu. in lib. de natura boni Cum audimus inqt ex deo et per ipm et in ipso esse oīa: oēs utique naturas intelligere debemus et omnia q naturaliter sunt. Nec enī ex ipso sunt peccata que naturam non seruant: sed viciant: que ex voluntate peccantium nascuntur omnia. Hinc aperte dicit qꝫ in illa generalitate locutionis bona tm̄ continentur.

¶ Quod omnia ex patre et per patrē et in patre sunt. ita et de filio: et de spūsancto est dicendu. n: licet propter psonas fiat distinctio. E

Preterea sciendum est qꝫ licet ibi indicetur distinctio personarum cum dicitur: ex ipso et per ipsum et in ipso: omnia tamen ex patre et per patrē et in patre sunt. Similiter de filio et spiritusancto accipiendum est. Unde Aug. in. i. lib. de tri. Non confuse inquit accipiendum est qđ ait apostolus ex ipso et p ipm et in ipso. Ex ipso dicens propter patrem: per ipsum propter filium. in ipso propter spiritumsanctum. Uigilanter autē attende ne quia patrem volens intelligi dixit ex ipso: sic intelligas omnia esse ex patre vt neges omnia esse ex filio vel ex spūsancto cum ex patre et per patrem et in patrē omnia esse sane dici possunt: similiter et de filio et de spūsancto dicendum est.

Augu. Rom. xi

¶ Quod non omnia que ex deo sunt etiam de ipso sunt: sz econuerso. F

Illud etiam hic annectendum est qꝫ non omnia que dicūtur esse ex deo etiam de ipso esse dici debeant. Quia vt ait Augusti. in lib. de natura boni. Non hoc significat penitus ex ipso quod de ipso. Quod ei de ipso est: potest dici esse ex ipso: sed non omne quod ex ipso est: potest dici esse de ipso: quia non est de sua substantia. Ex ipso enim sunt celū et terra: quia ipe fecit ea: non autem de ipso quia non de substantia sua. Sicut aliquis hōmo si generat filium et faciat domum: ex ipso est filius ex ipso est et domus sed filius de ipso: domus vero de terra et ligno nō de ipso.

¶ Que dicta sunt summatim colligit. G

Ex premissis apertum est qꝫ in dei cognitione siue presentia sunt omnia. s. bona et mala: sed non omnimodo sunt ibi mala quo bona: et quod in deo bona tantum sunt: sicut ex ipso: et per ipsum non mala. Et ex quo sensu hec accipienda sint assignatum est: et quod de ipso nō dicitur esse. ppriē quod aliud est ab ipso. Ex ipso autem esse dicuntur omnia que eo auctore sunt.

¶ Quibus modis dicatur deus esse in rebus. A

Et qm̄ demonstratū est ex parte quomō oīa dicā-tur esse in deo. addendum videtur hic quibus modis dicatur deus esse in rebus si tamen id humana mens vel ex parte digne valeat cogitare vel lingua sufficiat eloqui. Sciendum ergo estq̄ deus incommutabiliter semper in se existens: presentialiter: potentialiter essentialiter est in omni natura siue essentia sine sui diffinitione: et in omni loco sine circunscriptione et in omni tempore sine mutabilitate. Et preterea in sanctis spiritibus et animabus est excellentius: scilicet per gratiā inhabitans: et in homine christo excellentissime: in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat vt ait Apostolus In eo enim deus habitauit: non per gratiam adoptionis: sed per gratiam vnionis. Ne autem ista (q2 capacitatem humane intelligentie excedunt) falsitatis arguere aliq̄d presumant sanctorum auctoritatibus muniendā mihi videtur Beat⁹ gregorius super cantica canticorum inquit. Licet deus communi modo omnibus rebus insit presentia: potentia: substantia: tamen familiariori modo per gratiam dicitur esse in illis qui mirificentiam operum dei acutius et fidelius considerant. De hoc eodem Augustinus ad Dardanum in lib. de presentia dei ait. Cum deus sit natura incorporea et incommutabiliter viua eterna stabilitate in seipso manens. totus adest de rebus omnibus et singulis totus: sed in quibus habitat habent eum pro sue capacitatis diuersitate: alij amplius: alij minus: quos ipse sibi dilectissimum templū gratia sue bonitatis edificat. Hylarius quoq̄ in. viij. libro de trini. apertissime docet deum vbiq̄ esse. Deus inquit immense virtutis viuens potestas que nusq̄ non adsit: non desit vsq̄: se omnē per sua edocet vt vbi sua sint ipse esse intelligat. Non autem corporali mō cum alicubi sit: nō etiā vbiq̄ esse credatur cum et in omnibus esse non desinat. Amb. in primo lib de spiritusancto. Spm̄sanctum probat non esse creaturam: quia vbiq̄ est. quod est proprium diuinitatis: ita dicens. Cum omnis creatura certis nature sue sit circumscripta limitibus quomodo quis audeat creaturā appellare spm̄sanctum qui non habet circunscriptam determinatamq̄ virtutem que et in omnibus et vbiq̄ semper est: quod vtiq̄ diuinitatis et dominationis est proprium. Idem in eodem. Domini est omnia complere qui dicit. Celum et terram ego compleo. Si ergo dominus est qui celum cōplet et terram; quis ergo potest spm̄sanctum iudicare dn̄ationis et diuine potestatis exortē qui repleuit orbem? Et qd̄ plus est repleuit et Iesum toti⁹ mūdi redemptorem. Ex his alijs q̄ pluribus auctoritatibus aperte monstrat quod deus vbiq̄ et in om̄i creatura essentialiter: presentialr̄ et potētialr̄ est

ℭ Quod in sanctis non modo est: sed etiam habitat qui non vbiq̄ est habitat.

B

In sanctis vero etiam habitat in quibus est per gratiā:

non enim vbicunq̄ est ibi habitat: vbi vero habitat ibi est. In solis bonis habitat: qui sunt templum eius: et sedes eius. Unde per Esaiam dominus ait. Celum mihi sedes est: terra autem scabellum pedum meorū. quia in electis qui sunt celum habitat deus et regnat: qui eius voluntati deuotio obtemperant malos vero qui sunt terra iudicij districtione calcat. Unde in lib. Sapien. dicitur. Thronus sapientie anima iusti. q2 in iustis spālī⁹ estq̄ in alijs rebus in quibus tn̄ oībus totus est: quēadmodū ala (vt ait Aug. in epistola ad Hiero. de origine anime) per omnes particulas corporis tota adest simul: nec minor in minoribus nec maior in maioribus: sed

Dis. xxxvij. Q̄sio de⁹ ē i reb⁹ et locꝭ corpalib⁹. Q̄ꝫ de⁹ i oī re ē essētia potētia: sꝫ in sctis per grāꝫ et i homine et xpo p' vnionē psone.

Coll. ij. Auctorita tib⁹ esse cō firmat grego. sup cāt. lxvij. Quo ab ij. Augustin⁹ Hylarius.

Ambros⁹:

Hebre. xiij.

Sap. i.

Esa. xi.

Esa. lxvi.

Augustin⁹

tamen in aliis intensius: et in aliis remissius operatur cum in singulis particulis corporis essentialiter tota sit. Ita et deus cum sit in omnibus essentialiter ac totus: in illis tamen plenius esse dicitur quos inhabitat. i. in quibus ita est ut faciat eos templum suum: et hi tales cum eo sunt iam ex parte sed beatitudine perfecte. Mali vero et si ibi sint ubi ipse est qui nusquam deest: non tamen sunt cum eo. Unde Aug. super Jo. Non satis fuit dicere ubi ego sum et illi sint: sed addidit mecum: quia et ibi miseri possunt esse ubi et ille est qui nusquam deest. Sed beati sunt cum illo: quia non sunt beati nisi ex eo quod cum illo sunt que fruuntur eo: et vident illum sicut est. Mali vero non sunt cum illo ut ceci in luce non sunt cum luce: nec boni ita nunc sunt cum eo: ut videant per

Joan. xvij. speciem: et si sunt aliquo modo cum eo per fidem. Quomodo autem deus habitet in bonis ex illis aliquatenus intelligere valebis que supradicta sunt: cum de spiritussancti processione temporali ageretur ubi licet ex parte exponitur: ex parte enim cognoscimus: et ex parte prophetamus quomodo spiritussanctus habitet in nobis: qui non sine patre et filio inhabitat

¶ Ubi erat vel habitabat deus antequam esset creatura. C

bus et volentibus facultatē bene opādi p spm̄ſanctū per quē charitas dei diffundit in cordibus nostris: verū est quidē sed eadē regula est: et vtrūq ipsius est: q2 ipse pparat voluntatē: et vtrūq nostrū: quia nō fit nisi volētibus nobis: ergo et meritū fidei de mīa dei venit. Non ergo ppter fidē vel aliqua merita elegit deus aliquos ab eterno: vel apposuit gratiam iustifi-
Augustin⁹ cationis in tēpore sed gratuita bonitate sua elegit vt boni essent. vnde Augu. in li. de pdesti. san. Nō q2 futuros nos tales esse pſciuit ideo elegit: sed vt essemus tales per ipsam electionē gratie sue: qua gratificauit nos in dilecto filio suo.

¶ His videtur contrariū quod alibi ait Augustinus. C

Augustin⁹ His tñ aduersari vr̄ qd dicit Aug. sup Malachiā pphetā
Malach. j. vbi scriptū est. Jacob dilexi Esau aūt odio habui. Cui vult inq̄t miseret de⁹
Roma. ix. et quē vult indurat sed hec volūtas dei iniusta esse nō pōt. Uenit eñ de occultissimis meritis q2 et ipsi pctōres cū ppter gñale pctm̄ vnā massam fecerū tñ nonnulla inter eos est diuersitas. Precedit ergo aliq̄d i pctōribus: q̄ q̄uis nondū sint iustificati digni efficiant iustificatiōe. Et itē pcedit i aliīs pctōribus quo digni sunt obtusiōe. Ecce hic vr̄ Aug. dicere: q̄ et ipsa dei voluntas qua alios eligit: alios reprobat ex meritis pueniat: sed occultissimis. i. q̄ pro meritis alios voluerit eligere: alios reprobare: et quod pro meritis aliīs apponitur gratia iustificationis: aliīs non vnde obtundunt. Sed qd intelligere voluerit ignorat: nisi forte hoc dicat itellexisse qd
Pōt dici h̄ retractasse supra diximus eum retractasse. Nā ibidē etiā quedā alia continue subdit que in li. retrac. apte retractat qd vtrūq legēti patebit. Un̄ verisimile est in premissis etiā hoc retractasse. Quidā tñ ex eo sensu accipiūt fore dictū: non q2 aliq̄s predestinet p meritis vel iustificationis gratiā mereat. sed quia aliqui non adeo mali sunt vt mereant sibi gratiā nō impētiri. Nullus
Pōt tñ ex tali sensu dictum intelligi. eñ dei gratiā mereri pōt p. q̄uā iustificat: pōt tñ mereri vt non apponat vt penitus abiciat. Et quidē aliqui i tm̄ pfundū iniq̄tatis deuenerūt vt hoc mereant: vt hoc digni sint aliī vero ita viuūt vt si non mereant gratiā iustificationis: non tñ merent oīno repelli et gratiā sibi substrahi. Jdq dixit in q̄busdā pcedere quo digni sint iustificatiōe et in aliīs quo digni sint obtusione sed hoc friuolum est.

¶ Opinio quorūdā falsa de occultis dei differentium carnaliter. D

Aug. de v̄bis apli. Multi vero de isto profundo querētes reddere rōnē atq̄ sm̄ cōiecturas cordis sui inscrutabilē altitudinē iudicioɼū dei cogitare conātes in fabulas vanitatis abierunt dicētes: q̄ anime sursum i celo peccāt et sm̄ peccata sua ad corpa p meritis dirigunt et dignis sibi quasi carceribus includunt. Jerūt hi tales post cogitationes suas et volentes disputare de dei pfundo versi sunt i pfundū dicētes aīas in celo añ cōuersatas et ibi aliquid boni vel mali egisse et p meritis ad corpa terrena detrusas esse.
Roma. ix. Hoc autē respuit catholica fides ppter euidētē Apli sententiā qua ait. Cū nondū nati essent: aut aliquid boni vel mali egissent etc. Melior est ergo fidelis ignorantia q̄ temeraria sciētia. Elegit ergo eos quos voluit gratui-
Aug. in li. retracta. ta mīa: nō q2 fideles futuri erant sed vt fideles essent: eisq̄ gratiā dedit nō q2 fideles erāt: sed vt fierent. ait eñ Aplus. Miam cōsecutus sum vt fidelis essem non ait: q2 fidelis erā. Dat quidē et fideli: sed data est etiā prius vt esset fidelis. Ita etiā reprobauit quos voluit nō ppter futura merita q̄ pui deret. v̄itate tñ rectissima et a nostris sensibus remota.

¶ Questio. E

Sed queritur vtrū sicut dicitur, elegisse quosdam vt boni fierēt et fideles ita etiā concedi debeat reprobasse quosdā vt mali essent et infideles et obdurare vt peccēt: qđ nullatenus cōcedi oportet. Non eñ reprobatio ita est cā mali sicut pdestinatio cā boni: neqȝ obduratio ita facit hominē malū quēadmodū misericordia facit bonum.

Responsio

¶ An ea q̄ semel scit deus vel prescit semp sciat et presciat et semper scierit vel prescierit. F

Preterea cōsiderari opȝ: vtrū ea oīa q̄ semel scit vel pscit de⁹ semp sciat et scierit: ac presciat et pscierit: an olim scierit vel pscient qđ modo non scit vel pscit. De pscientia primo respondemus ducētes multa eū prescisse q̄ mō non prescit. Cū eñ eius pscientia non sit nisi de futuris: ex quo illa q̄ futura erant psentia fiunt vel ptereunt: sub dei psciētia esse desinūt: sub scientia vero semp sunt. Presciuit ergo deus oīa ab eterno q̄ futura erāt neqȝ prescire desinit nisi cum futura esse desinūt. Neqȝ cū prescire desinit aliqua que ante psciebat minus ea noscit q̄ȝ ante cognoscebat. Non eñ dicit ex defectu sciētie dei q̄ aliqua pscierit aliqñ q̄ mō non presciat sed ex rōne verbi qđ est pscientia. Prescire eñ est añ scire aliqđ q̄ȝ fiat. Ideoqȝ nō pōt dici deus pscire: nisi ea que futura sunt.

De pscia p̄ius rndet dices deū nō semp pscire q̄ olim pscuit.

¶ Hic de scia dicēs deū semp scire, q̄ semel scit. G

De sciētia aūt aliter dicim⁹ Scit eñ deus semp oīa q̄ aliquando scit omnē enim scientiā quā aliquando habet semper habuit et hȝ et habebit. Ad hoc aūt opponit ita. Olim sciuit hunc hominē nasciturū q̄ natus est modo non scit eum nasciturū. Sciuit ergo aliqđ qđ mō non scit. Item sciuit mundū esse creandū: modo non scit eū esse creandū. aliquid ergo sciuit quod modo non scit: et alia huiusmodi infinita dici possunt. Sed ad hoc dicimus q̄ idem de natiuitate huius hominis et mundi creatione nunc etiam scit quod sciebat anteq̄ȝ fierent: licet tunc et nunc hanc scientiam eius diuersis exprimi verbis oportet. Nam quod tunc futurū erat: nunc preteritum est. Ideoqȝ verba cōmutanda sunt ad ipsum designandū. Sicut diuersis temporibus loquentes eandē diem modo per hoc aduerbium cras designamus dū adhuc futura est: modo p hodie dū presens est: modo p heri dum preterita est. Itaqȝ anteq̄ȝ crearetur mundus sciebat deus hunc creandum: postq̄ȝ creatus est: scit eum creatū: nec est hoc scire diuersa: sed omnino idem de creatione mundi. Sicut antiqui patres crediderunt christū nasciturum et moriturum nos autem credimus eum natum et mortuum: nec tamen diuersa credimus nos et illi sed eadē. Tpa eñ (vt ait Aug.) variata sunt: et iō verba sunt mutata nō fides. Indubitāter ergo teneam⁹ deū semper oīa scire q̄ aliquando scit.

Oppositio.

Solutio.

Augustin⁹

¶ De omnipotentia dei vbi prius consideratur quare dicatur omnipotens. A

Nunc de oīpotētia dei agendū est vbi prima cōsideratio occurrit quomodo vere deus dicatur omnipotens: an quia omnia possit: an tantum quia ea possit que vult. Quod enim deus omnia possit pluribus auctoritatibus comprobatur. Ait enim Augustinus in li. q. veteris ac noue legis. Oia quidē potest deus sed nō facit nisi qđ conuenit veritati eius et iustitie. Idē i eodē. Potuit de⁹ cūcta facere simul: sȝ rō phibuit. i. volūtas. Rōnē nempe ibi volūtatem dei appel

Di. xliij. de potētia dei i cōparatione ad possibilia q̄ pōt

Augustin⁹

lauit: quia dei voluntas rationabilis est ꝛ equissima. Fatendum est ergo deum omnia posse.

¶Quō dicat deus oīa posse cū nos multa possum⁹ q̄ ipē nō pōt. B

Sed queritur quō oīa posse dicatur cum nos quedā possimus que ipse non potest. Non potest enim ambulare: loqui: ꝛ huiusmodi: que a natura diuinitatis sunt penitus aliena cum hominum instrumenta nullatenus habere queat incorporea ꝛ simplex substantia. Quibus id respondendum arbitror ꝙ huiusmodi actiones ambulatio. s. ꝛ locutio ꝛ huiusmodi a dei potentia aliene non sunt: sed ad ipsam pertinent. Lȝ enī huiusmodi actiones in se deus habere non possit, nō enī potest ambulare vel loqui ꝛ hmōi. eas tn̄ in creaturis pōt operari: facit enī vt homo ambulet: ꝛ loquatur ꝛ hmōi. Non ergo per istas actiones diuine potentie detrahit aliquid: qꝛ ꝛ hoc potest facere omnipotens.

Solutio.

¶De alijs obijcitur. C

Sed sunt alia quedā que deus nullatenus facere potest vt peccata. Non enī potest mentiri: non potest peccare: sed non ideo oīpotentie dei in aliquo detrahitur vel derogatur si peccare non posse dī: qꝛ non esset hoc potentie sed infirmitatis. Si enī hoc posset oīpotēs nō esset. Nō ergo impotentie sed potentie imputandū est ꝙ ista nō pōt. Unde Aug. in. xv. libro de tri. Magna inquit dei potentia est nō posse mentiri. Sunt enī quedam que in alijs rebus potentie deputanda sunt: in alijs vero minime: ꝛ que in alijs laudabilia sunt in alijs vero reprehensibilia sunt. Non ergo ideo deus minus potens est: quia peccare non potest cum omnipotēs nullatenus possit esse qui hoc potest.

Soluit. Augu.

¶Item de alijs opponit. D

Sunt etiam ꝛ alia quedā que deus non potest: vnde videtur non omnia posse. Non enim potest mori vel falli. Unde Augusti. in libro de simbolo. Deus omnipotens non potest mori: non potest falli: non potest miser fieri: non potest vinci. Hec vtiqꝫ ꝛ hmōi absit vt possit omnipotens: si enim huiusmodi passionibus atqꝫ defectib⁹ subijci posset: omnipotens minime foret. Et ideo monstratur omnipotens: qꝛ et hec propiquare non valent: pōt tn̄ hec in alijs operari.

¶Quod omnipotentia dei ƒm duo consideratur. E

Hic ergo diligenter considerātibus omnipotentia eius ƒm duo apparet. s. quod omnia facit que vult ꝛ nihil omnino patitur ƒm vtrunqꝫ deus omnipotens verissime predicatur: qꝛ nec aliquid est quod ei ad patiendum corruptionem inferre valeat: nec aliquid ad faciendum impedimentum afferre. Manifestum est itaqꝫ deuȝ omnino nihil posse pati ꝛ omnia facere posse preter ea sola quibus ei⁹ dignitas lederetur. eiusqꝫ excellentie derogaretur. In quo tamen non est minus omnipotens. Hoc enim posse non esset posse sed non posse. Nemo ergo deum impotentem in aliquo dicere presumat: qui omnia potest que posse potentie est: et inde vere dicitur omnipotens.

¶Quibusdam auctoritatibus traditur ꝙ dicit oīno omnipotens: qꝛ potest quicquid vult. F

Et quibusdam tn̄ auctoritatibus traditur ideo vere dici

Augustin⁹ oīps qꝛ quicquid vult pōt Un̄ Aug. in enchi. Non ob aliud veraciter voca

tur ops nisi qm quicquid vult pōt nec voluntate cuiuspiā creature volun
tatis omnipotētis impeditur effectus. Idem in lib. de spū et litera: Nō pōt
deus facere iniusta: qz ipse est summa iustitia et bonitas. Ops vero est nō
qz possit omnia facere: sed qz potest efficere quicquid vult ita vt nihil va-
leat eius voluntati resistere quin compleatur aut aliquo modo impedire Jo. Chry.
eandem Joh. Cryso. in Omel. quadam de expositione simboli ait. Omps ps. cxiij.
dicitur deus: qz posse illius non potest inueniri non posse: dicente prophe Roman. ix
ta. Omnia quecunqz voluit fecit. Ipse est ergo omnipotens vt totuz quod
vult possit. Unde apls. Eius inquit voluntati quis resistit. His auctorita
tibus videtur ostendi qd deus ex eo tantum dicat ops qz omnia potest: q̄
vult: non quia omnia possit.

¶ Determinatio auctoritatū premissarum G Quō intel

Sed ad hoc potest dici qz Aug. vbi dicit. Omnipotēs nō ligendum
dicitur qz omnia possit etc. tam ample et generaliter accepit omnia vt etiā sit q̄cquid
mala includeret que deus non potest nec vult. Non ergo negauit eū posse vult.
omnia que conuenit ei posse. Similiter cum dicit: non ob aliud veraciter
dicitur omnipotens: nisi quoniam quicquid vult potest: non negat eū pos
se etiā ea que non vult: sed aduersus illos qui dicebant deuz multa: velle
que non poterat affirmat eum posse quicquid vult: et ex eo vere dici oīpo
tentem nō ob aliud qz pōt quicquid vult. Sed caue quomodo intelligas
potest quicquid vult. An quicquid vult se posse: an quicquid vult facere
an quicquid vult fieri. Si enī dicas ideo omnipotentē vocari qz potest q̄c
quid vult se posse. ergo et petrus similiter oīpotens dici potest: vel quilibz
sanctorum beatorum qz potest quicquid vult se posse et potest facere quic
quid vult se facere. Non enī vult facere nisi quod facit: nec posse nisi quod
potest: sed pōt facere quicquid vult fieri. Uult enī saluos fieri qui saluan
di sunt: veruntamen eos saluare non valet. Deus aūt quicquid vult fieri
potest facere. Si enī vult aliquid fieri per se: potest illud facere per se: et p
se facit: sicut celum et terram per se fecit quia voluit. Si autem vult fieri p
creaturam: et per eā operatur sicut per hoīes facit domos et huiusmodi ar
tificialia: et deus quidem ex se et per se potest. Homo aūt vel angelus q̄ntū
cunqz beatus est non est potens ex se vel per se

¶ Oppositio. H

Sz forte dices nec dei filius potest a se nec spūssanctus sz
solus pater. Ille enī potest a se qui est a se: filius autem quia non est a se:
sed a patre: non potest a se sed a patre: et spiritussanctus ab vtroqz. Ad qd
dicimus quia licet filius non possit a se: nec operetur a se: potest tamen et Solutio.
operatur per se: sic et spiritussanctus. Unde Hylarius in li. ix. de trinitate. Hylarius.
Nature inquit cui contradicis heretice hec vnitas est vt ita per se agat fi-
lius: ne a se agat et ita non a se agit vt per se agat. Per se autem dicit age-
re et potens esse qz naturalem habet potentiam eandez quam et pater qua
potens est: et operatur: sed quia illam habet a patre non a se: ideo a patre
non a se dicitur posse et agere. Homo autem vel angelus gratuitam habet Hic plene
potentiam qua potens est. Ideo ergo vere ac proprie deus trinitas omni ostēdit q̄re
potens dicitur qz per se. i. naturali potentia potest quicquid vult fieri: et q̄c deus ops di
quid vult se posse. Nihil enī vult fieri quod non possit facere per se vel per catur.
creaturas et nihil vult se posse qd nō possit: et oē qd vult fieri vult se posse:
sed non omne qd vult se posse vult fieri. Si enī vellet fieret: quia volunta-
ti eius nihil resistere possit.

Dist. xliij.

De potentia dei ipa tiõe ad quantitatẽ ostẽdẽs eius immẽsitatẽ siue q̃tũ de⁹ possit.

¶ Opinio quorũdã dicẽtiũ deũ nihil posse nisi quod facit. A

Quidam tñ de suo sensu gloriantes dei oĩpotẽtiã sub mensura coartari conati sunt. Cũ em̃ dicunt: hucusq3 potest deus ⁊ non amplius: quid hoc est aliud q̃3 eius potentiam que infinita est concludere ⁊ restringere ad mensuram? Aiunt enim non potest deus aliud facere q̃3 facit: nec melius facere id quod facit: nec aliquid pretermittere de his q̃ facit. Istãq3 primã suã opinionẽ verisimilibus argumentis causisq3 commenticiis necnon ⁊ sacrarum auctoritatũ testimoniis munire conantur dicentes. Non potest deus facere nisi qđ bonum ⁊ iustum est fieri: non est autem iustum ⁊ bonũ fieri ab eo nisi qđ facit. Si em̃ aliđ iustũ est ⁊ bonũ eũ facere q̃3 facit: nõ ergo facit omne quod iustum est ⁊ bonum est facere sed quis audeat hoc dicere.

¶ Secunda ratio. B

Addunt etiã non põt facere nisi qđ iustitia eius exigit s3 non exigit eius iustitia vt faciat nisi quod facit: non ergo potest facere nisi quod facit. Eadẽq3 iustitia exigit vt id non faciat quod non facit. nõ autem potest facere contra iustitiam suam. non ergo potest aliquid eorũ facere que dimittit.

¶ Responsio ad prius dictum. C

His aũt respondemus duplicẽ verborum intelligentiam aperientes ⁊ ab eis inuoluta euoluentes sic. Non põt deus facere nisi qđ bonũ ⁊ iustũ est. i. non potest facere nisi illud quod si faceret bonum ⁊ iustum esset: verum est: sed multa põt facere que non bona sunt nec iusta: q2 nec sunt nec erunt: nec bene fiunt nec fient: q2 nunq̃3 fient. Itẽ qđ secundo p̄positum fuit: non potest facere nisi quod iustitia sua exigit: ⁊ non potest id facere quod iustitia sua exigit vt non fiat. Dicimus quia exactionis verbũ de deo congrue nõ dr: nec proprie accipit̃ ⁊ in illis locutionibus duplex est sensus. Si em̃ intelligas nõ potest facere nisi quod iustitia sua exigit. i. nisi quod voluntas sua iusta vult falsum dicis. Iustitia em̃ ipsius dei equissima voluntas accipitur qualr̃ accipit Aug. illa verba dñi in Gene. loquentis ad loth. (Nõ possũ quicq̃3 facere donec illo introeas) Exponẽs non posse inquit se dixit: qđ sine dubio poterat per potentiã: sed non poterat per iustitiam quasi poterat quidẽ: sed nõ volebat: ⁊ illa voluntas iusta erat. Si vo per hec verba intelligis eum nõ posse facere nisi illud qđ si fieret iustitie eius conueniret verum dicis. Silr̃ distingue illud. Non potest facere quod iustitia sua exigit vt non faciat. i. non potest facere id qđ ipse qui est summa iustitia non vult facere falsum est. Si autem his verbis intelligas eũ nõ posse facere id qđ iustitie ei⁹ ꝯuenire nõ põt verũ dicis

Resp̃sio ad id qđ scđo dictũ est

Gene. xix.

¶ Tertia illorum ratio. D

Addunt quoq3 ⁊ alia dicentes. Nõ potest deus facere nisi quod debet: nõ aũt debet facere nisi quod facit. Si em̃ debet alia facere non ergo facit omne quod debet. Si vero facit omne quod debet: nec põt facere nisi quod debet. non ergo potest facere nisi quod facit. Item aut debet dimittere quod dimittit ne faciat: aut nõ debet. Si nõ debet: nõ recte dimittit. Si vero debet dimittere: ergo non d3 facere. Si aũt non d3 nec decet: nõ oportet eũ facere: ⁊ si nõ decet nec oportet eũ facere. ergo nõ põt facere: nõ ergo põt facere nisi qđ facit: nec pot illud dimittere qđ facit q̃n faciat q2 debet illud facere ⁊ qđ d3 facere non põt illud dimittere. S3 vt mi-

h i videtur hoc verbũ debet venenũ hȝ. Multiplicẽ eñi ⁊ inuolutã continet intelligentiã: nec d eo pꝓprie competit q̃ non est debitoꝛ nobis nisi forte ex pmisso. Nos vero et debitores sumus ex cõmisso. Ut aũt venenũ euacue tur distingue verbi sensum. Nõ põt deus facere nisi quod dȝ. i. nisi qđ vult falsum est. Sic eñi põt ip se dici debere aliquid qꝛ vult illud. Si aũt dicaꝛ nõ põt nisi qđ debet. i. nõ põt nisi illud qđ si faceret ei bene conueniret ve-rum est. Addunt quoq; illi dicentes nihil fa. it aut dimittit nisi optima et rationabili cã: lȝ nobis occulta sit: fm quã oportet eũ facere ac dimittere que facit: vel dimittit. Rõ eñi penes eum est q̃ facit illa ⁊ illa dimittit: q̃ rõ eterna est ⁊ semper manens pꝛeter quã nõ potest aliquid facere vel dimit tere: illa ergo manente nõ põt qđ facit dimittere: nec qđ dimittit facere: et ita non põt facere nisi quod facit. Et ad hoc rñdemus ambiguitatem locu tionis determinantes. Cũ eñi dicitur rõ vel cã optima penes deũ est qua fa-cit cũcta q̃ facit ⁊ dimittit ea que dimittit: verũ q̃dẽ est: qꝛ in eo voluntas est equissima ⁊ rectissima qua facit ⁊ dimittit que vult contra quã facere non põt: nec pꝛeter eam facere potest. Nec vtiq; contra eam faceret: nec pꝛe ter eam si ea que facit dimitteret vel que dimittit faceret: sed eadẽ manen te rõne ⁊ cã alia potuit. . facere ⁊ ista dimittere. Licet ergo ratio sit penes eũ qua alia facit ⁊ alia dimittit: põt tñ fm eadẽ rõnẽ ⁊ dimittere q̃ facit ⁊ facere q̃ dimittit. Ipsi etiã addunt. ratio est eum facere que facit ⁊ nõ alia ⁊ non potest facere nisi quod ratio est eum facere ⁊ ita non potest facere ni si quod facit. Item ratio est eum dimittere que dimittit ⁊ non potest non dimittere quod ratio est euȝ dimittere: ⁊ ita non potest nõ dimittere qđ di mittit. Et ad hoc dicimus locutiones ambiguas esse: ⁊ ideo determinan-das. Si enim cum dicitur non potest facere nisi quod ratio est eum facere: intelligas eum non posse facere nisi ea que rationabilia sunt: ⁊ ea que si fierent rationabilia essent: verus est sensus. Si autem intelligas eum non posse facere alia rationabilia ⁊ bona: nisi ea que vult ⁊ facit: falsus est itel lectus. Item aliud adiungunt dicentes. Si põt deus aliud facere quam facit: põt ergo facere qđ non pꝛesciuit: ⁊ si potest facere quod non pꝛesciuit potest sine pꝛesciẽtia operari: quia omne quod facturum se pꝛesciuit facit rõ. nec facit aliquid quod non pꝛesciuit. Qđ si pꝛeter sciam eius aliquid fie-ri impossibile est oẽ ergo qđ pꝛescitũ est fieri necesse est ergo aliud fieri q̃ã fit nulla ratione possibile est ergo nõ põt a deo fieri nisi quod fit. Hec aũt questio de pꝛescientia facile determinari põt per ea que supeꝛ dicta sunt cum de pꝛescientia ageretur.

Quarta r̃o

Responsio

Adhuc ad dũt qõnem

Alia illoꝝ

Hec qđ exp dict̃ facile deẽminaꝛ.

¶ Authoꝛitatibus vtunt in assertionẽ sue opinionis. E

His autem illi scrutatores qui defecerunt scrutãtes scru tinio sctõꝝ annectũt testimonia. Dicit eñi Aug. in li. de simbolo. hoc solũ nõ põt deꝰ qđ nõ vult: per qđ vr̃ nõ posse facere aliquid nisi qđ vult: ſȝ non vult nisi qđ facit: ⁊ ita vr̃ nõ posse nisi qđ facit. Illud aũt ita intelligẽdum est. Id solũ nõ põt deꝰ qđ nõ vult. s. se posse. Idẽ in. vij. li. cõfes. ad deũ lo-quẽs ait. Nec cogeris inuitꝰ ad aliq̃d qꝛ volũtas tua nõ est maioꝛ q̃ pot tia: esset aũt maioꝛ si teipso tuipse maioꝛ esses. Ex hoc videṫ q deꝰ nõ pos-sit plura q̃ vult: sicut nõ vult plura q̃ põt. Sicut eñi voluntas non est ma ioꝛ potentia: ita nec potentia maioꝛ est voluntate. Ideoq; sicut plura non vult q̃ potest: ita eũ nõ plura posse q̃ velle dicunt. Sȝ ad hoc dicimus qꝛ nec volũtas potẽtia: nec potẽtia volũtate maioꝛ est: qꝛ vna ⁊ eadẽ res est potentia ⁊ voluntas. scilicet ipse deus qui esset maioꝛ seipso: si voluntas maioꝛ esset potentia vel potentia voluntate. Nec hac authoꝛitate negatur

Augustinꝰ

Quõ itelli gẽda sit au thoꝛitas.

Auctoritatib⁹ confirmat deum plura facit facere posse.

Mat. xxix.

August. in enchi.

deū plura posse q̄ velle: q2 plura sunt subiecta eius potentie q̄ voluntati. Fateamur itaq3 deum plura posse facere que non vult et posse dimittere q̄ facit. Qđ vt certius firmiusq3 teneatur scripture testimonijs asseram⁹ deū plura posse facere q̄ facit. Ueritas ipsa s̄m Mat. ait. An putas q2 nō possum rogare patrē meum ⁊ exhibebit mihi modo plusq̄. xij. legiones angelorum. Ex quib⁹ verbis patenter innuitur q2 ⁊ fili⁹ poterat rogare qđ non rogabat ⁊ pater exhibere qđ non exhibebat. Uterq3 ergo poterat facere qđ non faciebat Augu. etiam in ench. ait. Oīpotentis voluntas multa pōt facere q̄ non vult nec facit. potuit em̄ facere vt. xij. legiones angelorū pugnarent contra illos q̄ xp̄m ceperunt. Item in eodem. Cur apud quosdam non facte sunt virtutes que si facte fuissent egissent illi hoīes penitentiā: et facte sunt apud eos qui non erāt credituri: tūc nō latebit qđ non latet. Nec vtiq3 iniuste de⁹ noluit saluos fieri: cū possent salui esse si vellent. Tunc in clarissima sapiētie luce videbit: qđ nūc piorū fides habet anteq̄ manifesta cognitiōe videatur q̄ certa immutabilis ⁊ efficacissima sit volūtas dei q̄ multa possit ⁊ nō velit. Nihil aūt qđ non possit velit. Idē in lib. de natura ⁊ gratia. Dñs lazarū suscitauit in corpore. Nunqđ dicendū est: non potuit Judam suscitare in mēte. Potuit quidem sed noluit. His auctoritatibus alijsq3 multis aperte docetur q̄ de⁹ multa possit facere q̄ non vult qđ

Joh. xix.

Quod sine mutabilitate potentie vel volūtatis p̄t de⁹ ⁊ alia velle ⁊ alia facere q̄ q̄ vult vel facit.

etiā ratiōe probari pōt. Non enim vult de⁹ oēs homines iustificare: et tamen quis dubitat eū posse. Pōt ergo de⁹ aliud facere q̄ facit et tñ si aliud faceret alius ipse nō esset. Et potest aliud velle q̄ vult: et tamen ei⁹ voluntas nec alia nec noua: nec mutabilis aliquo modo potest esse. Qđ et si possit velle quod nūq̄ voluit: nec tamen nouiter nec noua voluntate: sed sempiterna tantum volūtate velle potest. potest enim velle quod ab eterno potest voluisse: habet enim potentiam volendi et nūc ⁊ ab eterno. quod tamē nec modo vult nec ab eterno voluit.

Dist. xliiij.

De potentia dei i cōparatione ad modū seu qualitatē rerū.

Illi dicūt non posse. Augusti.

¶ An deus possit facere aliquid melius q̄ facit. A

Nunc illud restat discutiēdum: vtrum melius aliquid possit facere q̄ facit: Solēt em̄ illi scrutatores dicere q̄ ea que facit deus non potest meliora facere: quia si posset facere et non faceret. inuidus esset et non summe bonus. Et hoc ex simili astruere conātur: ait enim Augu. in lib. octuagesimotertio. q. Deus quem genuit q̄m meliorē se generare non potuit (nihil em̄ deo melius) gñare debuit equalē. Si em̄ voluit et nō potuit: infirmus est. Si potuit ⁊ noluit: inuidus. Ex quo cōfirmatur equalem genuisse filiū. A simili volūt dicere: q̄ si potest deus rem meliorem facere q̄ facit: inuidus est. Sed non valet huius similitudinis inductio: quia filium genuit de substantia sua. Ideoq3 si posset gignere equalem et non gigneret: inuidus esset: alia vero que nō de substantia sua facit: meliora facere potest.

¶ Questio qua illi artantur. B

Uerum hic ab eis responderi deposco: cur dicunt rem aliquam siue etiam rerū vniuersitatē in qua maior cōsummatio expressa est non posse esse meliorē q̄ est: siue ideo q2 summe bona est: ita vt nulla omnino boni pfectio ei desit siue ideo: q2 maius bonum quod ei deest capere ipsa nō valeat. Sed si ita summe bonū dicitur: vt nulla ei pfectio boni desit iam creatura creatori equatur. Si vero ideo nō pōt melior esse: q2 bonū amplius quod ei deest capere ipsa non valet iam hoc ipsum non posse defectionis est: non cōsummationis: et potest esse melior si fiat capax melio-

ris boni: quod ipse potest qui etiã fecit. Potest ergo deus meliorem rẽ facere quam facit. Unde Augustinus super Gen. Talem potuit deus hoiez fecisse qui nec peccare posset nec vellet: et si talem fecisset quis dubitat eum meliorem fuisse? Ex predictis constat quod potest deus et alia facere quam facit: et quam facit meliora ea facere quam facit.

¶ Utrum alio vel meliori modo possit facere quam facit. C

Respõsio.

Post hec considerandum est vtrum alio modo vel meliori quam facit possit ea facere quam facit? Si modus operatiõis ad sapientiã opificis referatur: nec alius: nec melior modus esse põt. Non eñ põt facere aliquid aliter vel melius quam facit. i. alia sapiẽtia vel maiori sapiẽtia. Nihil eñ sapiẽtius põt facere quam facit. Si vero referatur modus ad rẽ ipsam quam facit deus: dicimus quia et alius et melior põt esse modus. Et secundũ hoc cõcedi põt: quia ea que facit põt facere melius et aliter quam facit: quia potest quibusdam meliorem modũ existẽdi prestare et quibusdã aliũ. vnde Aug. in. xiij. lib. de trini. dicit quod fuit et alius modus nostre liberationis possibilis deo qui oĩa põt: sed nullus alius nostre miserie sanãde fuit cõuenientior. Potest ergo deus eorum que facit quedã alio modo meliori quedã alio modo eque bono: quedam etiam minus bono facere quam facit: vt tamen modus referatur ad qualitatem operis. i. creature. non ad sapientiam creatoris.

Augusti.

¶ Utrum deus semper possit omne quod olim potuit. D

Preterea queri solet vtrum deus semper possit omne quod olim potuit. Quod quibusdã videtur dicentibus: potuit deus incarnari et potuit mori: et resurgere: et alia huiusmodi: que modo nõ põt. Potuit ergo quod modo nõ põt. et ita habuit potẽtiã quã modo nõ habet: vñ videtur potẽtia eius imminuta. Ad quod dicimus: quia sicut oĩa semp scit que aliquando sciuit: et semp vult quod aliquando voluit: nec vnquam aliquã scientiã amittit vel volũtatẽ mutat quã habuit. ita oĩa semp potest que aliquando potuit: nec vnquam aliqua potẽtia sua priuatur. Nõ est ergo priuatus potẽtia incarnãdi vel resurgẽdi: licet non possit modo incarnari vel resurgere. Sicut eñ potuit olim incarnari: ita et põt mõ incarnatus esse: in quo eiusdẽ rei potẽtia mõstratur. Ut eñ olim sciuit se resurrecturũ: et modo scit se resurrexisse. Nec est alia scientia illud olim sciuisse: et hoc modo scire: sed eadẽ oĩno. et sicut voluit olim resurgere: et modo resurrexisse: in quo vnius rei volũtas exprimitur. Ita potuit olim nasci et resurgere: et modo ipse potest natus fuisse et resurrexisse et est eiusdem rei potẽtia. Si eñ posset modo nasci et resurgere: nõ esset idẽ posse. Uerba eñ diuersorum tẽporum diuersis prolata tẽporibus et diuersis adiũcta aduerbijs eũdẽ faciunt sensum: vt modo loquentes dicimus. iste potest legere hodie: cras autẽ dicamus: iste potest legisse vel potuit legere heri: vbique vnius rei mõstratur potentia. Si autem diuersis tẽporibus loquẽtes eiusdẽ tẽporis verbis et aduerbijs vtamur dicẽtes hodie: iste potest legere hodie et dicẽtes cras: iste põt hodie legere: nõ idẽ sed diuersa dicimus eũ posse. Fateamur ergo deũ semper posse quicquid semel potuit. i. habere omnẽ illã potẽtiam quã semel habuit: et illius oĩs rei potẽtiã cuius semel habuit: sed nõ semp posse facere omne illud quod aliquando potuit facere: potest quidem facere aut fecisse quod aliquãdo potuit. Similiter quicquid voluit et vult id est omnem quam habuit voluntatem et modo habet: et cuiuscunque rei voluntatem habuit: et modo habet: non tamen vult esse vel fieri omne quod aliquando voluit esse vel fieri: sed vult fuisse vel factum esse. Ita et de scientia dei dicendum est.

Nota quod hic cõiter magistri nõ tenentur: vt habes retro in erroribus.

¶De voluntate dei que essentia dei est vna et eterna et de signis eius.

Dist.xlv. De q̄ddi-tate volun-tatis dei.

Iam de volūtate dei aliquid pro sensus nostri im
becillitate dicendum est. Sciendū est ergo: quia volūtas siue vo
lēs de deo fm essentiā dicit. Non est enim ei aliud velle et aliud
esse: sed omnino idem. Et sicut idem est ei esse bonū qd̄ esse deum:
ita idem est ei esse volentem quod esse deum. Nam voluntas qua semp vo
lens est non affectus vel motus est qui in deum cadere non valet: sed diui-
na vsia qua volens est deus et huiusmodi. A

¶Quod licet idem sit deo velle quod esse non tamen potest dici deus esse omnia que vult.

Obiectio quorūdā.

Et licet idē sit deo velle quod esse: nō tamē dicendū est deū B
esse oīa q̄ vult: qd̄ q̄dā de dei voluntate nō recte sentientes nobis obijciūt
dicētes. Si idem est deo velle quod esse: ergo cum dicimus deum velle oīa
q̄ facit dicimus eum esse oīa q̄ facit. alioquin non ibi illo verbo idē signifi
catur qd̄ significatur hoc verbo esse cū de deo dr̄. Et si ita est: nō semper dr̄

Rn̄sio ple-nā cōtinēs solutionē.

de deo velle fm essentiā. Si vero fm essentiam non dicitur aliquādo: quo-
modo ergo dicitur de deo? Relatiue enim nunq̄ dicitur Ad quod dicim⁹:
q² licet idē penitus sit deo velle quod esse: non tamen potest dici omnia q̄
vult sicut idem est deo esse quod scire: nec tamen sicut dicitur scire omnia
ita quoq̄ potest dici esse omnia.

¶Quis sit sensus horū verbor̄ deus scit vel de⁹ vult Itē de⁹ scit omnia vel vult aliquid: et quid de deo in his predicetur.

Et vbicunq̄ deus dicitur scire vel sciens: vel velle vel vo- C
lēs: hec de deo fm essentiam dicūtur. Cū enim dicitur d è⁹ scit vel de⁹ vult:
siue de⁹ est sciēs vel volens essentia diuina predicatur: et deus esse enūcia
tur. Cum aūt additur oīa vel aliq̄d vel aliqua: et dicitur deus scit oīa vel
vult aliquid vel aliqua: essentia quidem diuina predicatur non simplici
ter et absolute: sed ita vt scientie que ipse est omnia subiecta monstrētur:
et voluntati que ipsa eadem est aliquid vt aliqua subiecta esse dicantur:
vt talis fiat sensus: deus scit omnia. id est deus est cuius scientie que ipsi⁹
essentia est omnia subiecta sunt. Similiter deus vult hec vel illa. id est de⁹
est cuius voluntati que ipse est hec siue illa subiecta sunt. Volens ergo si-
ue velle dicitur deus secundū essentiam: cuius voluntas essentia est sempi
terna et inmutabilis: licet ea varientur et transeant: que ei subiecta sunt.
que non potest esse iniusta vel mala: quia deus est.

¶Quod dei volūtas summe bona causa est omnium que naturaliter sunt: cuius causa non est querenda: quia nullā habet cum sit eterna.

Hic dicit q̄re ei⁹ cau-sa q̄renda non est.

Hec itaq̄ summe bona voluntas causa est omniū que na D
turaliter fiunt vel facta siue futura sunt: que nulla preuenta est causa: q²
eterna est. Ideoq̄ causa ipsius querenda non est. Qui enim eius causam
querit aliquid maius ea querit: cum nihil ea maius sit. Unde Augusti.

Augusti.

in libro. lxxxiij. q. Qui querit quare voluerit deus mūdum facere: causam
querit voluntatis dei. Omnis autem causa efficiens maior est eo qd̄ effi-
citur. Nihil autem maius est voluntate dei. Non ergo eius causa queren-
da est. Idem in libro contra manicheos. Si qui dixerint quid placuit deo

facere celum et terram? Respondendum est eis qui voluntatem dei nosse desiderant causas et voluntatem dei scire querunt ꝙ voluntas dei omniũ que sunt ipsa sit causa. Si enim habet causam voluntas: est aliq̇d quod antecedat voluntatem dei: quod nephas est credere. Qui ergo dicit: quare fecit deus celum et terram? Respondendum est illi: quia vult. Volũtas em̄ dei causa est celi et terre: et ideo maior est voluntas dei ꝗ̄ celum et terra. Qui autem dicit: quare voluit facere celum et terraꝫ? maius aliquid querit ꝗ̄ est voluntas dei nihil autem maius inueniri potest. Compescat se ergo humana temeritas: et id quod non est non querat ne id quod est nō inueniat. Ecce his auctoritatibus aperte insinuatur ꝙ voluntatis dei causa nulla est et ideo querenda non est.

¶ Qđ volũtas dei prima et summa causa est omnium. E

Voluntas ergo dei (vt ait Augusti. in tertio li. de trini.) Augusti.
prima et summa causa est omnium specierum atqꝫ motionum. Nihil enim fit quod non de interiori atqꝫ intelligibili aula summi imperatoris egrediatur sm̄ ineffabilem iustitiam. Ubi enim non operatur quod vult dei omnipotentis sapientia? que pertingit a fine vsqꝫ ad fineꝫ fortiter ⁊ disponit omnia suauiter; et non solum facit ea que perseuerantia cõsuetudinis admirationem non admittunt: sed etiam ea que propter raritatem ⁊ insolitũ euentum mira videntur: vt sunt defectus luminarium ⁊ terremotus ⁊ mõstruosi animantium partus et his similia: quorum nihil fit sine volũtate dei: sed plerisqꝫ non apparet. Ideoqꝫ placuit vanitati philosophorũ etiam causis alijs ea attribuere cum omnino videre non possent superiorem ceteris omnibus causam id est voluntatem dei. Itaqꝫ non nisi dei voluntas causa prima est sanitatis: egritudinis: premiorum atqꝫ penarum: gratiarũ ⁊ retributionum. Hec ergo sola est vnde ortum est quicquid est: et ipsa non est orta sed eterna. Que hec et ppe dr dei voluntas et ea dr beneplacitum

¶ Quibus modis accipitur voluntas. F

Hic non est pretereundum nobis ꝙ sacra scriptura de voluntate dei varijs modis loqui consueuit et tamen non est dei voluntas diuersa: sed locutio diuersa est de volũtati: q; nomina voluntatis diuersa accipit. Nam volũtas dei vere ac proprie dicitur q̄ in ipso est et ipsius essentia est ⁊ hec vna est: nec multiplicitatē recipit: nec mutabilitatē q̄ inexpleta esse nō potest: de qua propheta ait. Omnia quecũqꝫ voluit dñs fecit. Et Psal.cxiij.
Apls. Voluntati eius quis resistet? Et alibi. Ut probetis que sit voluntas Rom.ix.
dei bona ⁊ beneplacens ⁊ perfecta. Et hec voluntas recte appellatur bene Rom.xij.
placitum dei siue dispositio.

¶ Quod sm̄ figuram dicitur volũtas dei preceptio: prohibitio: consilium: permissio: operatio: et ideo pluraliter dicit scriptura voluntates. G

Aliqñ vero scd̓m quandam figuram dicendi volũtas dei vocatur: qđ sm̄ proprietatē nō est voluntas eius: vt preceptio: prohibitio: consiliũ necnō permissio ⁊ operatio. Ideoqꝫ pluraliter aliqñ scriptura volũ Psal.cx.
tates dei pnũciat. Uñ ppheta. Magna opa dñi exquisita in oēs volũtates eius: cũ non sit nisi vna volũtas dei q̄ ipse est pluraliter tamē dicit voluntates: quia voluntas dei varijs modis ac pro diuersis accipitur: vt dictũ ps.lxxxviij.
est. Ita etiam idem propheta propter multos effectus mie ⁊ iustitie plura Psal.xviij.
liter dicit. Misericordias dñi in eternuꝫ cantabo. Et alibi. Iustitie domini

recte letificantes corda: cum tantum in deo vna sit misericordia: vna iusticia: et vna eademque sit misericordia: que iustitia scilicet diuina vsia.

¶ Quare preceptio et prohibitio et consilium dicantur dei volūtas. h

Ideo autem preceptio et prohibitio atque concilium cū sint tria. dicitur tamen vnūquodque eorum dei voluntas quia ista sunt signa diuine voluntatis quemadmodum et signa ire dicūtur ira: et dilectionis signa dilectio appellantur: et dicitur iratus deus et tamen non est ira in eo aliqua sed signa tantum que foris sunt quibus iratus ostēditur ira ipsius nominatur. Et est figura dicendi scḋm quā non est falsum qḋ dicitur: sed verū qḋ dicitur sub tropi nubilo obumbratur. Et secundum hos tropos diuerse voluntates dei dicuntur. quia diuersa sunt illa q̄ per tropū volūtas dei dicunt.

¶ Ubi voluntas dei pro precepto et consilio accipiatur. i

Watth.vi. Pro precepto dei atque consilio potest accipi voluntas vt ibi. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Et alibi. Qui facit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse frater meus et soror et mater est. Et cōtra hāc

Augustin9 voluntatem multa fiunt. Unde Augustinus in libro de spiritu et litera. Infideles inquit cōtra voluntatem dei faciunt: cum eius euangelio nō credūt.

¶ Qḋ deus non vult ab hominibus fieri omnia que precepit: vel nō fieri que prohibet. k

Et si illa tria dicantur dei voluntas ideo quia signa sunt di-

Gen.xxiij. uine voluntatis: non est tamen intelligendum deum omne illud fieri velle qḋ cuicūque precepit: vel non fieri qḋ prohibuit. Precepit enim Abrae immolare filium: nec tamen voluit: nec ideo precepit vt id fieret: sed vt Abrahe probaretur fides. Et in euangelio prohibuit sanato ne cui diceret: ille autem

War.i. barretur fides. Et in euangelio prohibuit sanato ne cui diceret: ille autem predicauit vbique intelligens deum non ideo prohibuisse quin vellet opus suū predicari: sed vt daret formam homini laudem humanam declinandi.

¶ De permissione et operatione vbi dicant dei voluntas. l

Augustin9 Permissio quoque dei et operatio voluntas dei appellantur: qualiter accipit Aug. in Ench. dicens. Non fit aliquid nisi omnipotēs fieri velit: vel sinendo vt fiat: vel ipse faciendo. Nec dubitandum est deum facere bene etiam sinendo fieri quecūque fiunt male: non enim hec nisi iusto iudicio dei sinit. et profecto bonū est omne qḋ iustum est. Ecce hic manifeste habemus dei voluntatem appellari ipsius operationem vel permissionem cū dicit nō fieri aliquid nisi omnipotēs fieri velit: vbi includit et bona et mala oīa q̄ fiunt. Ideoque aperte distinguit quomodo deū velle dixerit ne eadem ratione intelligeretur velle bona et mala subdens: vel sinendo vt fiat: hoc q̄tum ad mala dicitur: vel ipse faciendo hoc q̄tum ad bona. Mala enim sinit fieri: sed non facit: bona vero ipse facit. Ideoque dixit eum velle: quia et volens mala sinit et volens bona operatur: et ob hoc permissio et operatio volūtas dei dicuntur.

¶ Quinque supra sunt proposita que dicuntur scḋm tropum: et ideo distinguat lector vbique pro quo eorum accipiatur voluntas. m

Quinque ergo suprapositia sunt que dicuntur secūdum tropum dei voluntas: quia signa sunt diuine voluntatis que vna est et immutabilis. scilicet dei beneplacitum. Ideoque diligēter distinguat lector vbi de voluntate dei scriptura commemorat iuxta quem modum accipi oporteat scilicet pro beneplacito dei: an pro aliquo signorum eius. Magna enim est

adhibenda discretio in cognitione diuine voluntatis: quia ꝛ beneplacitũ dei ꝛ voluntas eius: ꝛ signum beneplaciti eius dicitur voluntas eius. Sed beneplacitum eius eternum est: signum vero beneplaciti non: ꝛ cõsonat rerum effectibus beneplacitum ipsius: ꝛ ipsi effectus rerum ab illo nõ discordant. Fit enĩ omne qđ beneplacito vult fieri omne qđ non vult fieri, nequaq̃ fit. Non ita autem est de signis: q: precipit deus multis ea que non faciũt: ꝛ prohibet que non cauent ꝛ consulit que non implent.

¶ Illi sententie qua dictum est dei voluntatem nõ posse cassari que ipse est quedam videntur obuiare. A

Hic oritur questio. Dictum est enim in superiorib⁹ ꝛ auctoritatibus cõmunitum q̄ volũtas dei que ipse est: que beneplacitum eius vocatur cassari non potest: q: illa voluntate fecit quecũq̃ voluit in celo ꝛ in terra: cui teste apostolo nihil resistit. Queritur ergo quomodo accipiendum sit quod apostolus de domino ait. Qui vult omnes homines saluos fieri. Cum enim non omnes salui fiãt sed dãnentur videtur vtiq̃ non fieri quod deus vult fieri humana. s. voluntate impediente voluntatẽ dei. Dominus quoq̃ in euangelio impiam ciuitatem cõpellans. Quotiens inquit volui cõgregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alis ꝛ noluisti. Ita etiã hec dicuntur tanq̃ dei volũtas superata sit hominum voluntate: ꝛ infirmissimis nolendo impedientibus nõ potuerit facere potẽtissimus quod volebat. Ubi est ergo illa omnipotentia: qua in celo ꝛ in terra ẽm prophetam. Omnia quecũq̃ voluit fecit? ꝛ quomodo voluntati eius ẽm apostolum nihil resistit: si colligere filios hierusalem voluit ꝛ non fecit? hec enim predictis pluꝛimũ obuiare videntur.

Dist. xlvi. De impletiõe volũtatis dei q̃r impleatur. Psal. cxiii. Roma. ix. i. Thim. ii. Mat. xxiii. Psal. cxiii. Roma. ix.

¶ Solutio quomodo intelligendum sit illud, volui congregare et noluisti. B

Sed audiamus solutionem. ac primũ quomodo accipiendum sit illud qđ dominus ait: videamus. Non enim ex eo sensu illud dictũ est vt ait Aug. in Ench. predictã questionẽ soluens quasi dominus voluerit congregare filios hierusalem: ꝛ non sit factum qđ voluit quia ipsa noluerit: sed potius ipsa quidẽ filios suos ab ipso colligi noluit: quia tamẽ nolente filios eius collegit ipse omnes quos voluit: quia in celo ꝛ in terra non quedam voluit ꝛ fecit: quedam vero voluit ꝛ non fecit. sed omnia quecunq̃ voluit fecit: vt sit sensus. Quotiens volui cõgregare filios tuos ꝛ noluisti. id est quotquot congregaui mea voluntate semper efficaci: te nolente feci. Ecce in euidẽti positum est q̄ illa dñi verba superioribus nõ repugnãt.

August. in Ench.

¶ Quomodo intelligendum sit illud: qui vult omnes homines saluos fieri. C

Nunc videre restat quomodo etiam premissa verba Apostoli predictis non contradicant qui de deo loquens ait vult omnes homines saluos fieri. Quorum occasione verborum multi a veritate deuiauerũt dicentes deũ multa velle fieri que non fiunt. Sed non est intelligendum ea ratione illud esse dictum quasi deus velit aliquos saluari ꝛ non saluẽtur. Quis enim tam impie desipiat vt dicat deum malas hominum voluntates quas voluerit ꝛ quando voluerit ꝛ vbi voluerit in bonum non posse cõuertere. Non est vtiq̃ verum quod in Psal. dicitur quecunq̃ voluit, fecit si aliqua voluit ꝛ non fecit: ꝛ qđ est indignius ideo non fecit quoniam ne fie- Psal. cxiii.

ret quod volebat omnipotens voluntas hominis impedivit. Ideoq͡ȝ cũ au dimus ⁊ in sacris literis legimus q͞ʒ velit omnes homines saluos fieri: nõ tamen ideo debemus omnipotentissime dei voluntati aliquid derogare: sȝ ita intelligere qđ scriptum est. Uult omnes homines saluos fieri tanq͡ȝ dice retur nullum hominem saluum fieri nisi quem saluum fieri ipse voluerit non q͞ʒ nullus sit hominum nisi quem saluum fieri velit: sed q͞ʒ nullus fiat saluus nisi quem velit saluari: ⁊ ideo rogandus est vt velit: quod necesse est fieri si voluerit. Non est enim credendus omnipotens aliquid voluisse fieri qđ factum non sit. Sic etiam intelligitur illud. Illuminat omnem ho minem venientem in hunc mũdum: nõ quia nullus hominũ est qui nõ il luminetur: sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Potest ⁊ alio modo il lud intelligi dum tamen credere cogamur omnipotentem aliquid fieri voluisse factũq͡ȝ non esse qui sine vllis ambiguitatibus sicut in celo ⁊ in ter ra sicut veritas cantat omnia quecũq͡ȝ voluit fecit: profecto facere nõ voluit quecũq͡ȝ non fecit. Ex his aperte ostenditur q͞ʒ deus ea voluntate que ipse est non vult aliquid fieri quod non fiat: neq͡ȝ non fieri quod fiat.

Quõ itelli=git illđ. Il=luiat oẽȝ hominẽ ve=nientem. ⁊c̃.

¶ Utrum mala dei voluntate fiãt an eo nolente. D

Que super hoc a diuer sis dicunt. Alij dicunt deum velle mala eẽ vel fieri alij nõ

Ideoq͡ȝ cum constet omnia bona que fiunt eius fieri volũ tate que si fieri nollet nullatenus fierent recte queri solet. Utrũ ⁊ mala om nia que fiunt. id est peccata dei fiant volũtate: an nolente eo fiant? Super hoc diuersi varia sentientes sibi contradicere inueniuntur. Alij enim dicũt q͞ʒ deus vult mala esse vel fieri: non tamen vult mala. Alij vero q͞ʒ nec vult mala esse nec fieri: in hoc tamen conueniunt ⁊ hi ⁊ illi q͞ʒ vtriq͡ȝ fatentur deũ mala non velle. Utriq͡ȝ vero rationibus ⁊ authoritatibus innituntur ad mu niendam suam assertionem.

¶ Quare dicunt quidam deum velle mala esse vel fieri. E

Qui enim dicunt deum mala velle esse vel fieri suam bis

Pria: rõ il=loꝝ qui di=cũt deũ vel le mala fie ri.

modis muniunt intẽtionẽ. Si enim inquiũt mala nõ esse vel nõ fieri vellet: nullo modo essent vel fierent: quia si vult ea nõ esse vel non fieri: ⁊ non po test id efficere: scilicet vt non sint vel non fiant: voluntati eius ⁊ non poten tie aliquid resistit: ⁊ non est omnipotens: quia non potest qđ vult: sed im potens est sicut ⁊ nos sumus qui quod volumus quandoq͡ȝ non valemus sed quia omnipotens est ⁊ in nullo impotens certum est non posse fieri mala vel esse: nisi eo volẽte. Quomodo enim inuito eo ⁊ nolente posset ab aliquo malum fieri: cum scriptum sit voluntati eius quis resistet? Supra etiam dicit Augustinus quia necesse est fieri si voluerit. Sed vult mala fie ri aut non fieri. Si vult non fieri non fiunt: fiunt autem: vult ergo fieri. Item bonum est mala esse vel fieri. alioquin summe bonus nõ permitteret ea fie ri. Unde Augustinus in Ench. Quamuis ea inquit que mala sunt in q͞ʒtum mala sunt non sunt bona: tamen vt non solum bona sed etiam sint ⁊ mala bonum est. Nam nisi esset hoc bonum vt essent ⁊ mala: nullo modo esse sine rentur ab omnipotenti bono: cui proculdubio q͞ȝ facile est qđ vult facere: tam facile est quod non vult esse non sinere. Hec nisi credamus periclitatur nostra confessio qua nos in patrem omnipotentem credere confitemur. Ec ce hic aperte habes q͞ʒ bonum est mala esse: omnis autem boni deus auctor est qui vult omne bonum esse quod est. Cum ergo bonum sit mala fieri vel esse: ergo ⁊ mala vult fieri vel esse. His atq͡ȝ alijs huiusmodi rationibus et auctoritatibus vtuntur qui dicunt deum velle mala esse vel fieri.

Dom. ix. Scđa ratio Tertia rõ. August. in Ench.

¶ Hic ponit rationes illorum qui dicunt dei voluntate non fieri ma=

la vel non esse.

Illi vero qui dicunt dei voluntate mala non fieri vel non esse inductionibus premissis ita respondent dicentes deum nec velle mala fieri nec velle non fieri vel nolle fieri: sed tantum non velle fieri. Si enim vellet ea fieri vel esse faceret vti[que] ea fieri vel esse. Et ita esset auctor malorum non est autem auctor malorum vt sanctorum protestantur authoritates non ergo eius voluntate fiunt mala. Item si nollet mala fieri vel vellet non fieri et tamen fierent omnipotens non esset: cum eius voluntas humane voluntatis effectu impediretur. Ideo[que] non concedunt deum velle mala fieri ne malorum auctor intelligatur: nec concedunt eum velle mala non fieri vel nolle fieri: ne impotens esse videatur sed tantum dicunt eum non velle mala fieri: vt non auctor sed permissor malorum monstretur. Unde et euangelista vbi ostendit deum auctorem esse omnium bonorum dicens. omnia per ipsum facta sunt: consequenter malorum auctorem esse negat dicens. et sine ipso factum est nihil. id est peccatum. Non dixit per eum factum esse vel eo nolente et inuito sed tantum sine eo. id est sine eius voluntate quia nō eius voluntate fit peccatum. Non ergo deo volente vel nolente sed non volente fiunt mala: quia non subest dei voluntati vt malum fiat vel non fiat: sed vt fieri sinat: quia bonum est sinere mala fieri et vti[que] volens sinit non volens mala: sed volēs sinere sinit vt ipsa fiant: quia nec mala sunt bona nec ea fieri vel esse bonum est.

Quare non sit verum deū velle mala fieri.

Hic q̄ritur an sit verū deū velle fieri mala vel nolle fieri.

Qd verum sit deū nō velle mala fieri.

Johā. i.

¶ Quomodo intelligendum sit illud Augustini: mala fieri bonū est. G

Quod vero Augustinus ait. Mala fieri bonum est: nec sinerentur mala ab omnipotenti bono fieri: nisi hoc esset bonum vt ea essent: ea ratione dictū esse asserunt: quia ex malis que fiunt deus bona elicit: nec ipse permitteret ea fieri nisi de eis boni aliquid faceret. Unde Augustinus in eodem libro Ench. aperte indicans predictorum verborum talem esse intelligentiam ait. Deus omnipotens qui rerum est summa potestas cū summe bonus sit: nullo modo sineret aliquid mali esse in operib[us] suis nisi vs[que] adeo esset omnipotens et bonus: vt benefaceret etiam de malo. Item in eodem. Melius iudicauit de malis bona facere q[uam] mala nulla permittere. Ex hoc ita[que] sensu dictum est ac verum est bonum est mala fieri: quia ex malis que fiunt bonis (qui s[ecundu]m propositum vocati sunt sancti) accidit bonitas. id est vtilitas. Talibus enim (vt ait Apostolus) in bonum cooperātur omnia etiam mala: quia eis prosunt: que aliis facientibus obsunt. Unde etiā aliquando in scriptura legitur malū appellari bonum. vt Hieronymus super Marcum. Malum inquit inde bonum fuit scilicet nobis: nec si bonum est illi vel illi inde sequitur qd simpliciter bonum sit: proprie enim ac simpliciter bonum est quod in se et facienti bonum est.

Qd nō deo volente vel nolente sed nō volente fiant mala

Augustin[us] Confirmat illū sensum alia authoritate eiusdem.

Roma. viii.

¶ Quadripartita boni acceptio. H

Est enim aliquid qd in se bonū est et cui fit: sed non est bonum facienti vt cum subuenitur pauperi: sed nō propter deū et aliquid boni in se et facienti: sed non ei cui fit: vt cum veritas propter deum alicui non obedienti predicatur: et aliquid in se et facienti et ei cui fit bonum vt cum veritas predicatur propter deum credenti. Unde Apostolus. Bonus odor sumus deo: aliis odor vite: aliis odor mortis. Est aūt aliud qd in se bonū est et faciēti nocet et dānat nisi peniteat vt malū: valet t[ame]n ad aliq[ui]d. Ut em̄ ait Aug. i Ench. A summe et eq[ua]l[ite]r et immutabiliter trinitate bōa creata sūt o[m]ia nec sū

me nec equaliter: nec immutabiliter bona sed tamen bona etiam singula. Simul vero vniuersa valde bona. Quia ex omnibus consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiam illud quod malū dicitur bene ordinatum et loco suo positū eminentius cōmendat bona vt magis placeāt et laudabiliora sint dum comparantur malis.

¶ Quod mala vniuersitati valēt et facientib9 sua ꝓpria vel patientib9 aliena prosunt electis tantum. I

Hinc patet ꝙ ex malis que fiunt aliquod prouenit bonū dum bona magis placent: et laudabiliora existunt. Ipsis etiam facientib9 ex malis que faciunt interdum bona proueniunt si secundū propositū vocati sunt sancti. Talibus enī vt ait Augu. in lib. de correctione et gratia: vsqꝫ adeo deus omnia cooperatur in bonū: vt si qui horū deuiant et exorbitant: et ita hoc ipsum eis faciat proficere in bonū: quia humiliores redeūt atqꝫ doctiores: vt Petrus. Illa etiam mala que ab iniquis fideles pie perferunt: vt ait Augusti. in li. de tri. ipsis vtiqꝫ prosunt: vel ad delenda peccata: vel ad exercendam probandā qꝫ iustitiā vel ad demonstrandā huius

Iob. xix. ij. vite miseriā. Ideoqꝫ et Iob dei manū ⁊ Apostolus sathane stimulū sensit ⁊

Cor. xij. vterqꝫ bene profecit quia malum bene portauit.

¶ Ex predictis concludit ostendens esse bonum fieri mala multis modis. K

Si quis igitur diligenter attendat que scripta sunt facile est ei percipere ex malis bona prouenire: ⁊ ex ea ratione dictum esse ꝙ bonum est mala fieri vel esse: non quia malum sit bonū vel quia bonū sit malum fieri. Non est enim bonū malū fieri ab aliquo: quia non est bonum vt aliquis faciat malum. Si enim hoc esset bonū profecto huius deus auctor esset qui est auctor omnis boni. Quod si huius deus auctor est: eo ergo auctore homo agit mala ⁊ ita eo auctore homo fit deterior. Et si eo auctore hō fit deterior: tunc eo volente homo fit deterior. Idē est enim dicere aliquid fieri deo auctore quod deo volente. Deo aūt auctore hō non fit deterior. ergo non deo volente. vt ait Augu. in li. lxxxiij. quest. apte astruit a minori dicens ita. Nullo sapiente homine auctore fit hō deterior. tanta enī est ista culpa que in sapientē hominē cadere nequit. Est aūt deus oī hoīe sapiēte prestantior. Multo minus ergo deo auctore fit hō deterior: Multo enī est prestantior dei voluntas ꝙ hominis sapientis. Illo autē auctore cū dicit͛ illo volente dicitur: ergo est viciū voluntatis humane quo est hō deterior: quod vicium si longe abest a dei voluntate vt ratio docet a quo sit querendū est. Ecce aperte dicit Augu. deo auctore vel volente hominē non fieri deteriorē sed vicio volūtatis sue. Nō est ergo deo auctore ꝙ malū fit ab aliquo: ⁊ ita deo volente mala non fiunt.

¶ Quod in deo non est causa vt fit homo deterior. L

Deinde idem Aug. querens que sit causa vt homo fit deterior in deo non esse asserit in eodem lib. sic dicens. vt fit homo deterior aut in ipso est: aut in alio aut i nihilo. Si in nihilo nulla cā est. Si in alio aut in deo: aut in alio quolibet homine aut in eo qui neqꝫ deus neqꝫ homo sit. Sed non in deo. Bonorū enim deus tantum cā est: ergo aut in homine est: aut in eo quod neqꝫ deus neqꝫ homo aut in nihilo. Et ex his apte ondit͛ ꝙ non est bonū vt fit homo deterior: q͛ nō est deus eius rei cā qui tm̄ cā bonorū est. Et si non est bonum vt homo fiat deterior non est ergo bonum vt ab

eo fiat malum:non ergo vult deus vt ab eo fiat malum.

¶Aliter probat q deo auctore non fiunt mala. M

Itē aliter etiā ostendit q deo auctore.i.volente non fiunt mala qr ipse non est causa tendendi ad non esse. Tendere eñ ad non eē malum est. Ipse aūt auctor mali non est. Tendit vero ad non esse q̄ opat malū non ergo deo auctore est q aliquis operat malū. Non est ergo bonū q aliquis operat malū:quia tantū boni deus auctor est. Hoc autē Augu.in eodem lib.aperte explicat ita dicēs. Qui oim que sunt auctor est : et ad cuius bonitatē id ptinet vt sit omne quod est: boni tm̄modo causa est. Quocirca mali auctor non est:et ideo ipse summū bonū est:a quo in nullo deficere bonū est et malum est deficere. Non est ergo cā deficiendi. i. tendendi ad non esse qui vt ita dicā essendi cā est quia oim que sunt auctor est:que inq̄tum sunt bona sunt. Ecce apte habes q deficere a deo q̄ summū est bonū. maluz est. mala ergo facere malū est. non ergo deo auctore vel volēte mala fiunt.

¶Obiectio quorūdam sophistica qua probare nituntur ex deo eē q mala fiant. N

Iam sufficienter ostensum est: q deo auctore non fiūt mala. Quidā tñ sophistice incedentes: et iō deo odibiles pbare conant ex deo auctore esse q mala fiunt hoc modo. Quod mala fiunt verū est omne autē verū quod est a veritate est que deus est. A deo ergo est q mala fiunt. Qđ autē omne verū a deo sit confirmant auctoritate Augustini in lib.lxxxiij.q. ita dicentis. Omne verū a veritate verū est. Est aūt veritas deus. Deum ergo habet auctorē omne verum. Est autem verū q mala fiunt vel sunt. Deo ergo auctore est q sunt vel fiunt mala.

¶Responsio vbi concedit omne verum esse a deo : et sophisma aperit. O

Quibus facile est nobis respondere:sed indignū responsione videtur quod dicunt. Omne nāq verū a deo est:vt ait Augu. cui consonat Ambrosius qui tractans illud verbum apostoli. Nemo potest dicere dñs iesus nisi in spiritu sancto dicit q oē verum a quocunq dicitur a spiritu sancto est. Cum itaq verum sit q mala fiunt: hoc verum quod dicit illa locutione scilicet mala fiunt:a deo est sed non inde sequitur q a deo sit vt mala fiant. Si enim hoc diceretur auctor malorum deus esse intelligeretur. quod ex simili manifeste falsum ostendetur. Deus prohibet furtum fieri : sed furtum fieri verum est: ergo prohibet verum : non sequitur.

i. Cor. xij

Per simile ōdit illud eē falsum.

¶Partem questionis approbat illorum qui dicunt deum non velle mala fieri.

Hec igitur et alia hmōi inania relinquentes premisse questionis parti saniori fauentes que sanctorum testimoniis plenius approbatur: dicamus deum non velle mala fieri nec tamen velle nō fieri neq nolle fieri. Omne ergo quod vult fieri fit. et omne quod vult non fieri non fit. Fiunt autem multa que non vult fieri vt omnia mala.

¶Quod voluntas dei semper impletur de homine quocunq se vertat. A

Voluntas quippe dei semp efficax est vt fiat omne
quod velit et nihil fiat qđ nolit: que de hoie semp impletur quo-
Di. xlvij. cunq; se vertat. Nihil eñ (vt ait Aug.) in libero arbitrio constitu-
Qđ volun- tum supat voluntatē dei: et si faciat cōtra eius voluntatē tñ con
tas dei sēp tra eius voluntatē que ipse est: nihil putandū est ita fieri tanq̄ velit fieri
sit efficacit̄ et non fiat: vel nolit fieri et fiat. Illa eñ voluntas (vt ait Aug. in ench.) semp
impletur: aut de nobis aut a nobis. De nobis impletur: sed tamen non im
plemus eam quando peccamus. A nobis impletur quando bonū facimus
ideo enim facimus quia scimus placere deo. Ita et de homine semp deus
implet suam voluntatē: quia nihil facit homo de quo deus non operat̄ qđ
vult. Non eñ vult deus vt peccet homo quilibet. Si aūt peccauerit penitē-
ti vult parcere vt viuat: in peccatis vero pseuerantē punire vt iustitie poten
tiam contumax non euadat. Sicut alios ab eterno pparauit ad penā: ita
alios preparauit ad gloriaꝫ et hec sunt magna opa dñi exquisita in oēs vo
luntates eius. Et tam sapienter exquisita vt cum angelica et humana crea
tura peccasset. i. non quod ille: sed quod voluit ipsa fecisset etiam per ean-
dem creature voluntatē qua factū est quod creator non voluit: implet ipse
quod voluit bene vtens etiam malis tanq̄ summe bonus: ad eorum dam-
nationē quos iuste pdestinauit ad penam: et ad eorū salutem quos beni-
gne predestinauit ad gratiā. Quantū eñ ad ipsos attinet deus q̄ noluit fe
cerunt: q̄tum vero ad omnipotentiā dei nullo mō id facere valuerunt. Hoc
quippe ipso q̄ contra eius voluntatem fecerunt de ipsis facta est volūtas
Ps. cx. eius. Propterea nanq; magna opera dñi sunt exquisita i oēs voluntates ei᷒
vt miro et ineffabili modo nō fiat pter eius voluntatē: quod etiā fit contra
eius voluntatē: q: non fieret si nō sineret: nec vtiq; nolēs sinit: sed volēs nec
Inq̄rit sen sineret bonus fieri male: nisi ōps et de malo posset facere bonum bene. His
sus pdicto verbis euidenter monstrat̄ q̄ voluntas dei eterna semp implet̄ de hoie etiā
rū verborū. si faciat homo contra dei voluntatē. Sed attendendū est diligenter quō in
superioribus dicit̄ fieri aliquid contra dei voluntatē quod tñ non fit pter
eam et qualiter intelligendū sit illud q̄tū ad se fecerunt: q̄ deus noluit: q̄n
Rom. ix. tū vero ad oīpotentiā dei nullo mō id facere valuerunt. Vident̄ eñ ista su-
perioribus obuiare vbi dictū est voluntati eius nihil resistere.

¶ Hic aperit dicens diuersis modis supra accipi dei voluntatem. B

Verum vt supra diximus voluntas dei diuersis modis ac
Et q̄ sensu capitur que diuersitas in predictis verbis si diligenter notetur nihil ibi cō
q̄dā dhr fie tradictionis reperit̄. Ubi eñ dicit non fieri preter eius voluntatē et quod
ri ɔtra dei fit contra eius voluntatē dissimiliter accepit voluntatē: et non ipsam volū-
volūtatē q̄ tatē que deus est et sempiterna est: sed eius signa pdictis verbis intelligi
tñ nō fiunt volui. i. phibitionē siue preceptionē et pmissionē. Multa eñ fiunt contra
pter ei᷒ vo- preceptū vel prohibitionē que tamen non fiunt preter eius pmissionē. Ipi᷒
luntatē. Et nanq; pmissione omnia fiunt mala: que tñ preter eius voluntatē sempiter-
ex q̄ sensu nam fiunt. Sicut Augu. dicit super illum locum psal. vt non loquatur os
verū sit ni- meū opera hominū. Opera enim hominū dicit ea que mala sunt que preter
hil fieri cō- dei voluntatē fiunt que ipse est: sed non preter eius permissionem que ipse
tra eius vo non est. Appellatur tamen ipsa dei voluntas quia deus volens sinit mala
luntatem. fieri. Fiunt contra eius preceptionem vel prohibitionem sed non contra ei᷒
voluntatem que ipse est nisi dicantur contra eam fieri quia preter eaꝫ fiūt.
Contra eam quippe nihil ita fit: vt velit fieri quod non fiat vel nolit fieri et

stat: quod euidenter ibi Augustinus notauit vbi ait. Quantum ad ipsos attinet quod deus noluit fecerunt: quantum vero ad omnipotentiā dei nullo modo id facere valuerunt. Ac si diceret fecerunt contra dei preceptū quod appellatur voluntas: sed non fecerunt contra dei voluntatem omnipotentē quia hoc non valuerunt illud valuerunt: et ita per hoc quod fecerunt contra dei voluntatē. i. preceptum de ipsis facta est voluntas eius. i. impleta est voluntas eius sempiterna qua eos dānari volebat. Unde Grego. super gen. Multi voluntatem dei peragunt vnde mutare contendunt: et consilio eius resistentes obsequuntur: quia hoc eius dispositioni militat: quod per humanū studium resultat. Hic apte ostenditur quia dum mali consilio ac precepto dei resistunt quod voluntas dei appellatur ea faciunt vnde voluntas eius que ipse est impletur: que dispositio vel beneplacitum vocat. Nā vt ait Augu. in enchi. quantelibet sint voluntates angelorū et hominū bonorum vel malorum: vel illud quod deus vel aliud volentiū quam deus omnipotentis voluntas semper inuicta est que mala esse nunquam potest: etiam dū mala irrogat iusta est: et profecto que iusta est mala non est. Deus ergo omnipotens siue per misericordiam cuius vult miseretur: siue per iudiciū quem vult obdurat: nec inique aliquid facit: nec nisi volens quicquam facit et omnia quecunque vult facit.

Gregorius

¶ Summatim perstringit sententiam predictorum addens quare deus precepit omnibus bona facere et mala vitare: cum nō velit hoc ab omnibus impleri. C

Ex predictis liquet quod voluntas dei que ipse est semper inuicta est nec in aliquo cassatur: sed per omnia impletur. Consilium vero eius et preceptio siue prohibitio non ab omnibus implentur quibus proposita et data sunt. Nec ideo precepit omnibus bona: vel prohibuit mala vel consuluit optima quod vellet ab omnibus bona que precepit fieri: vel mala que prohibuit vitari. Si enim vellet vtique et fierent: quia in nullo potest ab homine superari vel impediri eius voluntas sed vt iusticiam suam hominibus ostenderet: et mali essent inexcusabiles. Denique et boni ex obedientia: gloriam mali ex inobedientia penam sortirentur: sicut vtrisque ab eterno preparauit. Ea ergo que omnibus precepit vel prohibuit a quibusdam voluit fieri vel vitari: sed non ab omnibus et quedam personaliter precepit et in veteri et in noua lege: que ab eis quibus precepit fieri noluit: vt Abrae de imolatione filij et in euangelio quibusdam curatis quibus precepit nec cui dicerent.

Gen. xxij.
Mar. j.

Di. xlviij.
Qualr voluntas nra diuie cformetur.

¶ Quod aliquando homo bona voluntate aliud vult quam deus: et aliquando mala id quod deus bona voluntate vult. A

Sciendum quoque est quod aliquando mala est voluntas hominis idem volentis quod deus vult fieri et aliquando bona est voluntas hominis aliud volentis quam deus. Ut enim bona sit hominis voluntas oportet attendere quid congruit ei velle et quo fine. Tantum enim inter est inter voluntatem dei et voluntatē hominis vt in quibusdam aliud congruat deo velle aliquid homini. vnde Aug. in ench. Aliquando bona voluntate homó vult aliquid quod deus nō vult bona

Augusti.
Qd bz duo considerat bona volū tas hois.

multo amplius multoq certius voluntate. Nam illius mala volūtas esse nunq potest: tanq si bonus filius patrem velit viuere: quem deus bona voluntate vult mori. Et rursus fieri potest: vt hoc velit homo volūtate mala quod deus vult bona: velut si malus filius velit mori patrē velit etiam hoc deus. Nempe ille vult quod non vult deus: iste vero id vult quod vult et deus: et tamen bone dei voluntati pietas illius potius consonat quam nis aliud volentis: q huius idē volentis impietas. multū enim interest qd velle homini: quid velle deo congruat et ad quem finem suam quisq referat voluntatem vt approbetur vel improbetur. Potest enim velle bonum quod non congruat ei velle: et potest velle bonum quod congruit: sed non refert ad finem rectum: et ideo non est bona voluntas.

¶ Quod bona dei voluntas mala hominum voluntate impletur: vt in passione christi contigit vbi quiddam factum est quod deus bona et iudei mala voluntate voluerunt: voluerūt tamen et aliquid qd deus non voluit. B

Illud quoq non est pretermittendum q aliquando dei voluntas bona per malam hominis voluntatem impletur vt in crucifixione christi factum est: quem deus bona voluntate mori voluit. Iudei vero impia voluntate eum crucifixerunt. Et volebant iudei mala voluntate qddam quod deus bona voluntate volebat. s. vt christus pateretur et moreret sed volebant et aliquid aliud quod deus nolebat. s. occidere christum: qd fuit mala actio et peccatum. Actum quippe iudeorum nō voluit deus. passionem vero christi voluit: sicut et in ipso psal xps ad patrem ait. Tu cognouisti sessionem meam. i. voluisti et approbasti passionem meam tibi et placuit. Voluit itaq tota trinitas vt xps pateretur: nec tamen voluit vt iudei occiderent: qr voluit penam xpi: sed non voluit culpam iudeorum: nec tamen noluit: si enim noluisset nec fuisset.

¶ Oppositio. C

Sed ad hoc opponitur sic. Si voluit deus vt xps pateret voluit vtiq vt pateretur a iudeis vel non. Si voluit vt non pateretur a iudeis: cum passus sit factum est itaq quod voluit deus non fieri. Si autem voluit eum pati a iudeis ergo voluit eum occidi a iudeis: voluit itaq vt iudei occiderent eum. Ad quod respondentes dicimus simpliciter concedendum esse quod deus voluit christum pati et mori: qr eius passio bonū fuit et causa nostre salutis. Cū aūt dicitur volebat eū pati vel occidi a iudeis hic distinguendum est. Si enim intelligitur sic: volebat eum sustinere passionē siue crucifixionem a iudeis illatam verus est sensus. Si vero intelligitur sic: volebat vt iudei occiderent eum falsum est. Non enim volebat deus actionem iudeorum que mala erat: sed volebat passionem bonam: et

Augustinus hec voluntas per malas iudeorum voluntates impleta est. Unde Augu.

Euch. in Ench. Deus quasdā voluntates suas vtiq bonas implet per malorum

Matth. xvj hominum voluntates malas: sicut per maliuolos iudeos bona voluntate patris christus pro nobis occisus est: quod tantum bonum fuit vt apostolus Petrus quando id fieri nolebat sathanas ab ipso qui occisus est diceretur. Ecce manifeste habes magnum bonum fuisse q christus occisus est et hoc bonum: qr Petrus nolebat ideo redargutus est

¶ Utrū placuerit viris bonis q xps pateret et moreret placuit qdē intuitu nostre redēptionis: sz nō ipsius cruciatus: D

Ex quo soluitur questio qua queri solet vtrum viris san

cis placere debuerit ꝙ xp̄s pateret͂ vel occideretur. Debuit enī eis placere intuitu nostre redemptionis: sed non intuitu ipsius cruciatus. Voluerūt ergo ac vehementer cupierunt xp̄m mori ꝓpter liberationem hoīs ⁊ implecionē diuine voluntatis: sed non voluerunt delectationem ipsius afflictionis. De eodem ergo letabantur: ⁊ tristabantur: sed ob aliud gaudebant: ⁊ propter aliud dolebant. Volebant ergo xp̄m mori pro hominis redemptione ⁊ tamen de morte ipsius diuersis de causis corda eorum variē mouebantur.

¶ Quomodo sentiendum sit de passionibus sanctorum: an velle: an nolle debeamus. E

Si vero queritur vtrum eodem modo sentiendum sit de passionibus ⁊ martyrijs sanctorum. Dicimus aliquam esse differentiam inter passionem capitis ⁊ membrorum. Christi namq̃ passio causa est nostre salutis quod non est passio alicuius sancti. Nullius enim passione redempti sumus nisi christi. Profuerunt quidem non mō eis qui passi sunt verumetiam alijs fidelibus ipsorum passiones. Verūtamen nostra redēptio non sunt. Hoc enim passio illius sola potuit qui deus est ⁊ homo. Illius ergo passionem credentium piementes voluerunt ⁊ optauerunt fieri sicut futurum credebant: passiones vero sanctorum possumus velle ⁊ nolle: ⁊ vtrunq̃ bona voluntate si rectos nobis proponamus fines. Cui enim placuit pauli passio eo fine: quia premium eius per hoc auctum ⁊ paratū cernebat: bonam videtur habuisse volūtatem: que voluntati eius cōgruebat qua cupiebat dissolui: ⁊ esse cum christo. Qui autem voluit eum declinare passionem ⁊ effugere manus iniquorum compassione pietatis ⁊ ille habuit bonam voluntatem. Unde Augustinus in Ench. Bone apparebāt voluntates piorum fidelium qui nolebant apostolum Paulum hierusalem pergere, ne ibi pateretur mala que Agabus propheta predixerat: et tamen hoc illum deus pati volebat pro annuncianda fide christi exercēs martyrem christi: neq̃ ipse bonam voluntatem suaȝ impleuit per christianorum voluntates bonas: sed per iudeorum malas: ⁊ ad eum potius pertinebant qui nolebant quod volebat: quā illi per quos volentes factum est quod volebat: quia idipsum mala voluntate fecerunt qđ deus bona voluntate voluit. Ita ⁊ in passione christi factum est: quod enim deus voluit hoc idem iudei ⁊ dyabolus: sed illi mala voluntate: deus vero bona voluntate scȝ: ⁊ vt christus moreretur. Verumtamen illi actum voluerunt quem deus non voluit.

Qȝ passiones sctōrum possumus velle ⁊ nolle ⁊ vtrūq̃ bona volūtate.

Act. xxi

¶ Finit primus liber sententiarū de mysterio summe ac sanctissime trinitatis.

Que ad ministeriū diuine vnitatis atq3 trinitatis licet ex parte cognoscēdum pertinere noscuntur quantum valuimus diligenter executi sumus nunc ad consideratione3 creaturarum transeamus.

¶Distin.j. Quod vnum est principium rerum et non plura.
Quid sit creare: quid facere.
Secundum quā rationem dicuntur de deo hmōi verba agere: facere.
Quare rationalis creatura facta sit.i.homo vel angelus.
Qūo dicit homo factus propter reparationē angelici casus.
Quare homo sit institutus vt vnita sit anima corpori.
¶Dist.ij. De angelis quando facti sunt.
Quod nihil factum est ante celum 7 terram.
Quod simul cum tempore 7 cum mundo ceperit spiritualis creatura 7 corporalis.
Ubi angeli mox creati fuerint.
Quod simul creata est visibilium materia et inuisibilium natura 7 vtraq3 informis.
Qūo dixit lucifer ascendam in celum.
¶Dist. iij. Quales facti fuerint angeli.
An omnes angeli fuerint equales in essentia sapientia 7 liberate arbitrij
Que communia 7 equalia habuerunt angeli.
An boni, vel mali creati sint: 7 an aliqua mora fuerit inter creationem / et lapsum.
De triplici sapia angelorum ante casum: vel confirmationem.
An aliquam habuerunt dei dilectionem vel sui ante casum.
¶Dist.iiij. An perfecti 7 beati creati sint: an miseri 7 imperfecti.
¶Dist.v. De confirmatione 7 conuersione stantium: 7 auersione 7 lapsu cadentium.
De libero arbitrio, breuiter tangitur.
An aliquid datum fuerit stantibus quo conuerterentur
Qua gratia indigebant angeli 7 qua non.
An lapsis sit imputanda auersio.
Utrum beatitudinem quam acceperunt in confirmatione stantes meruerunt per aliquam, tunc appositam gratia3.
¶Dist.vj. Quod de maioribꝰ 7 minoribus quidam ceciderunt inter quos vnus fuit celsior. s. lucifer.
Unde 7 quomodo deiecti sunt.
Quare non est eis concessum habitare in celo vel in terra.
De prelationibus demonum.
An omnes demones sint in hoc aere caliginoso: vel aliqui in inferno.
De potestate luciferi.
An demones semel victi a sanctis vltra accedant ad ipsos vel ad alios.
¶Di.vij. Utrū boni angeli peccare vel mali recte viuere possint.
Quod cum vtriq3 habeant liberum arbitrium: tamen ad vtrumque flecti possunt.
Quod boni post confirmationem liberius habent liberum arbitriu3 quā

ante.
An possunt ex natura peccare sicut ante.
Quibus modis angeli mali noscant veritatem temporalium rerum.
Quod magice artes virtute et scientia diaboli valent que est eis a deo.
Cũ malis angelis non seruit ad meritum materia visibilium rerum.
Q{ non sunt creatores licet per eos magi ranas et alia fecerunt sicut nec boni: et si per eorum mysterium fiunt creature.
Quod solus deus sic operatur creationem rerum / sicut iustificationem mentis.
Quod angeli mali multa possunt per nature vigorem que non possunt propter dei prohibitionem.
¶Di.viij. Utrum omnes angeli corporei sint.
De formis quibus apparuit deus: et de illis in quibus angeli apparẽt
Q{ deus in specie qua deus est nũ𝑞 apparuit mortalibus.
Quomodo dicuntur demones intrare in homines.
¶Di.ix. De ordinum distinctione.
Quid appellatur ordo et que sit ratio cuiuscũ𝑞 nois.
Quod nomina illa sumpta sunt a donis gratie: non propter se: sed ꝑpter nos eis data.
Utrum hi ordines ab initio creationis distincti fuerint.
Utrum omnes angeli eiusdem ordinis sint equales.
Quomodo dicat scriptura decimum ordinem compleri debere de hominibus.
Utrum homines assumantur iuxta numerum stantium vel lapsorum.
¶Di.x. An oẽs celestes spiritus mittantur.
An michael/gabriel et raphael sint noia ordinum vel spirituum.
¶Di.xi. Quod singule anime habent angelum bonum ad custodiã: malum vero ad exercitium.
Utrũ angeli proficiant in merito et premio vs𝑞 ad iudicium.
¶Di.xij. De distinctione operum sex dierum.
Quod alij senserunt omnia simul facta in materia et forma alij per intervalla temporum.
Qũo per interualla temporum res corporales condite sint.
Quo sensu tenebre dicantur esse aliquid: et quo dicantur nõ esse aliquid.
Quare illa materia confusa sit dicta informis vbi ad esse prodijt et ꝗ̃tum in altum ascenderit.
De quattuor modis diuine operationis.
¶Di.xiij. De primo distinctionis opere.
De luce facta primo die si spiritualis an corporalis fuerit.
Quibus modis accipitur dies.
De naturali ordine computationis dierum: et de illo qui pro mysterio introductus est.
De intelligentia horum verborum dixit deus.
Ex quo sensu pr̃ dicitur operari in filio: vel per filium vel in spũsancto.
¶Distinctio.xiiij.
De opere secunde diei: qua factum est firmamentum.
Quod celum tunc factum debet intelligi.
De qua materia factum sit.
Quomodo aque possunt esse super celum et quales sint.

¶De voluntate dei que essentia dei est vna et eterna et de signis eius. A

Dist.xlv. De qualitate voluntatis dei.

Iam de volūtate dei aliquid pro sensus nostri imbecillitate dicendum est. Sciendū est ergo: quia volūtas siue volēs de deo ſm essentiā dicit. Non est enim ei aliud velle et aliud esse: sed omnino idem. Et sicut idem est ei esse bonū qđ esse deū: ita idem est ei esse volentem quod esse deum. Nam voluntas qua semp volens est non affectus vel motus est qui in deum cadere non valet: sed diuina vsia qua volens est deus et huiusmodi.

¶Quod licet idem sit deo velle quod esse non tamen potest dici deus esse omnia que vult. B

Obiectio quorūdā.

Et licet idē sit deo velle quod esse: nō tamē dicendū est deū esse oīa q̄ vult: qđ q̄dā de dei voluntate nō recte sentientes nobis obiiciūt dicētes. Si idem est deo velle quod esse: ergo cum dicimus deum velle oīa q̄ facit dicimus eum esse oīa q̄ facit. alioquin non ibi illo verbo idē significatur qđ significatur hoc verbo esse cū de deo dr̄. Et si ita est: nō semper dr̄ de deo velle ſm essentiā. Si vero ſm essentiam non dicitur aliquādo: quomodo ergo dicitur de deo? Relatiue enim nunq̄ dicitur. Ad quod dicim⁹: q2 licet idē penitus sit deo velle quod esse: non tamen potest dici omnia q̄ vult sicut idem est deo esse quod scire: nec tamen sicut dicitur scire omnia ita quoq3 potest dici esse omnia.

Rn̄sio plenā cōtinēs solutionē.

¶Quis sit sensus horū verbor̄ deus scit vel de⁹ vult. Itē de⁹ scit omnia vel vult aliquid: et quid de deo in his predicetur. C

Et vbicunq3 deus dicitur scire vel sciens: vel velle vel volēs: hec de deo ſm essentiam dicūtur. Cū enim dicitur de⁹ scit vel de⁹ vult: siue de⁹ est sciēs vel volens essentia diuina predicatur: et deus esse enūciatur. Cum aūt additur oīa vel aliqđ vel aliqua: et dicitur deus scit oīa vel vult aliquid vel aliqua: essentia quidem diuina predicatur non simpliciter et absolute: sed ita vt scientie que ipse est omnia subiecta monstrētur: et voluntati que ipsa eadem est aliquid vt aliqua subiecta esse dicantur: vt talis fiat sensus: deus scit omnia. id est deus est cuius scientie que ipsi essentia est omnia subiecta sunt. Similiter deus vult hec vel illa. id est de⁹ est cuius voluntati que ipse est hec siue illa subiecta sunt. Volens ergo siue velle dicitur deus secundū essentiam: cuius voluntas essentia est sempiterna et immutabilis: licet ea varientur et transeant: que ei subiecta sunt. que non potest esse iniusta vel mala: quia deus est.

¶Quod dei volūtas summe bona causa est omnium quę naturaliter sunt: cuius causa non est querenda: quia nullā habet cum sit eterna. D

Hic dicit q̄ rei et⁹ causa q̄renda non est. Augusti.

Hec itaq3 summe bona voluntas causa est omniū que naturaliter fiunt vel facta siue futura sunt: que nulla preuenta est causa: q2 eterna est. Ideoq3 causa ipsius querenda non est. Qui enim eius causam querit aliquid maius ea querit: cum nihil ea maius sit. Unde Augusti. in libro. lxxxiij. q. Qui querit quare voluerit deus mūdum facere: causam querit voluntatis dei. Omnis autem causa efficiens maior est eo qđ efficitur. Nihil autem maius est voluntate dei. Non ergo eius causa querenda est. Idem in libro contra manicheos. Si qui dixerunt quid placuit deo

facere celum et terram? Respondendum est eis qui voluntatem dei nosse desiderant causas et voluntatem dei scire querunt ꝙ voluntas dei omniū que sunt ipsa sit causa. Si enim habet causam voluntas: est aliqd quod antecedat voluntatem dei: quod nephas est credere. Qui ergo dicit: quare fecit deus celum et terram? Respondendum est illi: quia vult. Volūtas eñ dei causa est celi et terre: et ideo maior est voluntas dei ꝙ̄ celum et terra. Qui autem dicit: quare voluit facere celum et terraꝫ? maius aliquid querit ꝙ̄ est voluntas dei nihil autem maius inueniri potest. Compescat se ergo humana temeritas: et id quod non est non querat ne id quod est nō inueniat. Ecce his auctoritatibus aperte insinuatur ꝙ voluntatis dei causa nulla est et ideo querenda non est.

¶Qd volūtas dei prima et summa causa est omnium. E

Voluntas ergo dei (vt ait Augusti. in tertio li. de trini.) Augusti. prima et summa causa est omnium specierum atqꝫ motionum. Nihil enim fit quod non de interiori atqꝫ intelligibili aula summi imperatoris egrediatur sm̄ ineffabilem iustitiam. Ubi enim non operatur quod vult dei omnipotentis sapientia? que pertingit a fine vsqꝫ ad fineꝫ fortiter ⁊ disponit omnia suauiter; et non solum facit ea que perseuerantia cōsuetudinis admirationem non admittunt: sed etiam ea que propter raritatem ⁊ insolitū euentum mira videntur: vt sunt defectus luminarium ⁊ terremotus ⁊ mōstruosi animantium partus et his similia: quorum nihil fit sine volūtate dei: sed plerisqꝫ non apparet. Ideoqꝫ placuit vanitati philosophorū etiam causis alijs ea attribuere cum omnino videre non possent superiorem ceteris omnibus causam id est voluntatem dei. Itaqꝫ non nisi dei voluntas causa prima est sanitatis: egritudinis: premiorum atqꝫ penarum: gratiarū ⁊ retributionum. Hec ergo sola est vnde ortum est quicquid est: et ipsa non est orta sed eterna.

Que hec et que dr dei voluntas et ea dr beneplacitum

¶Quibus modis accipitur voluntas. F

Hic non est pretereundum nobis ꝙ sacra scriptura de voluntate dei varijs modis loqui consueuit et tamen non est dei voluntas diuersa: sed locutio diuersa est de volūtati: qr nomina voluntatis diuersa accipit. Nam volūtas dei vere ac proprie dicitur q̄ in ipso est et ipsius essentia est ⁊ hec vna est: nec multiplicitatē recipit: nec mutabilitatē q̄ inexpleta esse nō potest: de qua propheta ait. Omnia quecūqꝫ voluit dñs fecit. Et Apls. Voluntati eius quis resistet? Et alibi. Ut probetis que sit voluntas dei bona ⁊ beneplacens ⁊ perfecta. Et hec voluntas recte appellatur beneplacitum dei siue dispositio. Psal.cxiij. Rom.ix. Rom.xij.

¶Quod sm̄ figuram dicitur volūtas dei preceptio: prohibitio: consilium: permissio: operatio: et ideo pluraliter dicit scriptura voluntates. G

Aliqñ vero scd̄m quandam figuram dicendi volūtas dei vocatur: qd sm̄ proprietatē nō est voluntas eius: vt preceptio: prohibitio: consiliū necnō permissio ⁊ opatio. Ideoqꝫ pluraliter aliqñ scriptura volūtates dei pnūciat. Vñ ppheta. Magna opa dñi exquisita in oēs volūtates eius: cū non sit nisi vna volūtas dei q̄ ipse est pluraliter tamē dicit voluntates: quia voluntas dei varijs modis ac pro diuersis accipitur: vt dictū est. Ita etiam idem propheta propter multos effectus mie ⁊ iustitie pluraliter dicit. Misericordias dñi ineternuꝫ cantabo. Et alibi. Iustitie domini Psal.cx. ps.lxxxviij. Psal.xviij.

recte letificantes corda: cum tantum in deo vna sit misericordia: vna iusticia: et vna eadem sit misericordia: que iustitia scilicet diuina vsia.

¶Quare preceptio et prohibitio et consiliũ dicantur dei volũtas. h

Ideo autem preceptio et prohibitio atque concilium cũ sint tria. dicitur tamen vnũquodque eorum dei voluntas quia ista sunt signa diuine voluntatis quemadmodum et signa ire dicũtur ira: et dilectionis signa dilectio appellantur: et dicitur iratus deus et tamen non est ira in eo aliqua sed signa tantum que foris sunt quibus iratus ostẽditur ira ipsius nominatur. Et est figura dicendi secundum quã non est falsum quod dicitur: sed verũ quod dicitur sub tropi nubilo obumbratur. Et secundum hos tropos diuerse voluntates dei dicuntur. quia diuersa sunt illa que per tropũ volũtas dei dicunt.

¶Ubi voluntas dei pro precepto et consilio accipiatur. I

Matth.vi. Pro precepto dei atque consilio potest accipi voluntas vt ibi. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Et alibi. Qui facit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse frater meus et soror et mater est. Et cõtra hãc

Augustin⁹ voluntatem multa fiunt. Unde Augustinus in libro de spiritu et litera. Infideles inquit cõtra voluntatem dei faciunt: cum eius euangelio nõ credũt.

¶Quod deus non vult ab hominibus fieri omnia que precepit: vel nõ fieri que prohibet. K

Et si illa tria dicantur dei voluntas ideo quia signa sunt di-

Gen.xxii. uine voluntatis: non est tamen intelligendum deum omne illud fieri velle quod cuicũque precepit: vel non fieri quod prohibuit. Precepit enim Abrae immolare filium: nec tamen voluit: nec ideo precepit vt id fieret: sed vt Abrahe probaretur fides. Et in euangelio prohibuit sanato ne cui diceret: ille autem predicauit vbique intelligens deum non ideo prohibuisse quin vellet opus suũ

Mar.i. predicari: sed vt daret formam homini laudem humanam declinandi.

¶De permissione et operatione vbi dicant dei voluntas. L

Augustin⁹ Permissio quoque dei et operatio voluntas dei appellantur: qualiter accipit Aug. in Ench. dicens. Non fit aliquid nisi omnipotẽs fieri velit: vel sinendo vt fiat: vel ipse faciendo. Nec dubitandum est deum facere bene etiam sinendo fieri quecũque fiunt male: non enim hec nisi iusto iudicio dei sinit. et profecto bonũ est omne quod iustum est. Ecce hic manifeste habemus dei voluntatem appellari ipsius operationem vel permissionem cũ dicat nõ fieri aliquid nisi omnipotẽs fieri velit: vbi includit et bona et mala oĩa que fiunt. Ideoque aperte distinguit quomodo deũ velle dixerit ne eadem ratione intelligeretur velle bona et mala subdens: vel sinendo vt fiat: hoc quantum ad mala dicitur: vel ipse faciendo hoc quantum ad bona. Mala enim sinit fieri: sed non facit: bona vero ipse facit. Ideoque dixit eum velle: quia et volens mala sinit et volens bona operatur: et ob hoc permissio et operatio volũtas dei dicuntur.

¶Quinque supra sunt proposita que dicuntur secundum tropum: et ideo distinguat lector vbique pro quo eorum accipiatur voluntas. M

Quinque ergo supraposita sunt que dicuntur secũdum tropum dei voluntas: quia signa sunt diuine voluntatis que vna est et immutabilis. scilicet dei beneplacitum. Ideoque diligẽter distinguat lector vbi de voluntate dei scriptura commemorat iuxta quem modum accipi oporteat scilicet pro beneplacito dei: an pro aliquo signorum eius. Magna enim est

adhibenda discretio in cognitione diuine voluntatis: quia et beneplacitum dei et voluntas eius: et signum beneplaciti eius dicitur voluntas eius. Sed beneplacitum eius eternum est: signum vero beneplaciti non: et cõsonat rerum effectibus beneplacitum ipsius: et ipsi effectus rerum ab illo nõ discordant. Fit enim omne qd beneplacito vult fieri omne qd non vult fieri, nequaquam fit. Non ita autem est de signis: quia precepit deus multis ea que non faciunt et prohibet que non cauent et consulit que non implent.

Illi sententie qua dictum est dei voluntatem nõ posse cassari que ipse est quedam videntur obuiare. A

Hic oritur questio. Dictum est enim in superioribus et auctoritatibus cõmunitum quod volũtas dei que ipse est: que beneplacitum eius vocatur cassari non potest: quia illa voluntate fecit quecũque voluit in celo et in terra: cui teste apostolo nihil resistit. Queritur ergo quomodo accipiendum sit quod apostolus de domino ait. Qui vult omnes homines saluos fieri. Cum enim non omnes salui fiãt sed dãnentur videtur vtique non fieri quod deus vult fieri humana scilicet voluntate impediente voluntatẽ dei. Dominus quoque in euangelio impiam ciui tatem cõpellans. Quotiens inquit volui cõgregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alis et noluisti. Ita etiam hec dicuntur tanquam dei volũtas superata sit hominum voluntate: et infirmissimus nolendo impedientibus nõ potuerit facere potẽtissimus quod volebat. Ubi est ergo illa omnipotentia: qua in celo et in terra secundum prophetam. Omnia quecũque voluit fecit? et quomodo voluntati eius secundum apostolum nihil resistit: si colligere filios hierusalem voluit et non fecit? hec enim predictis plurimũ obuiare videntur. Dist. xlvi. De impletiõe volũtatis dei quod impleatur. Psal. cxiii. Roma. ix. i. Thim. ii. Mat. xxiii. Psal. cxiii. Roma. ix.

Solutio quomodo intelligendum sit illud, volui congregare et noluisti. B

Sed audiamus solutionem. ac primũ quomodo accipiendum sit illud qd dominus ait: videamus. Non enim ex eo sensu illud dictũ est vt ait Aug. in Ench. predictã questionẽ soluens quasi dominus voluerit congregare filios hierusalem: et non sit factum qd voluit quia ipsa noluerit: sed potius ipsa quidem filios suos ab ipso colligi noluit: quia tamẽ nolente filios eius collegit ipse omnes quos voluit: quia in celo et in terra non quedam voluit et fecit: quedam vero voluit et non fecit. sed omnia quecunque voluit fecit: vt sit sensus. Quotiens volui cõgregare filios tuos et noluisti, id est quotquot congregaui mea voluntate semper efficaci: te nolente feci. Ecce in euidẽti positum est quod illa dñi verba superioribus nõ repugnãt. August. in Ench.

Quomodo intelligendum sit illud: qui vult omnes homines saluos fieri. C

Nunc videre restat quomodo etiam premissa verba Apostoli predictis non contradicant qui de deo loquens ait vult omnes homines saluos fieri. Quorum occasione verborum multi a veritate deuiauerũt dicentes deũ multa velle fieri que non fiunt. Sed non est intelligendum ea ratione illud esse dictum quasi deus velit aliquos saluari et non saluẽtur. Quis enim tam impie desipiat vt dicat deum malas hominum voluntates quas voluerit et quando voluerit et vbi voluerit in bonum non posse cõuertere. Non est vtique verum quod in Psal. dicitur quecunque voluit, fecit si aliqua voluit et non fecit: et qd est indignius ideo non fecit quoniam ne fie- Psal. cxiii.

ret quod volebat omnipotens voluntas hominis impedivit. Ideoqꝫ cũ audimus ⁊ in sacris literis legimus ꝙ velit omnes homines saluos fieri: nõ tamen ideo debemus omnipotentissime dei voluntati aliquid derogare: sꝫ ita intelligere qđ scriptum est. Uult omnes homines saluos fieri tanqꝫ diceretur nullum hominem saluum fieri nisi quem saluum fieri ipse voluerit: non ꝙ nullus sit hominum nisi quem saluum fieri velit: sed ꝙ nullus fiat saluus nisi quem velit saluari: ⁊ ideo rogandus est vt velit: quod necesse est fieri si voluerit. Non est enim credendus omnipotens aliquid voluisse fieri qđ factum non sit. Sic etiam intelligitur illud. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum: nõ quia nullus hominũ est qui nõ illuminetur: sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Potest ⁊ alio modo illud intelligi dum tamen credere cogamur omnipotentem aliquid fieri voluisse factũqꝫ non esse qui sine vllis ambiguitatibus sicut in celo ⁊ in terra sicut veritas cantat omnia quecũqꝫ voluit fecit: profecto facere nõ voluit quecũqꝫ non fecit. Ex his aperte ostenditur ꝙ deus ea voluntate que ipse est non vult aliquid fieri quod non fiat: neqꝫ non fieri quod fiat.

Quõ itelligit illđ. Illumiat oẽꝫ hominẽ veñtem. ⁊c.

¶ Utrum mala dei voluntate fiãt an eo nolente. D

Que super hoc a diuersis dicunt. Aliꝫ dicunt deum velle mala eẽ vel fieri aliꝫ nõ.

Ideoqꝫ cum constet omnia bona que fiunt eius fieri volũtate que si fieri nollet nullatenus fierent recte queri solet. Utrũ ⁊ mala omnia que fiunt. id est peccata dei fiant volũtate: an nolente eo fiant? Super hoc diuersi varia sentientes sibi contradicere inueniuntur. Aliꝫ enim dicũt ꝙ deus vult mala esse vel fieri: non tamen vult mala. Aliꝫ vero ꝙ nec vult mala esse nec fieri: in hoc tamen conueniunt ⁊ hi ⁊ illi ꝙ vtriqꝫ fatentur deũ mala non velle. Utriqꝫ vero rationibus ⁊ authoritatibus innitunt ad muniendam suam assertionem.

¶ Quare dicunt quidam deum velle mala esse vel fieri. E

Qui enim dicunt deum mala velle esse vel fieri suam his modis muniunt intẽtionẽ. Si enim inquiũt mala nõ esse vel nõ fieri vellet: nullo modo essent vel fierent: quia si vult eã nõ esse vel non fieri: ⁊ non potest id efficere: scilicet vt non sint vel non fiant: voluntati eius ⁊ non potentie aliquid resistit: ⁊ non est omnipotens: quia non potest qđ vult: sed impotens est sicuti ⁊ nos sumus qui quod volumus quandoqꝫ non valemus sed quia omnipotens est ⁊ in nullo impotens certum est non posse fieri mala vel esse: nisi eo volẽte. Quomodo enim inuito eo ⁊ nolente posset ab aliquo malum fieri: cum scriptum sit voluntati eius quis resistet? Supra etiam dicit Augustinus quia necesse est fieri si voluerit. Sed vult mala fieri aut non fieri. Si vult non fieri non fiunt: fiunt autem: vult ergo fieri. Item bonum est mala esse vel fieri. alioquin summe bonus nõ permitteret ea fieri. Unde Augustinus in Ench. Quamuis ea inquit que mala sunt inquantum mala sunt non sunt bona: tamen vt non solum bona sed etiam sint ⁊ mala bonum est. Nam nisi esset hoc bonum vt essent ⁊ mala: nullo modo esse sinerentur ab omnipotenti bono: cui proculdubio quãꝫ facile est qđ vult facere: tam facile est quod non vult esse non sinere. Hec nisi credamus periclitatur nostra confessio qua nos in patrem omnipotentem credere confitemur. Ecce hic aperte habes ꝙ bonum est mala esse: omnis autem boni deus auctor est qui vult omne bonum esse quod est. Cum ergo bonum sit mala fieri vel esse: ergo ⁊ mala vult fieri vel esse. His atqꝫ aliꝫs huiusmodi rationibus et auctoritatibus vtuntur qui dicunt deum velle mala esse vel fieri.

Prima rõ illoꝝ qui dicũt deũ velle mala fieri.

Rom. ix.

Scđa ratio

Tertia rõ.

August. in Ench.

¶ Hic ponit rationes illorum qui dicunt dei voluntate non fieri ma-

f

Illi vero qui dicunt dei voluntate mala non fieri vel non esse inductionibus premissis ita respondent dicentes deum nec velle mala fieri nec velle non fieri vel nolle fieri: sed tantum non velle fieri. Si enim vellet ea fieri vel esse faceret vtique ea fieri vel esse. Et ita esset auctor malorum non est autem auctor malorum vt sanctorum protestantur authoritates non ergo eius voluntate fiunt mala. Item si nollet mala fieri vel vellet non fieri et tamen fierent omnipotens non esset: cum eius voluntas humane voluntatis effectu impediretur. Ideoque non concedunt deum velle mala fieri ne malorum auctor intelligatur: nec concedunt eum velle mala non fieri vel nolle fieri: ne impotens esse videatur sed tantum dicunt eum non velle mala fieri: vt non auctor sed permissor malorum monstretur. Unde et euangelista vbi ostendit deum auctorem esse omnium bonorum dicens. omnia per ipsum facta sunt: consequenter malorum auctorem esse negat dicens. et sine ipso factum est nihil. id est peccatum. Non dixit per eum factum esse vel eo nolente et inuito sed tantum sine eo. id est sine eius voluntate quia non eius voluntate fit peccatum. Non ergo deo volente vel nolente sed non volente fiunt mala: quia non subest dei voluntati vt malum fiat vel non fiat: sed vt fieri sinat: quia bonum est sinere mala fieri et vtique volens sinit non volens mala: sed volens sinere sinit vt ipsa fiant: quia nec mala sunt bona nec ea fieri vel esse bonum est.

Quare non sit verum deum velle mala fieri.

Hic queritur an sit verum deum velle si fieri mala vel nolle fieri.

Quod verum sit deum non velle mala fieri.

Joha. j.

¶ Quomodo intelligendum sit illud Augustini: mala fieri bonum est. g

Quod vero Augustinus ait. Mala fieri bonum est: nec sinerentur mala ab omnipotenti bono fieri: nisi hoc esset bonum vt ea essent: ea ratione dictum esse asserunt: quia ex malis que fiunt deus bona elicit: nec ipse permitteret ea fieri nisi de eis boni aliquid faceret. Unde Augustinus in eodem libro Ench. aperte indicans predictorum verborum talem esse intelligentiam ait. Deus omnipotens qui rerum est summa potestas cum summe bonus sit: nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis nisi vsque adeo esset omnipotens et bonus: vt benefaceret etiam de malo. Item in eodem. Melius iudicauit de malis bona facere quam mala nulla permittere. Ex hoc itaque sensu dictum est ac verum est bonum est mala fieri: quia ex malis que fiunt bonis (qui secundum propositum vocati sunt sancti) accidit bonitas. id est vtilitas. Talibus enim (vt ait Apostolus) in bonum cooperantur omnia etiam mala: quia eis prosunt: que alijs facientibus obsunt. Unde etiam aliquando in scriptura legitur malum appellari bonum. vt Hieronymus super Marcum. Malum inquit inde bonum fuit scilicet nobis: nec si bonum est illi vel illi inde sequitur quod simpliciter bonum sit: proprie enim ac simpliciter bonum est quod in se et facienti bonum est.

Quod non deo volente vel nolente sed non volente fiant mala

Augustinus Confirmat illum sensum alia authoritate eiusdem.

Roma. viij.

¶ Quadripartita boni acceptio. h

Est enim aliquid quod in se bonum est et cui fit: sed non est bonum facienti vt cum subuenitur pauperi: sed non propter deum et aliquid boni in se et facienti: sed non ei cui fit: vt cum veritas propter deum alicui non obedienti predicatur: et aliquid in se et facienti et ei cui fit bonum vt cum veritas predicatur propter deum credenti. Unde Apostolus. Bonus odor sumus deo: alijs odor vite: alijs odor mortis. Est autem aliud quod in se bonum est et facienti nocet et damnat nisi peniteat vt malum: valet tamen ad aliquid. Ut enim ait Aug. i Ench. A summe et equaliter et immutabiliter trinitate bona creata sunt omnia nec sum

me nec equaliter: nec immutabiliter bona sed tamen bona etiam singula. Simul vero vniuersa valde bona. Quia ex omnibus consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiam illud quod malũ dicitur bene ordinatum et loco suo positũ eminentius cõmendat bona vt magis placeãt et laudabiliora sint dum comparantur malis.

¶Quod mala vniuersitati valẽt et faciẽtib⁹ sua ppria vel patiẽtib⁹ aliena prosunt electis tantum. I

Hinc patet q̄ ex malis que fiunt aliquod prouenit bonũ dum bona magis placent: et laudabiliora existunt. Ipsis etiam facientib⁹ ex malis que faciunt interdum bona proueniunt si secundũ propositũ vocati sunt sancti. Talibus em̃ vt ait Augu. in lib. de correctione et gratia: vsq̧ adeo deus omnia cooperatur in bonũ: vt si qui horũ deuiant et exorbitant: et ita hoc ipsum eis faciat proficere in bonũ: quia humiliores redeũt atq̧ doctiores: vt Petrus. Illa etiam mala que ab iniquis fideles pie perferunt: vt ait Augusti. in li. de tri. ipsis vtiq̧ prosunt: vel ad delenda peccata: vel ad exercendam probandã q̧ iustitiã vel ad demonstrandã huius vite miseriã. Ideoq̧ et Iob dei manũ ꝛ Apostolus sathane stimulũ sensit: vterq̧ bene profecit quia malum bene portauit.

Iob. xix. ij. Cor. xij.

¶Ex predictis concludit ostendens esse bonum fieri mala multis modis. K

Si quis igitur diligenter attendat que scripta sunt facile est ei percipere ex malis bona prouenire: ꝛ ex ea ratione dictum esse q̄ bonum est mala fieri vel esse: non quia malum sit bonũ vel quia bonũ sit malum fieri. Non est enim bonũ malũ fieri ab aliquo: quia non est bonum vt aliquis faciat malum. Si enim hoc esset bonũ profecto huius deus auctor esset qui est auctor omnis boni. Quod si huius deus auctor est: eo ergo auctore homo agit mala ꝛ ita eo auctore homo fit deterior. Et si eo auctore hõ fit deterior: tunc eo volente homo fit deterior. Idẽ est enim dicere aliquid fieri deo auctore quod deo volente. Deo aũt auctore hõ non fit deterior. ergo non deo volente. vt ait Augu. in li. lxxxiij. quest. apte astruit a minori dicens ita. Nullo sapiente homine auctore fit hõ deterior. tanta em̃ est ista culpa que in sapientẽ hominẽ cadere nequit. Est aũt deus oĩ hoĩe sapiẽte prestantior. Multo minus ergo deo auctore fit hõ deterior: Multo em̃ est prestantior dei voluntas q̃ hominis sapientis. Illo autẽ auctore cũ dicit̃ illo volente dicitur: ergo est viciũ voluntatis humane quo est hõ deterior: quod vicium si longe abest a dei voluntate vt ratio docet a quo sit querendũ est. Ecce aperte dicit̃ Augu. deo auctore vel volente hominẽ non fieri deteriorẽ sed vicio volũtatis sue. Nõ est ergo deo auctore q̄ malũ fit ab aliquo: ꝛ ita deo volente mala non fiunt.

¶Quod in deo non est causa vt fit homo deterior. L

Deinde idem Aug. querens que sit causa vt homo fit deterior in deo non esse asserit in eodem lib. sic dicens. vt sit homo deterior aut in ipso est: aut in alio aut i nihilo. Si in nihilo nulla cã est. Si in alio aut in deo: aut in alio quolibet homine aut in eo qui neq̧ deus neq̧ homo sit. Sed non in deo. Bonorũ enim deus tantum cã est: ergo aut in homine est: aut in eo quod neq̧ deus neq̧ homo aut in nihilo. Et ex his apte oñdit̃ q̄ non est bonũ vt fit homo deterior: q2 nõ est deus eius rei cã qui tñ cã bonorũ est. Et si non est bonum vt homo fiat deterior non est ergo bonum vt ab

eo fiat malum: non ergo vult deus vt ab eo fiat malum.

¶Aliter probat quod deo auctore non fiunt mala. M

Item aliter etiam ostenditur quod deo auctore .i. volente non fiunt mala quia ipse non est causa tendendi ad non esse. Tendere enim ad non esse malum est. Ipse autem auctor mali non est. Tendit vero ad non esse qui operatur malum. Non ergo deo auctore est quod aliquis operatur malum. Non est ergo bonum quod aliquis operatur malum: quia tantum boni deus auctor est. Hoc autem Augu. in eodem lib. aperte explicat ita dicens. Qui omnium que sunt auctor est: et ad cuius bonitatem id pertinet vt sit omne quod est: boni tantummodo causa est. Quocirca mali auctor non est: et ideo ipse summum bonum est: a quo in nullo deficere bonum est et malum est deficere. Non est ergo causa deficiendi .i. tendendi ad non esse qui vt ita dicam essendi causa est quia omnium que sunt auctor est: que inquantum sunt bona sunt. Ecce apte habes quod deficere a deo qui summum est bonum malum est. mala ergo facere malum est. non ergo deo auctore vel volente mala fiunt.

¶Obiectio quorundam sophistica qua probare nituntur ex deo esse quod mala fiant. N

Iam sufficienter ostensum est: quod deo auctore non fiunt mala. Quidam tamen sophistice incedentes: et ideo deo odibiles probare conantur ex deo auctore esse quod mala fiunt hoc modo. Quod mala fiunt verum est omne autem verum quod est a veritate est que deus est. A deo ergo est quod mala fiunt. Quod autem omne verum a deo sit confirmant auctoritate Augustini in lib. lxxxiij. q. ita dicentis. Omne verum a veritate verum est. Est autem veritas deus. Deum ergo habet auctorem omne verum. Est autem verum quod mala fiunt vel sunt. Deo ergo auctore est quod sunt vel fiunt mala.

¶Responsio vbi concedit omne verum esse a deo: et sophisma aperit. O

Quibus facile est nobis respondere: sed indignum responsione videtur quod dicunt. Omne namque verum a deo est: vt ait Augu. cui consonat Ambrosius qui tractans illud verbum apostoli. Nemo potest dicere dominus iesus nisi in spiritu sancto dicit quod omne verum a quocunque dicitur a spiritu sancto est. Cum itaque verum sit quod mala fiunt: hoc verum quod dicitur illa locutione scilicet mala fiunt: a deo est sed non inde sequitur quod a deo sit vt mala fiant. Si enim hoc diceretur auctor malorum deus esse intelligeretur. quod ex simili manifeste falsum ostendetur. Deus prohibet furtum fieri: sed furtum fieri verum est: ergo prohibet verum: non sequitur. i. Cor. xij Per simile ostendit illud esse falsum.

¶Partem questionis approbat illorum qui dicunt deum non velle mala fieri. P

Hec igitur et alia huiusmodi inania relinquentes premisse questionis parti saniori fauentes que sanctorum testimoniis plenius approbatur: dicamus deum non velle mala fieri nec tamen velle non fieri neque nolle fieri. Omne ergo quod vult fieri fit. et omne quod vult non fieri non fit. Fiunt autem multa que non vult fieri vt omnia mala.

¶Quod voluntas dei semper impletur de homine quocunque se vertat. Q

Di. xlvij. Q̄ſ voluntas dei ſemꝑ efficacit

Sed magis hoc opinando ⁊ querendo dicit Aug. quam asserendo. vnde ⁊ huic opinioni opponens consequenter subdit. Sꝫ quare discernebantur illi a ceteris? vt deus istis que ad ipsos pertinerent nõ reuelaret. aliis vero reuelaret. cum non prius sit ipse vltor quã aliq̇s peccator: non enim damnat ipse innocentes. Hic videtur innuere ꝙ nec peccaturis futurum malum: nec permansuris futurum bonum reuelauerit. Ipꝫ nec illi qui ceciderunt vnquam nec illi qui persliterunt vsqꝫ ad confirmationem beati fuerunt: quia beati non poterant esse si de beatitudie certi non erant: vel si damnationis incerti erant. Unde Aug. in eodem. Dicere inquit de angelis ꝙ in suo genere beati esse possunt damnationis vel salutis incerti quibus nec spes esset ꝙ mutandi essent in meliꝰ nimia presumptio est. Quomodo enim beati esse possunt quibus est incerta sua beatitudo.

Augu. sup Gen. li. xi. c. xvij.

¶Summã colligit predictorum confirmans omnes angelos ante confirmationem vel lapsum non fuisse beatos nisi per beatitudinẽ q̇s accipiat illum statum innocentie in quo fuerũt añ casum. C

Ex predictis cõsequitur ꝙ angeli qui corruerunt nunꝙ̃ beati fuerunt nisi per beatitudinem aliquis accipiat illum statum innocentie in quo fuerunt ante peccatum. Illi vero qui persliterunt aut suam btitudinẽ futurã deo reuelãte prescierunt: ⁊ ita spei certitudine aliquõ beati fuerunt vel incerti extiterunt sue beatitudinis: ⁊ ita aliter beati nõ fuerunt q̃ꝫ reliqui qui ceciderunt. Mihi autem quod posterius dictum est probabilius videtur.

¶Respõsio ad id quod querebatur: an angeli essent creati pfecti

aut imperfecti: et dicitur quod perfecti fuerunt secundum aliquid et im perfecti secundum aliquid. D

Ad hoc autem quod querebatur utrum perfecti vel imperfecti fuerint creati dici potest quia quodam modo perfecti fuerint: et quodam alio modo imperfecti. Non enim uno modo aliquid dicitur perfectum sed pluribus.

¶ Quod tribus modis dicitur perfectum secundum tempus: secundum naturam: et universaliter perfectum. E

Dicitur namque perfectum tribus modis. Est enim perfectum secundum tempus: et perfectum secundum naturam: et est universaliter perfectum. Secundum tempus perfectum est quod habet quicquid tempus requirit et convenit secundum tempus haberi et hoc modo angeli erant perfecti ante confirmationem vel lapsum. Secundum naturam perfectum est quod habet quicquid debitum est vel expedit nature sue ad glorificationem: et hoc modo perfecti fuerunt angeli post confirmationem et erunt sancti post resurrectionem. Universaliter et summe perfectum est cui nihil unquam deest: et a quo universa proveniunt bona quod est solius dei. Prima ergo perfectio est nature condite: secunda nature glorificate: tertia nature increate.

¶ Predicta breviter tangit tradens quales fuerunt angeli in conversione et aversione. F

Quales fuerint angeli in creatione ostensum est boni scilicet et non mali iusti. i. innocentes et perfecti quodammodo alio vero modo imperfecti. Beati vero non fuerunt usque ad confirmationem nisi beatitudo accipiatur ut iam dictum est: ille status innocentie et bonitatis in quo conditi sunt

¶ De conversione et confirmatione stantium: et aversione et lapsu cadentium. A

Post hec consideratio adducit inquirere quales effecti sunt dum dividerentur aversione et conversione. Post creationem namque mox quidam conversi sunt ad creatorem suum: et quidam aversi. Converti ad deum fuit ei charitate adherere: aversi autem odio habere vel invidere. Invidie namque mater est superbia qua et conversione voluerunt se pacificare deo. In conversis quasi in speculo relucere cepit dei sapientia qua illuminati sunt. Aversi vero excecati sunt. Et illi quidem conversi sunt et illuminati a deo gratia apposita. Isti vero sunt excecati: non immissione malitie: sed desertione gratie a qua deserti sunt non ita ut prius dedita subtraheretur: sed quia nunquam est apposita: ut converterentur. Hec est ergo conversio et aversio qua divisi sunt qui natura boni erant: ut sint alii supra illud bonum per iustitiam boni alii illo corrupto per culpam mali. Conversio iustos fecit et aversio iniustos. Utraque fuit voluntatis: et voluntas utriusque libertatis.

Distinc. v. Quales fa ctisunt ange li aversione et conversione cadentium.

¶ De libero arbitrio breviter tangit docens quid sit. B

Habebant enim omnes liberum arbitrium quod est libera potestas: et habilitas voluntatis rationalis. Poterant enim voluntate eligere quodlibet

et ratione iudicare id est discernere in quibus constat liberum arbitrium. Nec creati sunt volentes auerti vel cōuerti: sed habiles ad volendū hoc vel illud et post creationem spontanea voluntate alij elegerunt malū alij bonum: et ita discreuit deus lucē a tenebris sicut dicit scriptura. i. bonos angelos a malis: et lucem appellauit diem noctem vero tenebras: q2 bonos angelos gratia sua illuminauit malos vero excecauit.

¶ Post creationē aliquid datū est stantibus per quod conuerterentur nec merito aliquo sed gratia cooperante. C

Si autē queritur vtrū post creationem cōuersis aliquid collatum sit per quod conuerterentur: id est diligerent deum. Dicimus q2 est eis collata gratia cooperans sine qua non potest proficere rationalis creatura ad meritum vite. Cadere enim potest per se: sed proficere non potest sine gratia adiuuante.

¶ Qua gratia indigebat angelus et qua non. D

Nō indigebat angelus gratia per quam iustificaretur: q2 malus non erat: sed qua ad diligendum deum perfecte et obediēdum adiuuaretur. Operans quidem gratia dicitur qua iustificatur impius. i. de impio fit pius: de malo bonus. Cooperans vero gratia qua iuuatur ad bene volendum efficaciter et deum pre omnibus diligendum et operandum bonum: et ad perseuerandum in bono et huiusmodi de quibus postea plenius dicemus. Data est ergo angelis qui perstiterunt cooperans gratia per quam conuersi sunt vt deum perfecte diligerent. Conuersi ergo sunt a bono quod habebant non perdito ad maius bonum quod non habebant et facta est ista conuersio per gratiam cooperantem libero arbitrio que gratia alijs qui ceciderunt apposita non fuit.

que sit gr̄a operās τ q̄ cooperās.

¶ An sit imputandum illis qui auersi sunt. E

Ideoq3 a quibusdam dici solet non esse imputandum illis qui auersi sunt et non conuersi: quia sine gratia conuerti non poterāt: sed illa non est eis data nec culpa illorum fuit q2 non est data: quia in eis nulla culpa adhuc precesserat. Ad quod dici potest q̄m quibus apposita est ipsa gratia non fuit ex meritis eorum alioquin iam non esset gratia: si ex merito quod esset ante gratiam daretur.

¶ Qua culpa gratia non est data eis qui ceciderunt. F

Qd vero alijs non est data: culpa eorum fuit: quia cum stare possent noluerunt quousq3 gratia apponeretur sicut alij perstiterunt donec illis cadentibus per superbiam eis gratia apposita est. Aperte ergo cadentiū culpa in hoc deprehēdi pōt quia licet sine gratia nequirēt proficere quā nondū acceperant per id tamen quod eis collatum erat in creatione poterant non cadere id est stare quia nihil erat qd ad casum eos compelleret: sed sua spontanea voluntate declinauerunt quod si non fecissent: quod datum est alijs vtiq3 daretur et istis.

¶ Quod angeli in ipsa confirmatione beati fuerunt: sed vtrū eā meruerint per gratiam tunc sibi datā ambiguū est: de hoc enim diuersi diuersa sentiunt. G

Hic queri solet vtrum in ipsa confirmatiōe beati fuerint angeli et an ipsam beatitudinem aliquo modo meruerint. Quod in ipsa confirmatione beati fuerint plures contestantur auctoritates. et ideo pro

constanti habendum est. Utrum vero per gratiam tunc sibi datam ipsam Nota ꝙ ꝑ
beatitudinem meruerint ambiguum est. Quibusdam enim placet ꝙ eam cōiter mgr̄
meruerint per gratiam quam in confirmatione perceperunt simulq̄ȝ in eis nō tenetur
meritum et premium fuisse dicunt. nec meritum precessisse premium tem= vt habe sre
pore sed causa. Alijs autem videtur ꝙ beatitudinem quam receperunt in tro in erro
confirmatione per gratiam tunc appositam: non meruerint dicentes tunc ribus.
non fuisse eis collatam gratiam ad merendum sed ad beate viuēdum nec
tunc eis datum esse bonum quo mererentur: sed quo feliciter fruerent. Qđ
autem tunc in premiū acceperunt per obsequia nobis exhibita ex dei obe=
dientia et reuerentia mereri dicunt: et ita premium precessit merita et hoc
mihi magis placere fateor.

¶ Quod de maioribus et minoribus quidam ceciderunt: inter
quos vnus fuit celsior scilicet lucifer. A

Preterea sciri oportet: quoniam sicut de maiorib⁹ Dist.vj.
et minoribus quidam persti terunt ita de vtroq̄ȝ gradu quidam De ruina
corruerunt. Inter quos vnus fuit omnibus alijs cadentibus ex= q̄ cōsecuta
cellentior nec inter stantes aliquis eo fuit dignior sicut testimo= est maloꝝ
nijs auctoritatum monstratur. Ait enim Job. Ipse principium viarū dei. āgeloꝝ cō=
Et in Ezechiele legitur. Tu signaculum similitudinis plenus scientia et uersionē.
perfectione decorus: in delitijs paradisi dei fuisti. Quod Gregorius expo= Job.xl.
nens: ait. Quanto in eo subtilior est natura. eo magis in illo imago dei si= Ezechiel.
militudinis insinuatur impressa. Item in Ezechiele legitur. Omnis lapis xxviij.
preciosus operimentum eius. id est omnis angelus quasi operimentū ei⁹ Greg. xxv.
erat: quia vt dicit Gregorius. In aliorū comparatione ceteris clarior fuit. moral.
vnde vocatus est lucifer sicut testatur Esaias. Quomodo inquit cecidisti Ezechiel.
lucifer qui mane oriebaris et cetera qui non vnus ordo sed vnus spiritus xxviij.
accipiendus est: qui teste Isidor. postq̄ȝ creatus est eminentiam nature et Gre. omel.
profunditatem scientie sue perpendēs in suum creatorem superbiuit intā= xxxiij.
tum ꝙ etiam deo se equare voluit vt in Esaia dicitur. In celum ascendam Esa.xiiij.
super astra celi et exaltabo solium meum et ero similis altissimo. Similis Isid. ď sum
quidem deo esse voluit non per imitationē sed per equalitatem potentie. mo bono li.j.ca.xxv.

¶ Unde et quo deiectus fuerit merito sue superbie. B Esa.xiiij.

Et tante superbie merito de celo id est de empyreo in quo
cum alijs fuerat deiectus est in istum caliginosum aerem cum omnib⁹ sue
prauitatis consortibus. Nam vt Johannes ait in Apocalyp. Draco de ce= Apoc.xij.
lo cadēs secum traxit tertiam partem stellarum: quia lucifer ille alijs ma
ior non solus cecidit sed cum eo alij multi qui ei in malitia consenserunt
eosq̄ȝ cadentes huius caliginosi aeris habitaculum recepit. Et hoc ad no=
stram probationē factum est vt sit nobis exercitationis causa. vnde aposto
lus. Colluctatio est nobis aduersus principes et potestates mundi huius Ephe.vj.
et aduersus rectores tenebrarum. contra spiritalia nequitie in celestibus
quia demones qui sunt spirituales et neq̄ȝ in hoc turbulento aere no=
bis propinquo quod celum appellatur habitant. Unde et diabolus prin= Joh.xiiij.
ceps aeris dicitur.

¶ Qđ nō est ꝯcessum eis habitare in celo vel in terra. C

Non enim est eis concessum habitare in celo: quia clarus
locus est et amenus nec in terra nobiscū ne homines nimis infestarēt. Sed Pe.ij.c.iij.
iuxta apostoli petri doctrinam in epistola canonica traditam in aere isto

caliginoso qui eis quasi carcer usque ad tempus iudicii deputat⁹ est: tunc autem detrudentur in baratrum inferni: sm illud Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. (Mat. xxv.)

¶ Qd demones alii aliis psunt & habēt etiā alias platiões. D

Et sicut inter bonos angelos alii aliis presunt: ita et inter malos alii aliis prelati sunt: & alii aliis subiecti quamdiu durat mundus: angeli angelis/demones demonibus/homines hominib⁹ presunt. Sed in futuro ois euacuabitur platio vt docet apls. (i. Cor. xv.) Habent quoque sm modū scientie maioris vel minoris prelatiões alias maiores vel minores. Quidā eni vni prouincie: alii vni homini: aliqui enim vni vitio pr sunt. Unde dr spiritus superbie: spiritus luxurie: & huiusmodi. quia de illo vitio maxime potest homines tentare a quo denominatur. Inde etiam est quod nomine demonis diuitie vocantur. s. māmona. Est enim māmon nom ē demonis quo nomine vocantur diuitie sm syrā linguam. Hoc autem non ideo est quod dyabolus in potestate habeat dare vel auferre diuitias cui velit: sed quia eis vtitur ad hominum tentationem et deceptionem.

¶ An omnes demones sint in hoc aere caliginoso / an aliqui sint in inferno. E

Solet autem queri vtrum omnes in isto aere caliginoso sint an aliqui iam sint in inferno? Qd in inferno quotidie descendant aliqui demonum veri simile est: quia animas illuc cruciandas deducunt & quod illic aliqui semper sint alternatis forte vicibus: non procul est a vero: qui illic animas detinent atque cruciāt. Qd autē anime malorū illuc descendant atque illic puniātur ex eo cōstat quod christus ad inferos descendit vt iustos qui ibi tenebantur educeret. Si enim iusti illuc descendebāt: multomagis iniusti: et sicut tradit auctoritas cum iustos eduxit iniquos ibi reliquit. Mors mordit enim infernum non absorbuit. (Mat. xxvi. Luce. xxv. Osee. xiii.)

¶ Quidam putant Luciferum esse in inferno religatum ex quo tentauit christum et victus fuit quem dicunt primum hominem tentasse et vicisse. F

De lucifero autem quidam opinantur quod ibi religatus sit et ad nos tentandos nunc accessum non habeat: quia in Apocal. legitur. (Apoca. xx.) Cum consummati fuerint mille anni: soluetur sathanas de carcere suo et exiet et seducet gentes: qd erit nouissimo tempore antichristi quando erit tanta tribulatio vt etiam si fieri potest moueatur electi. (Mat. xxiiii) Quem ibi religatum dicunt ab eo tempore quo tentauit christum in deserto vel in passiõe: et victus fuit ab eo. Ipsum putant primum hominem tentasse et vicisse: et secundo deum: sed ab eo victum esse: et ideo in inferno religatū. Alii autē putant ex quo cecidit pro peccati sui magnitudine illuc fuisse dimersum.

¶ Quod lucifer non habet potestatem quam habebit in tempore antichristi. G

Sed siue in inferno dimersus sit siue nõ credibile est eum non habere potestatem accedendi ad nos quam habebit in tempore antichristi: in quo fraudulenter ac violēter operabitur et ideo forte dicitur tūc soluendus quia tunc dabitur ei potestas a deo tentādi homines quā modo non habet.

¶ Quod demones semel victi a sanctis non accedūt amplius ad alios. H

Aliis quoqꝫ qui a sanctis iuste et pudice viuentibus vin-
cuntur potestas alios tentandi videtur adimi. Unde Origenes. Puto in- Origenes.
quit sane quia sancti repugnantes aduersus istos incentores et vincentes
minuant exercitum demonum: vel vt ꝙ plurimos eorum interimāt: nec vl-
tra fas sit illi spiritui qui ab aliquo sancto caste et pudice viuendo victus
est impugnare iterum alium hominem. Hoc aūt putāt quidā intelligen-
dum tantum de illo vicio in quo superatus est: vt si de superbia aliquem
virum sanctum tentat et vincitur: vlterius non liceat illi illum vel alium
de superbia tentare.

¶ Quod boni angeli adeo sunt confirmati per gratiam: vt
peccare non possint et mali ita obdurati in malo vt bene vi-
uere nequeant.

A Dist. vij.

Supra dictum est ꝙ angeli qui perstiterūt per gra- Quales fa
tiam confirmati sunt: et qui ceciderūt a gratia dei deserti sunt. cti sunt an
Et boni quidem intantum confirmati sunt per gratiam quod geli confir
peccare nequeunt. Mali vero per maliciam adeo sunt obstinati matione et
ꝙ bonam voluntatem habere siue bene velle non valēt: et si bonum sit qđ obstinatio
aliquando volunt. Uolunt enim aliquando aliquid fieri quod deus vult ne.
fieri et vtiqꝫ illud bonū est et iustum fieri nec tñ bona volūtate illud volūt.

¶ Quod vtriqꝫ liberum arbitrium habent: nec tamen ad vtrunqꝫ
flecti possunt.

B

Sed cum nec boni peccare possint: nec mali bene velle vel
bene operari videtur ꝙ iam non habeāt liberum arbitrium: quia in vtrāqꝫ
partem flecti non possunt: cum liberum arbitrium ad vtrumqꝫ se habeat. Hierony.
vnde Hierony. in tractatu de prodigo filio dicit. Solus deus est in quē pec Luce.xv.
catum cadere non potest: cetera cum sint liberi arbitrij in vtrāqꝫ partem fle
cti possunt. Hic videtur dicere q' omnis creatura in libero arbitrio consti-
tuta flecti potest ad bonum et ad malum. Quod si est ergo et boni angeli:
et mali ad vtrūqꝫ flecti possunt: ergo et boni possunt fieri mali et mali bo-
ni. Ad quod dicimus quia boni tanta gratia confirmati sunt vt nequeāt
fieri mali: et mali in malicia adeo obdurati sunt vt non valeāt fieri boni:
et tamen vtriqꝫ habent liberum arbitrium: quia et boni non aliqua cogen
te necessitate sed propria ac spontanea volūtate per gratiam quidem ad-
iuti bonum eligunt et malum respuunt. et mali similiter spontanea volū-
tate a gratia destituti bonum vitant et malum sequuntur: et mali habent
liberum arbitrium: sed depressum atqꝫ corruptum quod surgere ad bonū
non valent.

¶ Quod boni post confirmationem liberius arbitrium habent
ꝙ ante.

C

Boni vero arbitrium habent multo liberius post confir- Au. i ench.
mationem ꝙ ante. Ut enim Augusti. tradidit in ench. Non ideo carent li- ca.lxxxvj.
bero arbitrio quia male velle non possunt multo quippe liberius est ar-
bitrium quod non potest seruire peccato. Neqꝫ culpanda est voluntas aut
voluntas non est aut libera dicenda non est: quia beati esse sic volunt vt
esse miseri non solum nolint: sed nec prorsus velle possint. Non possunt
itaqꝫ boni angeli velle malum vel velle esse miseri neqꝫ hoc habent ex na-
tura: sed ex gratie beneficio. Ante gratie namqꝫ confirmationem potue-
re peccare angeli: et quidam etiam peccauerunt et demones facti sunt.

Aug. cõtra Maximinũ ca.xj.

Unde Augustinus in libro .xj. contra Maximinum. Creaturarum natura celestium moui potuit: quia peccare potuit. Nam angeli peccauerunt et demones facti sunt: quorum diabolus est princeps et qui non peccauerũt: peccare potuerunt: et cuicunqꝫ creature rationali prestatur vt peccare nõ possit. non est hoc proprie nature: sed dei gratie. Ideoqꝫ solus deus est qui non gratia cuiusqꝫ sed natura sua non potuit: nec potest: nec poterit peccare. Ecce hic insinuatur ꝙ angeli ante confirmationem peccare potuerunt: sed post confirmationem non possunt: et ꝙ potuerunt fuit eis ex libero arbitrio: quod est eis naturale. Qđ vero modo non possint peccare non est eis ex natura. id est libero arbitrio: sed ex gratia ex qua gratia etiam est vt ipsum liberum arbitrium iam non possit peccato seruire.

¶ Qđ post confirmationem angeli non possunt ex natura peccare sicut ante non ꝙ debilitatum sit eorum liberum arbitrium sed confirmatum. D

Qđ bõi angeli post cõfirmationẽ nõ pñt peccare est ex grã nõ natura.

Apit quõ p dicta vba hierou. sint itelligẽda.

Non ergo post confirmationem angeli de natura sicut ante peccare potuerunt non ꝙ liberum arbitrium eorum debilitatum sit per gratiam: sed ita potius confirmatum vt iam per illud non possit bonus angelus peccare: qđ vtiqꝫ non est ex libero arbitrio: sed ex gratia dei. Qđ ergo Hieronymus ait. Cetera cum sint liberi arbitrij possunt flecti in vtrãqꝫ partem accipi oportet secũdũ statum in quo creata sunt. Talis enim et homo et angelus creatus est qui ad vtrũqꝫ flecti poterat sed postea boni angeli ita per gratiam sunt confirmati: vt peccare non possint et mali ita in vitio obdurati vt bene viuere nequeant. Similiter etiam illud Isido. intelligendũ est. Angeli mutabiles sunt natura immutabiles sunt gratia: quia ex natura in primordio sue conditionis mutari potuerunt ad bonum siue ad malum sed post per gratiam ita bono additi sunt: vt inde mutari nequeant. Ad hoc enim repugnat gratia non natura.

¶ Qđ angeli mali viuacem sensum non perdiderunt et quibus modis sciant. E

Isid. đ summo bono lib.j.

Augu. sup Gen.

Et licet mali angeli ita per maliciam sint obdurati: viuaci tamen sensu non sunt penitus priuati. Nam vt tradit Isidorus triplici acumine scientie vigent demones scꝫ subtilitate nature experientia temporum: reuelatione supernorum spirituũ. De hoc etiã Augustinus ait. Spiritus mali quedã vera de temporalibus rebus noscere permittunť partim subtilitate sensus: partim experiẽtia temporũ calidiores ꝑpter tã magnã longitudinem vite: partim sanctis angelis quod ipsi ab omnipotenti deo discunt iussu eius sibi reuelantibus. Aliqñ aũt ijdem nefandi spiritus et q̃ facturi sunt velut diuinando predicunt.

¶ Qđ magice artes virtute et scientia diaboli valent que virtus et scientia est ei data a deo vel ad fallendum malos vel ad monendũ vel exercendum bonos. F

Exod. viij.

Quorum sciẽtia atqꝫ virtute etiam magice artes exercentur quibus tamen tam scientia ꝙꝫ potestas a deo data est vel ad fallendum fallaces: vel ad monendũ fideles: vel ad exercendam probandamqꝫ iustorum patientiã. Unde Augu. in libro. iij. de trinitate. Video inquit infirme cogitationi qđ possit occurrere: cur scꝫ ista miracula etiã magicis artibus fiant. Nam et magi pharaonis serpentes fecerunt et alia: sed illud est amplius admirandum quomodo magorũ potentia que serpentes facere po-

tuit vbi ad muscas minutissimas scilicet cinifes ventum est omnino defecit qua tertia plaga egyptus cedebatur. Ibi certe defecerunt magi dicentes. Digitus dei est hic. Unde intelligi datur nec ipsos quidem transgressores angelos et aereas potestates in imam istam caliginem tanquam in sui generis carcerem ab illius sublimis etheree puritatis habitatione detrusos: per quos magice artes possunt quicquid possunt: non autem aliquid valere possunt: nisi data desuper potestate. Datur autem vel ad fallendum fallaces sicut in egyptios: et in ipsos etiam magos data est vt in eorum spirituum operatione viderentur admirandi a quibus fiebant damnandi: vel admonendum fideles ne tale aliquid facere pro magno desiderent: propter quod etiam nobis in scriptura sunt prodita vel ad exercendam probandam manifestandamque iustorum patientiam.

¶ Quod transgressoribus angelis non seruit ad nutum materia rerum visibilium.

S

Nec putandum est istis transgressoribus angelis ad nutum seruire hanc visibilium rerum materiam: sed deo potius a quo hec potestas datur quantum incommutabilis iudicat.

¶ Quod non sunt creatores licet per eos magi ranas et alia fecerint: sed solus deus.

T

Nec sane creatores illi mali angeli dicendi sunt quia per illos magi ranas et serpentes fecerunt: non enim ipsi eas creauerunt. Omnia quippe rerum que corporaliter visibiliterque nascuntur occulta quedam semina in corporeis mundi huius elementis latent: que deus originaliter eis indidit. Ipse ergo creator est omnium rerum qui creator est inuisibilium seminum: quia quecunque nascendo ad oculos nostros exeunt ex occultis seminibus accipiunt progrediendi huius primordia et incrementa debite magnitudinis distinctionesque formarum ab originalibus (vt ita dicam) regulis sumunt. De seminibus omnium corporum quorum creator ipse solus creator est.

¶ Sicut parentes non dicuntur creatores filiorum nec agricole frugum: ita nec boni angeli nec mali et si per eorum ministerium fiant creature.

I

Sicut ergo nec parentes dicimus creatores hominum nec agricolas creatores frugum: quamuis eorum extrinsecus adhibitis motibus ista creanda dei virtus interius operetur: ita non solum malos sed nec bonos angelos fas est putare creatores. Sed pro subtilitate sui sensus corporis semina istarum rerum nobis occultiora nouerunt: et ea per congruas temperationes elementorum latenter spargunt: atque ita et gignendarum rerum et accelerandorum incrementorum prebent occasiones. Sed nec boni hec nisi quantum deus iubet: nec mali hec iniuste faciunt: nisi quantum iuste ipse permittit. Nam iniqui malitia voluntatem suam habent iniustam potestatem autem non nisi iuste accipit siue ad suam penam: siue ad aliorum: vel penam malorum: vel ad laudem bonorum. Iniquus habet a se voluntatem malam a deo vero potestatem iuste accepit.

¶ Sicut iustificationem mentis ita creationem rerum solus deus operatur: licet creatura extrinsecus seruiat.

K

Sicut ergo mentem nostram iustificando formare non potest nisi deus predicare autem extrinsecus euangelium etiam homines possunt non solum boni per veritatem: sed etiam mali per occasionem: ita crea-

tionem rerum visibilium deus interius operatur. Exteriores autem operationes atq; cōtemplationes siue occasiones ab angelis tam bonis q̃ malis vel etiam ab hominibus adhibentur. Sed hec ab hominibus tanto difficilius adhibentur: q̃tum eis desunt sensuū subtilitates et corporum mobilitates in membris terrenis et pigris. Unde qualibuscunq; angelis vicinas causas ab elementis contrahere quanto facilius est: tanto mirabiliores in huiusmodi operibus eorum existunt celeritates sed non est creator nisi qui principaliter ista format nec quisq; hoc potest nisi vnus creator deus. Aliud est enim ex intimo ac summo causarū cardine condere atq; administrare creaturam: qđ facit solus creator deus. Aliud autem pro distributis ab illo viribus ac facultatibus aliquam operationem forinsecus admouere: vt tūc vel tūc: sic vel sic exeat qđ creatur. Ista quippe originaliter et primordialiter in quadam textura elementorum cuncta iam creata sunt: sed acceptis oportunitatibus postea prodeunt.

¶ Qđ angeli mali multa possunt per nature vigorem que non possunt propter bonorum angelorum et dei prohibitionē. id est quia nō permittuntur. 2

Illud quoq; sciendum est ꝙ angeli mali quedam possunt per nature subtilitatem: que tamen non possunt propter dei vel bonorum angelorum prohibitionem. id est quia non permittuntur illa facere a deo vel ab angelis bonis: possent vtiq; fecisse ciniphes qui ranas serpentesq; fecerunt. Quedam vero non possunt facere: etiam si permittantur ab angelis superioribus quia non permittit deus. Unde Augustinus in libro .iij.

Aug. c. vj. de trinitate. Ex ineffabili potentatu dei fit vt quod possent mali angeli si permitterentur ideo non possunt: quia non permittūtur. Nec occurrit alia ratio cur non poterant facere ciniphes qui ranas serpentesq; fecerunt nisi: q: maior aderat dominatio prohibentis dei per spiritūsanctū qđ etiam magi confessi sunt dicentes. Digitus dei est hic. Quid autē per naturam possint. nec possunt propter prohibitionem: et quid per ipsius nature sue conditionem facere non sinantur: homini explorare difficile est immo impossibile. Nouimus hominem posse ambulare: et neq; hoc posse si non permittatur: volare autem non posse etiam si permittatur. Sic et illi angeli quedā possunt facere si permittantur ab angelis potentioribus ex imperio dei. Quedam vero non possunt etiam si ab eis permittantur: quia ille non permittit a quo est illis talis nature modus: qui etiā per angelos suos illa plerūq; non permittit que concessit vt possint.

Quare non potuerūt p̄ducere ciniphes q̃ ranas et serpētes fecerunt. Exod. viij.

¶ Utrum angeli omnes corporei sint quod quibusdā visum est. quibus Augustinus consentire videtur dicens angelos oēs ante casum habuisse corpora tenuia et spūalia sed in casu mutata in deterius malorum corpora vt in eis possent pati. A

Dist. viij. De ptāte dmonū quā hñt sup corpora siv̄a humanis. Aug. i. ij. l. retractationū q̄dā loco dič dmones aliq̄n hoīs dispositiões h̃ so vocē p̄ba

Solet etiam in questione versari apud doctos vtrum angeli omnes boni. scz ac mali corporei sint. id est corpora habeant sibi vnita. Quod aliqui putant innitentes verbis Augustini qui dicere videtur ꝙ angeli omnes ante confirmationē vel lapsum corpora aerea habuerint de puriori ac superiore aeris parte formata: ad faciendū habilia non ad patiendum et angelis bonis qui perstiterūt talia sunt obseruata corpora: vt in eis possint facere et nō pati: q̃ tāte sunt tenuitatis vt a mortalibus videri non valeāt nisi superinducta aliqua grossiori forma: qua assumpta videntur depositaq; videri desinunt. Ange

lis vero malis mutata sunt in casu corpora in deteriorem qualitatem spissioris aeris. Sicut enim a loco digniori in inferiorem locum. id est in caliginosum aerem deiecti sunt: ita illa corpora tenuia mutata sunt et trasformata in deteriora corpora et spissiora: in quibus pati possent in superiori elemento. id est ab igne. Et hoc Augustinus sensisse videtur super Gen. ita di ens. Demones dicuntur aerea animalia qui corporum aereorum natura vigent: nec per mortez dissoluuntur: quia preualet in eis elementum aptius ad faciendum ꝙ ad patiendum. Ad patienduz enim humor et humus: ad faciendu3 aer et ignis aptitudinem prebent. Transgressores vero angeli cum principe suo nunc dyabolo tunc archangelo: non mirum si post peccatum in hanc caliginem detrusi sunt. Neqꝫ etiam hoc mirum est si conuersi sunt ex pena in aeream qualitatem qua possunt ab igne pati. Caliginosa tamen aeris tenere tantum permissi sunt qui eis quasi carcer fit vsqꝫ ad tēpus iudicij. Ecce his verbis videtur Augustinus ita tradere quod quidam opinantur de corporibus angelorum. Hoc autem eum alij dixisse astruunt non ita sentiendo: sed opinionē aliorum referendo quod ex ipsius verbis dijudicari volunt: quibus ait. Demones dicuntur aerea animalia non ait sunt: ita enim quidam dicebant. De habitatione vero caliginosi aeris in quem detrusi sunt non opinando: sed rei veritatem asserendo eum tradidisse dicunt quod ipsius locutionis distinctio ostendit. Dicunt quoqꝫ plurimos catholicos tractatores in hoc conuenisse atqꝫ id concorditer docuisse ꝙ angeli incorporei sunt: nec corpora habent sibi vnita. Assumunt autem aliquando corpora deo preparante ad impletionem ministerij sui sibi a deo iniuncti eademqꝫ post expletionem deponunt: in quibus corporibus hominib' apparuerũt atqꝫ locuti sunt. Et aliquando quidem locuti sunt ex persona dei sine distinctione alicuius persone: aliquando ex ꝑsona patris vel filij siue spiritussancti.

spũs tas verũ et cogitatiõe ↄceptas cũ ligna q̃dã et aio expcens natura munt i corpore tota facultate ꝑ cũ discere. tũc rez dixi oc cultissimaz audaciori assertiõe ꝙ debui nã ꝑuenire ista ad notitiã demonum ꝑ nonnulla experimenta cõptũ ẽ. si vtriqꝫ q̃dã sig dek ex corpe cogitatiũ illi insibilia: nos auertia an al'a

¶ Qd deus in corporalibus illis antiquis formis apparuit.

Nec dubitandum est deum in corporalibus formis apparuisse hominibus: sicut Augustinus in secundo libro de trinitate ostendit conferens diuersa scripture testimonia ex quibus deum in corporeis figuris holbus apparuisse probat: et aliqñ ex ꝑsona dei sine distinctõe: aliquando sub distinctione personarum sermonem eis factum esse.

B vt spũalia ista cognoscat. An difficile ab hominib' nullaten' põt inueniri. Quibusdã videt Aug. nõ ita sentiẽdo dixisse sed opinionẽ aliorũ recitado

¶ De perplexa questione quam ponit Augustinus querens an ad exhibendum has corporales apparitiones creatura noua sit formata. an angeli qui ante erant missi: et si ipsi missi sunt: vtruz seruata sui spiritualis corporis qualitate aliquam speciem corporalem de corpulentiori materia assumpserint an proprium corpus suũ mutauerint in speciem actioni sue aptam. C

Sed vbi deum hominibus in corporalibus imaginibus apparuisse asserit: perplexam questionem proponit quã nec absoluit: querens: vtrum in illis corporalibus apparitionibus creatura aliqua crearet ad illud opus tantum in qua deus hominibus appareret. An angeli qui ante erant ita mitterentur. vt manentes in suis spiritalibus corporibus assumerent ex corpulenta inferiorum elementorum materia aliquam speciez corporalē: quã coaptatã q̃si aliquã vestē mutarēt in quaslibet species corporales veras q̃dē. An corp' suũ ꝓpriũ verterēt in species aptas actionib' suis ꝑ virtutē sibi a deo datã. Ait enĩ ita Aug. in. iij. li. de tri. Querēdũ ē in illis antiquis corporalibus formis et visis; vtrũ ad hoc opus tantũ crea=

Questio. ij.

Dō. iij. Aug. ꝯ tri. li. iij. ca. j.

tura formata sit in qua deus sicut tunc oportuisse indicauit humanis ostē-
deretur aspectibus an angeli qui iam erant ita mittebantur vt ex persona
dei loquerentur assumentes corporalem speciem de creatura corporea in
vsum ministerij sui: aut ipsum corpus suum cui non subduntur: sed sub-
ditum regunt mutantes atqꝫ vertentes in species quas vellent accommo-
Cōcedēdō datas atqꝫ aptas actionibus suis secundū attributam a creatore sibi po-
est āgelos tentiam. Sed fateor excedere vires intentionis mee: vtrum angeli manente
mitti ꝫ re- spirituali sui corporis qualitate p hanc occultius operantes assumant ex
liqua expe inferioribus elementis corpulētioribus corpus quod sibi coaptatū quasi
riri nō suf- aliquam vestem mutent et vertent in quaslibet species corporales et ipsas
ficit. veras: sicut aqua vera in vinū verū cōuersa est a dño. An ipsa propria cor-
pora et sua transforment in id quod volunt accōmodatū ad id qđ agunt.
Sed quid horū sit (qm̄ homo sum) nullo experimento comprehendere va-
leo: sicut angeli qui hoc agunt. Attende lector quia questionē propositam
non soluit: sed indiscussam reliquit vtrū angeli qui mittebantur seruatis
Johan.ij. suis proprijs spiritualibus corporibus superuestirentur aliqua corpulen-
tiori specie in qua possent videri: an ipsum corpus mutarent et transforma-
rent in quācunqꝫ vellent speciem in qua possent cerni. In quibus verbis vi-
detur Augustinus attestari angelos esse corporeos ac propria et spiritua-
lia habere corpora.

¶ Quod deus in specie quā est deus nunqꝫ mortalibus apparuit. D

Ceterū hec velut nimis profunda atqꝫ obscura relinquen-
tes illud indubitanter teneamus: ꝙ deus in specie essentie sue nunqꝫ mor-
talibus apparuit: sicut famulo suo Moysi dicit. Non videbit me homo et
viuet. Et in euangelio. Johan. legitur. Deum nemo vidit vnqꝫ. Uisibile em̄
Exo.xxxiij. quicqꝫ non est quod non sit mutabile. Ideo substantia siue essentia dei qm̄
Johan.j. nullo modo mutabilis est nullo modo per seipsam visibilis est. Proinde illa
omnia que patribus visa sunt cum deus illis p̄ntaretur per creaturam fa-
cta esse manifestum est. Et si nos latet quomodo ea ministris angelis fece-
rit deus per angelos tamen facta esse dicimus. Audeo ergo fiducialiter di-
cere nec deum patrem nec verbum eius: nec spiritum eius qui est vnus de⁹
per id quod est atqꝫ idipsum est vllomodo esse mutabilē: ac p hoc multomi-
nus esse visibilem.

¶ Utrum demones intrent corpora hominum substantialiter an il-
labantur mentibus hominum. E

Illud etiam consideratione dignissimū videtur vtrum de-
mones siue corporei siue incorporei sint hominū substantialiter intrēt cor-
pora eorūqꝫ animabus illabant: an ideo intrare dicantur: quia malicie sue
ibi effectum exercent dei permissione opprimendo atqꝫ vexando eas: vel in
Mat.viij. peccatū pro voluntate sua trahendo. Quod in homines introeant atqꝫ ab
Marc.j. eis expulsi exeant euangeliū aperte declarat cōmemorans demonia i quos-
Luce.ij. dam ingressa et per christum eiecta: sed vtrū fm̄ substantiā fuerint igressa:
an propter mali effectū dicantur ingressa: non adeo perspicuum est. De hoc
autem gēnadius in diffinitionibus ecclesiasticoꝝ dogmatū ait. Demones
per energiā operationē non credimus substantialiter illabi anime: sed ap-
plicatione et oppressione vniri. Illabi autem menti illi soli possibile est q̄
Beda. creauit qui natura subsistens incorporeus capabilis est sue facture. Ecce
Act.v. hic videtur insinuari ꝙ substantialiter non illabantur demones vel intro-
eant corda hominū. Beda quoqꝫ super illum locum. Act. apostolorum vbi

Petrus ait Ananie. Cur tentauit sathanas cor tuum? Dicit. Notandum q mentē hominis iuxta substantiā nihil implere possit nisi creatrix trinitas quia tantūmodo ẽm operationem et voluntatis instinctū anima de his q̃ sunt creata impletur. Implet vero sathanas cor alicuius non quidē ingrediens in eum et in sensum eius: neq introiens aditum cordis (si quidē potestas hec solius dei est) sed callida et fraudulenta deceptione animā in effectum malicie trahens per cogitationes et incentiua viciorū quibus plenus est. Impleuit ergo sathanas cor Ananie non intrando: sed malicie sue virus inferendo. Idem. Spiritus immūdus flāma virtutū de cordibus fidelium expulsus doctoribus veritatis venenū persecutionis infundit. His auctoritatibus ostendit q demones non substantialiter intrant corda hominū sed propter malicie effectum: a quibus pelli dicuntur: cuȝ nocere non sinuntur.

¶ De ordinū distinctione qui et quot sunt. A

Post predicta superest cognoscere de ordinibus angelorū quid scriptura tradat. Que in pluribus locis nouē esse ordines angelorū promulgat. s. angelos: archangelos: principatus: potestates: virtutes: dominatiōes: thronos cherubin ꝛ seraphin. Et inueniuntur in istis ordinibus tria terna esse. Et in singulis tres ordines vt trinitatis similitudo in eis insinuetur impressa. vnde Dionisi⁹ tres ordines angelorū esse tradit: ternos in singulis ponens. Sunt eīm tres superiores: tres inferiores: tres medij. Superiores seraphin: cherubin: throni: Medij: dominationes: principatus: potestates. Inferiores virtutes: archangeli: angeli.

Distinc.ix. De cōseqn-tib⁹ ɔfirmatione angelorū bonorū ꝑrū ad ordinū distinctionem. Diony. li. j de celesti. hierar.

¶ Quid appellatur ordo: ꝛ que sit ratio nois cuiusq. B

Hic considerandū est quid appelletur ordo. Deinde vtrū ab ipsa creatione fuerit distinctio illorū ordinū. Ordo āgelorū dicit multitudo celestium spirituū qui inter se in aliquo munere gratie similātur. sicut et in naturalium datorū munere conueniunt. Ut verbi gratia. Seraphin dicuntur qui pre alijs ardent charitate. Seraphin enim interpretatur ardēs vel succedens. Cherubin qui pre alijs in scientia eminent. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientie. Thronus dicitur sedes. Throni aūt vocātur (vt beatus Gregor. ait) qui tanta diuinitatis gratia replentur vt in eis sedeat deus: et per eos iudicia decernat atq informet. Dominationes vocantur qui principatus et potestates transcendunt. Principatus dicuntur qui sibi subiectis que sunt agenda disponunt eisq ad explenda diuina misteria principātur. Potestates nominantur hi qui hoc ceteris potenti⁹ in suo ordine acceperunt: vt virtutes aduerse eis subiecte eorum refrenentur potestate: ne homines tantum tentare valeant q̃tum desiderant. Uirtutes vocant illi per quos signa et miracula frequenter fiunt. Archangeli q maiora nunciant. Angeli qui minora. Gregorius

¶ Quod hec nomina non propter se sed propter nos eis data sunt que sumpta sunt a donis gratie que non habent singulariter sed excellenter et a precipuis nominantur. C

Hec nomina illis non propter se: sed propter nos eis data sunt. Qui enim sibi noti sunt contemplatione: nobis innotescunt cognominatione. Et nominantur singuli ordines a donis gratiarum: que non singulariter sed excellenter data sunt in participatione. In illa enim celesti cu

ria vbi plenitudo boni est: licet quedam data sint excellenter nihil tamen possidetur singulariter. Omnia enim in omnibus sunt: non quidē equaliter quia alij alijs sublimius possident: que tñ omnes habēt. Cunctꝗ oia dona gratiarū superiores ordines sublimi⁹ et pfectius pceperint: tamen ex preci puis sortiti sunt vocabula inferioribus cetera relinquentes ordinib⁹ ad co gnominationē vt seraphin qui ordo excellentissimus estimat: tā dilectio nē ꝗ cognitionē diuinitatis et cetera virtutū dona ceteris oibus sublimi⁹ et pfectius pcepit. et tamen ab excellentiori dono.i.a charitate nomen acce pit ille superior ordo. Maius em̄ donū est ipsa charitas ꝗ sciētia. Itē ma ius est scire ꝗ iudicare: scientia nāꝗ informat iudiciū. Ideoꝗ secundus or do a secundo dono.i.cognitione veritatis appellatus est.s.cherubin: ita ꝛ de alijs intelligendū est. Assignat ergo excellentia ordinū ƀm excellentiā donorū: et tamen sicut Greg. ait: illa dona oibus sunt cōmunia. Omnes em̄ ardent charitate: et scientia pleni sunt: sic et de alijs. Sed supiores alijs ex cellentius vt iam dictū est ipsa acceperunt a quibus et nominantur. vnde Grego. In illa summa ciuitate quisꝗ ordo eius rei censet nomine: quā ple nius accepit in munere.

¶Questio ex verbis Greg. orta. D

Sꝫ oritur hic questio talis. Si quis ordo ab illo dono no minatur quod plenius possidet: tunc cherubin in scientia pminet oibus: quia a sciētia nominat. Sed qui magis diligit plus cognoscit. Tūc em̄ (vt tradit auctoritas) cognoscit ibi quisꝗ ꝗtū diligit. Itaꝗ seraphin non so lum in charitate: sed etiā in scientia pmineat. Ideoꝗ auctoritas illa sicut intelligenda vt cōparatio non referat ad oēs ordines sed ad quosdam scꝫ

Explanatō illi⁹ auctoritatis. inferiores. Ille em̄ ordo non plenius seraphin accepit scientiā in munere: sed plenius alijs ordinibus qui sunt inferiores. Nec nominat quisꝗ ordo ab oi re: quā plenius alijs accepit: sed ab aliqua rerū quas accepit. Uel po test cōparatio referri nō ad ipsos ordines: sed ad alia dona: nec ad omnia alia dona sed ad quedā. Sicut enim homines cum plura habeant dona: q dā alijs excellētius possidēt ita forte et angeli quibusdā muneribꝰ magis

Alia determinatio eiusdem. pollent: et alijs quibusdam minus.

¶Utrū ordines ab initio creationis ita distincti fuerint. E

Iā nunc inquirere restat: vtrum et isti ordines a creatio nis initio ita fuerint distincti. Qđ ita fuerint distincti a primordio sue con ditionis videtur testimonio auctoritatis insinuari: que tradit de singulis ordinibus aliquos cecidisse. De ordine nāꝗ superiori lucifer ille fuit: quo

Ezechiel. xxviij. Ephe.vj. nullus dignior conditus fuit. Apostolus etiam principatus et potestates tenebrarū nominat ostendens de ordinibus illis cecidisse: qui eū in malis ministeriū exercent: non tñ penitus noibus ordinū suorū priuati sunt. Sꝫ non vr̄ illud posse stare. Non em̄ tūc charitate ardebāt: nec sapiētia polle bant: neꝗ in eis deus sedebat. Si enim hoc habuissent non cecidissent. Nō ergo tunc erant cherubin vel seraphin vel throni. Ad quod dicimus quia ante casum quorūdam non erant isti ordines: quia nondum habebant do

Qđaŭ casū na in quorū participationibus conueniunt. Sed quibusdam cadentibus
q̄rūda fue alijs apposita sunt: eisꝗ qui ceciderunt collata fuissent eadem dona si per
rit hi ordi stitissent. Ideoꝗ scriptura dicit de singulis ordinibus aliquos cecidisse:
nes qz non non quia fuissent in ordinibus ꝛ postea corruerint: sed quia si perstitissent
hēbāt dōa eorum aliqui in singulis fuissent ordinibus: qui et in nature tenuitate et

in forme perspicacitate differentes gradus habebant sicut illi qui perstiterunt. Alij enim vt prediximus superiores: alij inferiores conditi sunt. Superiores qui natura magis subtiles et sapientia magis perspicaces inferiores qui natura minus subtiles: et intelligentia minus perspicaces facti sunt. Has autem inuisibiles differentias inuisibiliu solus ille ponderare potuit qui omnia in numero et mensura et pondere disposuit. i. in seipso q est mensura omni rei modum prefigens et numerus omni rei spem prebes et pondus omne rem ad stabilitatem trahens. i. terminans et formas et ordinans omnia.

gre q quibus dam cadentibus alia apposita sunt. Sap. xi.

¶ Utrum oes angeli eiusde ordinis sint equales. F

Preterea cosiderari oportet: vtrum omnes angeli eiusdem ordinis equales sint: ita esse quibusdam placuit: sed non est hoc probabile nec assertione dignu: quia lucifer qui fuit de collegio superioru ipsis et dignior extitit qui alijs excellentiores creati fuerant. Ex quo percipit q si perstitisset in ordine superioru fuisset: et alijs eiusdem ordinis dignior extitisset. Sicut enim vnus est ordo apostolorum et alter martyru: et tamen in apostolis alij alijs sunt digniores: similiter et i martyribus alij alijs sunt superiores: ita et in ordinibus angeloru recte creditur esse.

per se Leo dit no oms eiusde ordinis pares esse.

¶ Quomodo dicat scriptura decimum ordinem ex hominibus compleri: cum no sint nisi nouem ordines. G

Notandu etiam q decimus ordo legitur de hominibus restaurandus. Sed cum non sint nisi nouem ordines: nec plures fuissent etiam si illi qui ceciderunt perstitissent: mouent lectores quomodo scriptura dicat decimum ordinem compleri ex hominibus. Grego. naq ait homines assumendos in ordine angelorum: quorum alij assumuntur in ordine superioru: qui sc3 magis ardent charitate: alij in ordine inferiorum: qui. s. minus perfecti sunt. Ex quo apparet non esse de hominibus formandu decimu ordinem: tanq nouem sint angeloru et decim⁹ hominu sed homines pro qualitate meritoru statuendos in ordinibus angeloru. Quod ergo legitur decimus ordo complendus de hominibus: ex tali sensu dictum fore accipi potest: quia de hominibus restaurabit quod in angelis lapsum est: de quibus tot corruerunt vt posset fieri decimus ordo. Propter quod Apostolus dicit restaurari omnia in christo que in celis: et que etiam in terris sunt: q per christum redemptum est genus humanum: de quo fit reparatio ruine angelice: tamen non minus saluaretur homo si angelus no cecidisset.

Greg. omel xxxiiij.

Ephe. i.

¶ Quod homines assumuntur iuxta numerum stantium non lapsorum. H

Non enim iuxta numeru eorum qui ceciderunt sed eorum qui permanserunt homines ad beatitudinem admittuntur. Unde Gregorius. Superna illa ciuitas ex angelis et hominibus constat: ad quam credimus tantos humani generis ascedere: quantos illic contigit angelos remansisse sicut scriptum est in cantico Deuteronomij. Statuit terminos populorum iuxta numeru angelorum dei.

Deut. xxxii.

¶ Quida dicut sm numeru lapsoru angeloru hoies reparandos. I

A quibusda tn putat q hoies reparetur iuxta numerum angeloru qui ceciderunt: vt illa celestis ciuitas nec suoru ciuium numero

priuetur:nec maiori copia regnet. Quod Augustinus in Enchi. sentire vr non asserens de hoibus plus saluari quam corruit de angelis: sꝫ nō inīn ita dicens. Superna hierusalem mater nostra ciuitas dei: nulla ciuiū suorum numerositate fraudabitur. aut vberiore etiaꝫ copia fortasse regnabit. Neqꝫ enī numerum aut sanctorum hominum: aut inmundorum demonū nouimus: in quorum locum succedentes filij catholice matris que sterilis apparebat in terris in ea pace de qua illi ceciderunt sine vllo temporis termino permanebunt. Sed illorum ciuium numerus siue qui est siue q̄ fuit siue qui futurus est in contemplatione eius artificis est qui vocat ea que
Rom. iiij. non sunt tanq̄ ea que sunt. Ecce aperte dicit non minus de hominib⁹ saluari q̄ corruit de angelis: sed plus non asserit.

¶ An oēs spūs celestes mittant: ⁊ ponit duas opiniones ⁊ authoritates quibus innituntur. A

Disti. x. De ministeriorum missione āgelorū.
Hoc etiam inuestigandum est vtrum omnes illi celestes spiritus ad exteriora nuncianda mittantur. Quidam putant aliquos in illa multitudie esse qui foras pro officio exeūt: alios qui intus semper assistunt: sicut scriptum est in Daā. Milia milium ministrabant ei: ⁊ decies centena milia assistebant ei. Iteꝫ Dionys. in hierarchia que sacer principatus dicitur: de prelatione spirituū ait. Superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt quoniam q̄ preeminent vsum exterioris officij nunq̄ habent. His authoritatibus innituntur qui angelos dicant non mitti nisi inferiores inficiantur.

(margin: Ministrū ad angelos ministrantes. Dan. vj. Dionysi⁹.)

¶ Obiectio contra illos. B

Esaie. vj. Quibus obijcitur quod Esaias ait. Uolauit ad me vnus de seraphin: qui ordo superior est ⁊ excellentior. Ideoqꝫ si de illo ordine mittuntur: non est ambigendum quin etiam ⁊ de alijs mittantur. Aposto
Heb. j. lus quoqꝫ ait. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi:
Jo. xv. exiui a patre. His testimonijs asserunt quidam omnes angelos mitti: nec debet idignū videri si etiam superiores mittantur: cum ⁊ ille qui creator est omniuꝫ ad hec inferiora descenderit.

¶ Questio si omnes mittuntur: cur vnus tantum ordo nomine angelorum censetur. C

Hic oritur questio si omnes mittūtur ⁊ nuncij dei existūt
Responsio quorūdaꝫ quare vnus tantum inter nouem ordines angelorum nomine censetur? Ad quod quidam dicunt omnes quidem mitti: sed alios sepius ⁊ quasi ex officio iniuncto: qui proprie angeli vel archangeli nominantur: alios vero rarius mitti. s. maiores causa extra communem dispensationem aborta: qui cum angelorum ministerium suscipiunt etiam nomen assumunt. vnde in Psal. Qui facit āgelos suos spūs: q: illi qui natura spūs sunt: aliq̄
Ps. ciij. angeli. i. nuncij fiunt.

¶ Putant quidam Michael/Gabriel/Raphael/de superiori ordine fuisse: ⁊ sunt noīa spirituum ⁊ non ordinum. D

Et putant illi Michael: Gabriel: Raphael: de superiori ordine fuisse. Michael interpretatur quis vt deus Gabriel fortitudo dei. Raphael medicina dei. nec sunt ista nomina ordinum sed spirituum. Et dicunt quidā singulum horum vnius proprie ac singulariter spiritus esse nomen. Alij vero non vnius singulariter ⁊ determinate: sed nunc huius ⁊

nunc illius esse nomen secundum qualitatem eorum ad que nuncianda
vel gerenda mittuntur sicut ⁊ demonum quedaꝫ nomina sunt que quidā
putant esse vnius propria: alijs vero pluribus communia. Dyabolus ꝙp
pe qui grece ita vocatur: ⁊ criminator interpretatur vel deorsum fluēs he=
braice dicitur sathan.i.aduersarius. Dicitur ⁊ belial.i. apostata ⁊ absqꝫ Le.x.
iugo. dicitur etiam leuiathan.i.additamentum eorum/ ⁊ alia plura repe I.Cor.vi.
ries nomina que vel vnius spiritus sunt propria vel pluribus cōia iob.3.⁊.iiij

¶ Quomodo determinent predictas authoritates q̄ videntur ad=
uersari qui dicunt omnes angelos mitti. E

Qui autem omnes angelos mitti asserunt premissas au=
thoritates Danielis.f.⁊ Diony.ita determinant. Dicitur superiora agmi
na deo assistere: ⁊ ab intimis nunqꝫ recedere non quin aliquando mittant
sed quia rarissime ad exteriora prodeunt: neqꝫ tunc ab intimis recedūt: sꝫ
dei presentie ⁊ contēplationi semper assistunt quod etiam faciunt qui fre
quenter mittuntur.

¶ Quos alij dicant mitti ⁊ quos dicant non mitti cum determina
tione authoritatum que videntur sibi aduersari. F

Alij vero dicunt tres ordines supremos: scꝫ Cherubin:
seraphin/ ⁊ thronos ita creatori assistere: ꝙ ad exteriores nō exeunt. Infe
riores autem tres ad exteriora mitti. Tres vero medios inter vtrosqꝫ consi
stere non modo dignitate vel loco sed etiam officio: quia preceptum diui=
num a superioribus accipiunt ⁊ deferunt ad inferos. Ideoqꝫ cum supremi
medijs: ⁊ medij imis atqꝫ hi hominibus preceptum dei nuncient meri= Hebr.i.
to omnes angeli noiari debent. Et ob id forte apostolus ait. Omnes spūs
administratores esse filij ⁊ mitti in ministerium. vel per omnes non singu
les ordines: sed de inferioribus ordinibus singulos angelos complexꝰ est
Illud vero quod Esaias ait per verba Dionysij determinant dicentes. Hi
spiritus qui mittuntur percipiunt horum vocabulum: quorum gerunt offi
cium. Unde dicunt illum angelum qui missus est ad esayam vt mundaret
⁊ incenderet labia prophete fuisse de ordine inferiorum. Sed ideo dictꝰ est
fore de seraphin quia veniebat incendere ⁊ consumere delicta esaie

¶ Quod queqꝫ aia hꝫ angelum bonum ad sui custodiam delegatū
⁊ malum ad exercitium: A

Illud quoqꝫ sciendum est ꝙ angeli boni deputa= Dist.xi.
ti sunt ad custodiam hominum ita vt quisqꝫ electorum habeat De angelo
angelum ad sui profectum atqꝫ custodiam specialiter delegatū rū ministe=
Unde in euangelio veritas a pusillorum scandalo prohibēs ait rio ⁊ missio
Angeli eorum semper vident faciem patris. Angelos dicit eorum esse qui ne ꝑ ꝯpatō
bus ad custodiam deputati sunt. Super quem locum Hieronymus tra= nē ad hōeꝫ
dit vnamquamqꝫ animam ab exordio natiuitatis habere angeluꝫ ad sui cui mīstrāt
custodiam deputatum inquiens ita. Magna dignitas animarū est vt vna Mat.xviij.
queqꝫ habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum. Hiero.
Gregorius quoqꝫ dicit. Quod quisqꝫ bonum angelum sibi ad custodiā de
putatum: ⁊ vnum malum ad exercitium habet. Cum enim omnes ange= Grego.
li boni nostrum bonum velint communiterqꝫ saluti omnium studeant. ille Thobie.i.
tamen qui deputatus est alicui ad custodiam: eum specialiter hortatur vi.⁊.vij.
ad bonum: sicut legitur de angelo Thobie ⁊ de angelo Petri in actibus Actuū.xij
apostolorum. Similiter ⁊ mali angeli cum desiderent malum hominum/

magis tamen hominem ad malum incitat: ad nocendum fortius instat ille qui ad exercitium eius deputatus est.

¶ Utrum singulis hominibus singuli angeli an pluribus deputatus sit vnus. B

Solet etiam queri vtrum singuli angeli singulis hominibus an vnus pluribus ad custodiam vel exercitium deputatus sit. Sed cum electi tot sint quot et boni angeli sunt plures constat esse omnes simul bonos et malos homines quam boni angeli sint. Et cum tot sint electi quot angeli boni: et angeli boni plures sint quam mali pluresque sint homines mali quam boni non est ambigendum plures esse bonos homines quam sint mali angeli: et plures esse malos homines quam sint mali angeli/vel boni angeli.

Arguit quod non

¶ Confirmat vnum angelum pluribus hominibus deputari siue simul siue temporibus diuersis. C

Ideoque dici oportet vnum eundem angelum bonum vel malum pluribus hominibus deputari ad custodiam vel exercitium siue eodem tempore siue diuersis temporibus. Ideo autem dicimus eodem tempore vel diuersis temporibus: quia videtur quibusdam quod omnes homines qui sunt simul in aliquo tempore singuli singulos angelos habere possunt bonos vel malos quia licet maior sit numerus hominum computatis in vnum omnibus qui fuerunt et sunt et futuri sunt quam angelorum: tamen quia homines decedentibus hominibus succedunt: et ideo nunquam simul sunt in hac vita. Angeli vero nunquam decedunt: sed simul omnes sunt: ideo esse potest vt singuli homines dum in hac vita sunt: singulos habeant angelos bonos vel malos ad sui custodiam vel exercitium destinatos. Ceterum siue ita sit siue non: non est dubitandum vnumquemque habere angelum sibi deputatum siue pluribus simul destinatus sit siue vni singulariter. Nec est mirandum vnum angelum pluribus hominibus ad custodiam deputari cum vni homini plurium custodia deputetur: ita vt eorum quisque suum dicatur habere primum vel episcopum vel abbatem.

¶ Utrum angeli proficiant in merito vel in premio vsque ad iudicium. D

Preterea illud considerari oportet: vtrum angeli boni in premio vel in merito proficiant vsque ad iudicium. Qui in meritis proficiant: atque quotidie magis ac magis mereantur quibusdam videtur: ex eo quia quotidie hominum vtilitatibus inseruiunt: eorumque profectibus student. Quibus etiam nihilominus videtur quod et in premio proficiant. scilicet in cognitione et dilectione dei. Licet enim (vt aiunt) in confirmatione beatitudinem acceperint eternam atque perfectam augetur tamen quotidie eorum beatitudo: quia magis ac magis diligunt atque cognoscunt et est eorum charitas (qua deum et nos diligunt) et meritum et premium. Meritumque quia per eam et obsequia ex ea nobis impensa merentur: et in beatitudine proficiunt et ipsa eadem est premium: quia ea beati sunt.

Quibusdam videtur quod proficiant in vtroque
Nota quod hoc communiter magister non tenet vt habes retro in erroribus.

¶ Authoritatibus confirmant quod dicunt. E

Et quod angeli proficiant in cognitione ac per hoc in beatitudine testimoniis sanctorum confirmant. Dicit enim Esayas ex persona angelorum christi ascendentis magnificentiam admirantium. Quis est iste qui venit de edom tinctis vestibus de bosra. Et in psal. Quis est iste rex glorie? Ex quibus apparet quod mysterium verbi incarnati plenius cognouerunt angeli post impletionem quam ante. Et sicut in cognitione huius mysterij profecerunt: ita dicunt eos in deitatis cognitione proficere. Quod au=

Esay. lxiij
Psal. xxiij.

tem in huiusmodi mysterij cognitione profecerint euidenter docet Aposto
lus dicens. Que sit dispensatio sacramenti abscōditi a seculis in deo: vt Ephe.iij.
innotescat multiformis sapientia dei per ecclesiam principibus et potesta
tibus in celestibus. Super quem locum dicit Hieronymus. Angelicas di=
gnitates prefatum mysterium ad plenum nō intellexisse donec impleta est Hieroni.
passio xpi et apostolorum predicatio per gentes dilatata.

¶ Quod in hac sententia videt Aug. aduersari Hiero. F

His autem videtur contradicere Aug. super eundē locū Aug. origi
epistole dicens. Non latuit angelos mysterium regni celorum: quod opor nalr super
tuno tempore reuelatum est pro salute nostra. Illis ergo a seculis innotuit ne.li.ij.ca.
supra memoratum mysterium: quia omnis creatura non ante secula: sed a xix.
seculis est. Attende lector quia videntur dissentire in hac sententia illustres duo Determina
doctores. Ideoq; vt omnis repugnantia de medio tollatur: predicta verbarū tio pdicta
Haymonem sequentes ita determinemus: vt illis angelis qui maioris di autho
gnitatis sunt: et per quorum mynisterium illa nūciata sunt ex parte cogni ratum.
ta a seculis fuisse vtpote familiaribus et nuncijs. Illis vero qui minoris
dignitatis sunt incognita extitisse dicamus vsq; quo impleta sunt et per ec
clesiam predicata: et tunc ab omnibus angelis perfecte fuerūt cognita. Cō
stat itaq; omnes angelos in cognitione diuinorum mysteriorum secun=
dum processum temporis profecisse. Unde non incongruenter ipsi dicunt
angelorum scientiam ac beatitudinem augeri vsq; ad futuram consumma
tionem quando in scientia ac beatitudine ita perfectissimi erunt vt nec au
geatur amplius nec minuatur.

¶ Aliorum opinio qui dicunt angelos in quibusdam predictorum
non profecisse. G

Alij autem dicunt angelos in confirmatione tanta deita
tis dilectione atq; notitia fuisse preditos: vt in his vlterius nō profecerint
nec profecturi sint. Profecerunt tamen in scientia rerum exteriorum: sicut
in cognitione sacramenti incarnationis et huiusmodi. Sed non in contem
platione deitatis: quia trinitatem in vnitate: Atq; vnitatem in trinitate Qd sit pba
non plenius intelligunt siue intellecturi sunt: quam ab ipsa confirmatio bilius.
ne perceperunt. Ita etiam dicunt eos in charitate non profecisse post con=
firmationem: quia eorum charitas post ea non est aucta: et sic dicunt eos
non profecisse in meritis: sed hoc quantum ad vim merendi: sed non quan
tum ad numerum meritorum. Plura enim bona fecerunt postea que tunc
non fecerant: sed eorum charitas ex qua illa processerunt non est aucta ex
qua tantum meruerunt antequam ista adderentur quantum postea his
adiectis. Illud vero quod alij superius dicunt probabilius videtur scili
cet quod angeli vsq; ad iudicium in scientia et alijs proficiant.

¶ Quedam authoritates videntur obuiare probabiliori
sententie. H

Quibus tamen vidētur obuiare quarundā authoritatum
verba. Ait enim Isidorus de summo bono. Angeli in verbo dei oia sciunt Greg. dya=
anteq; fiāt: sed nec oēs nec oia perfecte angelos scire dixit: et iō eos in sciē logo.iiij.
tia pficere non remouit. Greg. in iiij. dialogorum ait. Quid est qd ibi nesciāt:

vbi scientem oia sciūt. Ubi videt dicere q oia sciant angeli et nihil sit qd nesciant. Sed accipiendum est hoc de his quorū cognitio beatum facit cognitorem vt sunt ea que ad misterium trinitatis et vnitatis pertinent.

¶ Post considerationem de angelis habitam: agitur de aliarum rerum creatione: et precipue de operum sex dierum distinctione. A

Dist.xij. De corpal' creature cōditiōe q̄tū ad pncipiū materiale et hec pductio dicit creatio. Gen.j.

Hec de euangelice nature cōditiōe dicta sufficiāt: nūc superest de aliarum quoq rerum creatione: ac precipue de operum sex dierum distinctione nonnulla in medium proferre. Cum deus in sapientia sua angelicos condidit spūs: alia etiā creauit: sicut ostendit supra dicta scriptura. Gen.j. dicit. In principio deus creasse celum.i.angelos: et terram.s.materiam quatuor elementorum adhuc cōfusam et informē que a grecis dicta est chaos. et hec fuit ante omnē diem. Deinde elementa distinxit deus et species proprias atq distinctas singulis rebus sm genus suum dedit: que non simul vt quibusdā sanctorum patrum placuit: sed per interualla temporum ac sex volumina dierū vt alijs visum est formauit.

¶ Qd sancti tractatores videntur super hoc quasi aduersa tradidisse: alijs dicentib⁹ omnia simul facta in materia et forma alijs per interualla temporum. B

Quidam nāq sanctorum patrum qui verba dei atq archana excellēter scrutati sunt: super hoc quasi aduersa scripsisse vidētur. Alij quidem tradiderūt omnia simul in materia et forma fuisse creata qd Augu. sensisse videt. Alij vero hoc magis pbauerūt ac asseruerūt vt primū materia rudis atq informis quatuor elemētorū cōmixtionē atq confusionem tenens creata sit. postmodū vero per interualla sex dierū ex illa materia rerū corporaliū genera sint formata sm species pprias. Quā sentētiā Grego. Hiero. et Beda alijq plures cōmendāt ac pferūt. Que etiam scripture Geneseos (vnde prima hui⁹ rei ad nos manauit cognitio) magis cōgruere videtur.

Augu. sup Gen.li.j.c. iiij.

Gen.j.

¶ Quomodo per interualla temporis res corporales condite sint. C

Secundum hanc itaq traditionem ordinem atq modū creatiōis formationisq rerū inspiciam⁹ sicut supra memoratū est. In principio creauit de⁹ celū.i.angelicā naturā sed adhuc informē vt qbusdā placet. Et terram.i.illā confusam materiā quatuor elementorū: quā nomine terre vt Aug. ait contra manicheos. Ideo appellauit Moyses: qz terra inter oia elementa minus est speciosa et illa inanis erat et incōposita propter omniū elementorū cōmixtionē eandem etiam vocat abyssum dicens. Et tenebre erant super faciem abyssi ꝛc. qz cōfusa erat et commixta: specie distincta carēs. Eadē etiā materia informis dicta est aqua super quā ferebatur spūs dñi: sicut superfertur fabricandis rebus voluntas artificis: qz subiacebat bone voluntati creatoris qd formandū perficiendūq inchoauerat: q̄ sicut dñs et conditor preerat fluitanti et cōfuse materie: vt distingueret per species varias qn vellet et sicut vellet. Hec ergo ideo dicta ē aqua: qz oia q̄ in terra nascunt siue alalia siue arbores vel herbe et similia ab humore incipiūt formari atq nutriri. His oib⁹ vocabulis vocata est illa informis materia: vt res ignota notis vocabulis insinuaretur imperitioribus et nō vno

Augusti. Quare illa confusa materies vocet terra et abyssus: aqua.

tantum. nam si vno tantum significaretur vocabulo hoc esse putaretur qđ consueuerant homines in illo vocabulo intelligere. Sub his ergo nominibus significata est materia illa cōfusa ꝛ informis: que nulla specie cerni ac tractari poterat. i. nominibus visibiliū rerum que inde future erant ꝑpter infirmitatem paruulorum qui minus idonei sunt inuisibilia cōprehendere: ꝛ tunc erant tenebre id est lucis absentia. Non enī tenebre aliquid sunt sed ipsa lucis absentia: sicut silentium nō aliqua res est: sed vbi sonus nō est: silentiū dicitur. Et nuditas nō aliqua res est sed in corpore vbi tegumētum non est: nuditas dicitur sicut ꝛ inanitas nō est aliquid sed inanis dicitur locus esse vbi non est corpus: ꝛ inanitas absentia corporis.

¶ Quo sensu tenebre dicantur non esse aliquid: et quomodo dicantur esse aliquid. D

Attende quia hic Augu. tenebras dicit non esse aliquid cum alibi tenebre inter creaturas ponantur que benedicunt dominū. vnde dī. Benedicite lux ꝛ tenebre domino. Ideoqȝ sciendum est tenebras diuersis modis accipi. scilicet vel pro lucis absentia: qualiter supra accepit Augustinus iuxta quam acceptionem non sunt aliquid vel pro aere obscurato siue aeris obscura qualitate et ſm hoc aliq̄ res creata sunt. Ideo ergo dicit tenebras tunc fuisse super faciem abyssi q: nōdum erat lux: que si esset ꝛ superesset et superfunderetur: sed nondum lucis gratia opus suū deus venustauerat: que postea in primo die formata est. Dan. iij.

¶ Duo hic consideranda sunt: quare illa materia confusa sit dicta informis ꝛ vbi ad esse prodijt ꝙ̄tumqȝ in altitudine ascenderit. E

De qua re priusq̄ tractemus duo nobis discutiēda occurrunt. Primum quare illa materia confusa informis dicatur: an quia omni forma caruerit. an propter aliud. Secūdo vbi ad esse prodierit: ꝛ ꝙ̄tum in altū ascenderit. Ad illud ergo qđ primo positum est breuiter r̄ndentes dicimus illā primā materiam non ideo dictā fore informē ꝙ nullā omnino formā habuerit q: nō aliquid corporeū tale existere potest quod nullā habeat formā: sed ideo nō absurde informē appellari posse dicimus: quia in confusione et permixtione quadā subsistens nondum pulchram aptamqȝ et distinctā receperat formā qualē modo cernimus. Facta est ergo illa materia in forma confusionis ante formā dispositionis. In forma confusiōis prius omnia corporalia materialiter simul et semel sunt creata. Postmodum in forma dispositionis sex diebus sunt ordinata. Ecce absolutum est quod primo in discussione propositum fuit scilicet quare illa materia dicatur informis. Ad p̄mum breuiter responsio.

¶ Hic ad id quod secundo querebatur respondet. F

Nunc superest ꝙ secundo proponebatur explicare vbi. s. illa materia substiterit ꝛ ꝙ̄tū in altitudine porrigebatᷣ. Ad qđ nihil temere asserētes dicim⁹: ꝙ illa prima rerū olim moles q̄ creata est ibidē ad esse videtᷣ ꝓdijsse vbi nūc formata subsistit. Eratqȝ terreū hoc elementū in vno loco eodēqȝ medio subsistēs ceteris trib⁹ in vna confusiōe pmixtis: eisdēqȝ circūquaqȝ in modo cuiusdā nebule oppressis ita obuolutū erat vt apparere nō posset qđ fuit. Illa vero tria in vna permixtione cōfusa circūquaqȝ suspensa eousqȝ in altum porrigebantur quousqȝ nunc summitas corporee nature pertingit. Et sicut quibusdam videtur vltra locum firmamenti

extendebatur illa moles : que in inferiori parte spissior atqꝫ grossior erat In superiori vero rarior ac lenior atqꝫ subtilior existebat. de q̄ rariori substātia putāt quidā fuisse aquas q̄ sup firmamentū esse dicunt. Talis fuit mundi facies in principio priusqꝫ reciperet formā vel dispositionem.

¶ Ostenso qualis fuit mundi facies in ipso primordio : incipit prosequi operum sex dierum distinctionem. B

Nūc superest vt dispositionē illā qualiter perfecta sit ordine prosequamur. Sex diebus sicut docet scriptura.

Gen̄.ij.

Gen̄. distinxit de⁹ et in formas redegit proprias cūcta que simul materialiter fecerat. Perfecitqꝫ opus suum die sexto : et sic deinde die septimo requieuit ab omni opere suo. id est cessauit nouam creaturam facere. Sex enim diebus sex rerum

Johā.v.c.

genera distinxit: nihilqꝫ postea fecit quod in aliquo illorum non contineatur. Operatus est tamen postea sicut veritas in euāgelio ait. Pater meus operatus est vsqꝫ nunc et ego operor illud.

¶ De quatuor modis diuine operationis. b

Eccl.xviij.

Quatuor enim modis vt ait Alcuinus super Gen̄. operatur deus. Primo in verbo oia disponendo. Scdo in materia informi quatuor elementorum de nihilo eā creando. Unde qui viuit in eternū creauit oia simul. Oia scꝫ elementa: vel omnia corpora materialiter simul creauit. Tertio per opera sex dierū varias distinxit creaturas. Quarto ex primordialibus seminibus non incognite oriuntur nature: sed note sepius reformantur ne pereant.

¶ Que fuerit prima distinctionis operatio. A

Dist.xiij. De productiōe creature corporalis q̄ntū ad principiū formale generale oībus corporib⁹ qd est forma lucꝫ ꝛ dr hec ꝓductio distinctio.

PRima autē distinctionis operatio fuit formatio lucis: sicut ostendit scriptura Genesis que commemorata rerū informata earum dispositionē a luce inchoauit subdens. Dixit de⁹: fiat lux: ꝛ facta est lux: ꝛ diuisit lucem a tenebris. Appellauitqꝫ lucē diē: ꝛ tenebras noctē. Et factū est vespere ꝛ mane dies vnus. Cōgrue mūdi ornatus a luce cepit. vn̄ cetera q̄ creanda erant viderentur.

¶ Qualis fuerit lux illa corporalis an spiritualis. B

Si queritur qualis illa lux fuerit corporalis scꝫ an spiritualis. Id respondem⁹ q a sanctis legimus traditū. Dicit em̄ Augu. quia lux illa corporalis vel spūalis intelligi potest. Si spūalis accipit̄: angelica natura intelligit̄ q̄ prius informis fuit. sed postea formata est: cum ad creatorem conuersa ei charitate adhesit: cuius informitatis creatio superius significata est vbi dictū est. In principio creauit de⁹ celū et terrā. Hic vero eiusdē formatio ostēdit̄ cū ait. Fiat lux ꝛ facta est lux. Hec ergo ange

Gen̄.j.

lica natura prius tenebre ꝛ postea lux fuit: qr prius habuit informitatem

Augusti.

et imꝑfectionē: deinde formatiōis ꝑfectionē: ꝛ ita diuisit de⁹ lucem a tene

De spūali luce.

bris. Nā vt ait Aug. sup Gen̄. Huius creature informitas ꝛ imꝑfectio fuit anteqꝫ formaret̄ in amore ꝯditoris. Formata vero est qn̄ cōuersa est ad in

Au. sup Gene.li.j.c.vj

cōmutabile lumen verbi. Si vero corporalis fuit lux illa qd vtiqꝫ ꝓbabile est: corpus lucidū fuisse intelligit̄ velut lucida nubes: qd nō de nihilo sed de preiacenti materia formaliter factum est vt lux esset: et vim lucendi haberet: cum qua dies prima exorta est: quia ante lucē nec dies fuit nec lux

Hic de corporali luce.

licet tempus fuerit.

¶ Quod lux illa facta est vbi sol apparet que in aquis lucere poterat. C

Si autem queritur ubi est facta lux illa: cum abyssus omnem terre altitudinem tegeret. Dici potest in illis partib⁹ facta quas nūc illustrat solis diurna lux. Nec mirum lucem in aquis posse lucere cū etiā nautarum operatione sepius illustrentur qui in profundum mersi misso ex ore oleo aquas sibi illustrāt que multo rariores fuerunt in principio ꝙ̄ modo sunt quia nondum congregate fuerant in uno loco. Facta ergo lux illa: vicem et locum solis tenebat: que motu suo circūagitata noctē diemqꝫ discernebat. Ibi ergo primum lucē apparuisse verisimile est: ubi sol quotidiano cursu circūvectus apparet: ut eodem tramite lux circūcurrens: ac primo ad occasum descendens vesperam faceret: deinde revocata ad ortū auroram id est mane illustraret: et ita divisit de⁹ lucem et tenebras: ꝛ appellavit lucem diem: et tenebras noctem.

Augu. sup Gene.

¶ Quod dies diversis modis accipitur. D

Hic notādum est ꝙ dies diversis modis accipitur in scriptura. Dicitur enim dies lux illa que illo triduo tenebras illuminabat: ꝛ dicitur dies illuminatio ipsa aeris. Dicitur etiā dies spaciū viginti quatuor horarum qualiter accipitur cum dicitur. Factum est vespere et mane dies unus. Quod ita distinguendum est: factum est vespere prius ꝛ postea mane et ita fuit dies unus explet⁹ vigintiquatuor horarū. Dies. s. naturalis: qui habuit vesperam sed non mane. Mane enim dicitur finis precedētis et initium sequentis diei: quod est aurora: que nec plenam lucem. nec omnino tenebras habet. Mane ergo primus dies non habuit: qꝛ nec dies precesserat qui sequentis diei initio terminaretur: ex eo precipue quia luce apparente mox super terram plenus atqꝫ preclarus dies extitit: qui non ab aurora: sed a plena luce inchoavit et mane sequentis diei consummatus est. Unde Beda super Geñ. Dicebat ut dies a luce inciperet et in mane sequentis diei tenderet: ut opera dei a luce inchoasse: et in lucem completa esse significarentur. Reliqui autem dies mane habuerunt et vesperam. quorū quisqꝫ a suo mane incipiēs usqꝫ ad alteri⁹ diei mane tendebatur.

Qualr distingui debeat illō ꝛ fctm̄ ē vespere ꝛ mane dies unus.

Beda.

¶ De naturali ordine computationis dierum: et de illo qui pro mysterio introductus est. E

Hic est naturalis ordo distinctionis dierum ut distinguātur atqꝫ computentur dies a mane usqꝫ ad mane. Postea vero in mysterio factum est ut dies computentur a vespera in vesperam: et adiungatur dies precedenti nocti in computatiōe: cum iuxta naturalem ordinem precedēs dies sequenti nocti adiungi debeat: quia homo a luce per peccatum corruit in tenebras ignorantie et peccatorum: deinde per christum a tenebris ad lucem rediīt. Unde apostolus. Eramus aliquando tenebre nunc autem lux in domino. Primus itaqꝫ dies non ab aurora: sed a plena luce incipiēs et post vesperam paulatim occidente luce excipiens mane sequentis diei expletus est. Unde Beda. Occidente luce paulatim post spacium diurne longitudinis inferiores partes subeunte: factum est vespere: sicut nunc usitato cursu solis fieri solet. Factum est autem mane eadem super terram redeunte: et alium diem inchoante: et dies expletus est unus vigintiquatuor horarum. Fuitqꝫ nox illo triduo omnino tenebrosa que post creata sydera aliqua luce claruit.

Ephe. v.

Beda I gl. sup Gene.

¶Cur sol factus est si lux illa sufficiebat. F

Augustin⁹ super Gen. ad litteram li. j.c.xij.

Solet autem queri: quare factus est sol si lux illa ad faciendum diem sufficiebat. Ad quod dici potest: quoniam lux illa forte superiores partes illustrabat et ad illuminationem inferiorum solem fieri oportebat. Vel potius ideo: quia facto sole dici fulgor factus est. Amplioni enim multo lucе radiauit dies postea quam ante. Si autem queritur: quid de luce illa factum sit cum modo non appareat? Potest dici aut de ea corpus solis formatum aut in ea parte celi esse in qua sol est: non quod ipsa sit sol: sed sic ei vnita vt discerni non valeat.

¶Quomodo accipiendum sit illud dixit deus an sono vocis id deus dixerit an aliter. G

Augustin⁹ super Gen.

Preterea inuestigandum est quomodo accipiendum sit quod ait: dixit deus: vtrum temporaliter vel sono vocis illud dixerit: an alio modo? Augustinus super Gene. tradit: nec temporaliter nec sono vocis deum locutum fuisse: quia si temporaliter et mutabiliter. Et si corporaliter dicatur sonuisse vox dei: nec lingua erat qua loqueretur nec erat quem oporteret audire et intelligere. Bene ergo vox dei ad naturam verbi per quod omnia facta sunt refertur. Dixit ergo deus fiat etc. non temporaliter. non sono vocis sed in verbo sibi coeterno. id est verbum genuit intemporaliter in quo erat: et dispo suit ab eterno vt fieret in tempore et in eo factum est.

¶Quomodo accipiendum sit quod dicatur pater operari in filio vel per filium: vel in spiritusancto. H

Psal.ciij. Gene.j.

Hic queri solet quomodo accipiendum sit quod dicitur pater operari in filio vel per filium: vel in spiritusancto. Hoc enim scriptura frequenter nobis proponit: vt omnia in sapientia fecisti domine: id est in filio. Et/ In principio. id est in filio creauit deus celum et terram. Et illud. Per quem fecit et secula. Super illum quoque psalmi locum. Verbo domini celi firmati sunt etc. Dicit Aug. quod pater operatur per verbum suum et spiritumsanctum. Quomodo ergo hoc accipiendum est. Putauerunt quidam heretici quod pater velut auctor et artifex filio et spiritusancto in rerum operatione quasi instrumento vteretur. Ex predictis verbis errandi occasionem sumentes: quod velut blasphemum atque sane doctrine aduersum abijcit pia fides. Non est ita intelligendum ideo scripturam frequenter commemorare patrem operari in filio vel per filium: tanquam filius non posset facere: si ei non porrexisset pater dexteram vel tanquam aliquod instrumentum fuerit patris operantis: sed potius illis verbis patrem intelligi voluit cum filio et spiritusancto operari et sine eis nihil facere. I

Heb.j. Psal.xxxij.

Hic capit ex quo sensu dicatur pater operari in filio vel per filium.

¶Contra hanc expositionem surgit hereticus.

Sed dicit hereticus hac ratione hoc posse dixisse filium operari per patrem vel in patre et spiritumsanctum cum vtroque vel per vtrumque: quia filius cum patre et spiritussanctus cum vtroque operatur. Cui breuiter respondetur. Ideo illud dictum esse et non istud vt in patre monstraretur authoritas. Non enim pater a filio: sed filius a patre operatur et spiritussanctus ab vtroque. Ideoque etiam filius per spiritumsanctum legitur operari: quia cum spiritusancto operatur hoc ipsum a filio habenti vt operetur.

¶Alia predictorum expositio. K

Potest et aliter illud accipi vt dicatur pater in filio vel p

filium operari quia eum genuit omnium opificem: sicut dicitur pater per eum iudicare: quia genuit iudicem. ita et per spiritumsanctum dicitur operari siue pater siue filius quia ab vtroque procedit spiritussanctus factor omnium. Unde Johan. Chriso. in expositione epistole ad Hebre. sic ait. Nõ vt hereticus inaniter suspicatur tanque aliquod instrumentum patris extiterit filius neque per eum pater dicitur fecisse tanque ipse facere nõ posset sed sicut dicitur pater iudicare per filium quia iudicem genuit: sic etiã dicitur operari per filium: quia eum constat opificem genuisse. Si enim cã eius pater est sim quod pater: multo amplius eorum causa est que per filium facta sunt. Hec de opere prime diei dicta sunt.

Joh. Cris.

¶ De opere secunde diei qua factum est firmamentum. A

Dixit quoque deus: fiat firmamentũ in medio aquarum et diuidat aquas ab aquis. Diuisitque aquas que erant sub firmamento ab his que erant super firmamentum. Sciendũ est quod illius celi describitur hic creatio sicut ait Beda super Gen. in quo fixa sunt sydera cui supposite sunt aque in aere et in terra et superposite alie: de quibus dicitur. Qui tegis aquis superiora eius. In medio ergo firmamentum est. i. sydereum celum: quod de aquis factum esse credi potest. Cristallinus enim lapis cui magna est firmitas et perspicuitas de aquis factus est. Si quem vero mouet: quomodo aque natura fluide et in ima labiles super celum possint cõsistere: de deo scriptum esse meminerit. Qui ligat aquas in nubibus suis. Qui enim infra celum ligat aquas ad tempus vaporibus nubium retentas. potest etiam super celi spheram non vaporali tenuitate sed glaciali soliditate aquas suspendere ne labantur. Quales aũt et ad qd ꝯdite sint: ipse nouit q condidit. Ecce ostensum est his verbis quod celũ factum sit. s. illud in quo sunt fixa sydera. i. qd excedit aerem: et de qua materia. scz de aquis et quales sint aque que super illud celum sunt. scz vt glacies soliditate.

Dist. xiiij. De productiõe simpliciũ et isensibiliũ continentium. Beda ad celũ &c creati. Psalm. ciij. De q materia sit fctm illd celum. quõ aq possunt eẽ sup celũ et qles sunt ille aq. Job. xxvj.

¶ Alij putant celũ illud esse ignee nature quibus consentit Aug. B

Quidam vero celum quod excedit aeris spacia ignee nature dicunt asserentes super aerem purum ignem esse qui dicitur esse celum: de quo igne sydera et luminaria facta esse coiectant. Quibus Augustinus consentire videtur. Utrum vero nomine firmamenti celum quod excedit aerem an ipse aer hic intelligatur: idem Augustinus querit nec soluit. Magis tamen approbare videtur celum illud hic accipi qd spacia aeris excedit. Aquas autem que super illud celum sunt dicit vaporaliter trahi et leuissimis suspendi guttis. Sicut aer iste nubilosus exalatione terre aquas vaporaliter trahit et per subtiles minutias suspendit et post corpulentius cõglobatas pluuialiter refundit. Si ergo potest aqua sicut videmus ad tantas minutias peruenire vt feratur vaporaliter super aerem aquis naturaliter leuiorem: cur non credamus etiam super illud leuius celum minutioribus guttis et leuioribus emanare vaporibus sed quoquo mõ ibi sint ibi esse non dubitamus.

Augu. sup Gen. lib. ij ca. vj.

¶ Que sit figura firmamenti. C

Queri etiam solet cuius figure sit celum. Sed spiritussanctus quamuis auctores nostri sciuerint per eos dicere noluit: nisi qd prosit saluti. Queritur etiam si stet an moueatur celum? Si mouetur inquiũt quomodo est firmamentum? Si stat: quomodo in eo fixa sydera circũeunt? Sed fir-

Utrum stet an moueat celum.

mamentum dici potest non propter stationem sed propter firmitatem vel terminum aquarum intransgressibilem. Si autem stat: nihil impedit moueri et circuire sydera.

Quare dicat firmamentum.

¶ Quare tacuit scriptura de opere secunde diei quod in aliis dixit. D

Post hoc queri solet quare hic non est dictum sicut in aliorum dierum operibus. Uidit deus quod esset bonum sacramentum aliquod hic commendatur. Ideo enim fortassis non est dictum quod tamen sicut in aliis factum est. quia binarius principium alteritatis est et signum diuisionis.

¶ De opere tertie diei quando aque congregate sunt in unum locum. E

Beda.

Ubi congregate sunt aque.

Quomodo omnes aque sint in unum locum congregate cum multa sint maria et flumina.

Sequitur. Dixit deus. Congregentur aque in locum unum et appareat arida. Tertie diei opus est congregatio aquarum in unum locum. Congregate sunt enim omnes aque celo inferiores in unam matricem: vt lux que preterito biduo aquas clara luce lustrauerat: in puro aere clarior fulgeat et appareat terra que cooperta latebat: et que aquis limosa erat fieret arida et germinibus apta. Eodem enim die protulit terra herbam virentem lignumque faciens fructum. Si autem queratur vbi congregate sunt aque que totum texerant spacium vsque ad celum. Potuit fieri vt terra subsidens concauas partes preberet vbi fluctuantes aquas reciperet. Potest etiam credi primarias aquas rariores fuisse que sicut nebula tegerent terras: sed congregatione esse spissatas: et ideo facile in unum posse redigi locum. Cumque multa constet esse maria et flumina: in unum tamen locum dicit aquas congregatas propter continuationem vel congregationem omnium aquarum que in terris sunt: quia cuncta flumina et maria magno mari iunguntur. Ideoque cum dixerit aquas congregatas in unum locum: deinde dicit pluraliter: congregationes aquarum propter multifidos sinus earum quibus omnibus ex magno mari principium est.

¶ De opere quarte diei quando facta sunt luminaria. F

Quod triduo precedenti facta est dispositio et distinctio elementorum et triduo sequenti ornatus est mundus.

Sequitur. Dixit deus. Fiant luminaria in firmamento celi: et diuidant diem ac noctem. In precedenti triduo disposita est vniuersitas huius mundi machina et partibus suis distributa. Formata enim luce prima die qua vniuersa illustraret: duo sequentes dies attributi sunt superiori et infime parti mundi firmamento scilicet: terre et aque. Nam secunda die firmamentum desuper expansum est. Tertia vero aquarum molibus intra receptacula sua collectis terra est reuelata atque aer serenatus. Quatuor ergo mundi elementa illis diebus suis locis distincta sunt et ordinata. Tribus autem sequentibus diebus ornata sunt illa quatuor elementa. Quarta enim die ornatum est firmamentum sole et luna et stellis. Quinta aer in volatilibus et aque in piscibus ornamenta acceperunt. Sexta accepit terra iumenta et reptilia et bestias: post que omnia factus est homo de terra: et in terra: non tamen ad terram: nec propter terram: sed ad celum et propter celum.

¶ Ante alia de ornatu celi agitur sicut prius factum est. G

Qua vtilitate facta sunt celi luminaria.

Quia ergo celum ceteris elementis specie prestat: et priusque facta sunt alia factum est. ideo ante alia ornatur in quarto die quo fiunt sydera: que ideo facta sunt vt per ea illustretur inferior pars ne esset habitantibus tenebrosa. Infirmitatique hominum prouisum est vt circumeunte sole potirentur homines diei noctisque vicissitudine propter dormiendi vigilandique necessitatem. et ideo etiam ne nox indecora remaneret: sed luna ac syderibus

consolarentur homines quibus in nocte operandi necessitas incumberet: et quia quedam animalia sunt que lucem ferre non possunt. Quod autē subditur. et sint in signa et tempora et dies et annos quomodo accipiendū sit queri solet. Ita enim dictum videtur quasi quarto die cepissent tempora: cum prius triduum sine tempore non fuerit. Ideoq̃ tempora que fiunt per sydera non spacia morarum sed vicissitudinem aeree equalitatis debemus accipere: quia talia motibus syderum fiunt: sicut dies et anni quos vsitate nominamus. Sunt enim in signa serenitatis et tempestatis et in tempora: quia per ea distinguimus quatuor tempora anni: scilicet ver: estatem: autūnū: hyemem. Vel sunt in signa: et in tēpora. id est in distinctionem horarū quia priusq̃ fieret ordo temporum nullis notabatur indicijs, vel meridiana hora vel qualibet hora. Hec quarta die facta sunt.

Quō accipiēdum sit qđ ait vt sint i signa et tempora.

¶ De opere quinte diei quando creauit deus ex aquis volatilia et natatilia. A

Dist.xv. De productōe rerū mixtarū et sensibilium.

Dixit etiam deus producant aque reptile anime viuentis et volatile super terram etc. Opus quinte diei est formatio piscium et auium: quibus duo elementa ornantur: et de eadē materia id est de aquis pisces et aues creauit: volatilia leuans in aera, et natatilia remittens gurgiti.

¶ De opere sexte diei quando creata sunt animalia et reptilia terre. B

Sequitur. Dixit deus. Producat terra animam viuentē: iumenta et reptilia et bestias terre secundū species suas etc. Sexte diei opus describitur cum terra suis animalibus ornari dicitur.

¶ Utrum post peccatum venenosa animalia noxia facta fuerint: an propter peccatū nocere ceperint prius facta innoxia. C

Queri solet de venenosis et perniciosis animantibus: vtrū post peccatum hominis ad vindictam creata sint an potius creata innoxia peccatoribus nocere ceperint. Sane dici potest: q creata nihil homini nocuissent si non peccasset. Puniendorum namq̃ vitiorum et terrendorum: vel probande vel perficiende vel perfruēde virtutis causa nocere ceperunt. Fuerunt ergo creata innoxia sed propter peccatum facta sunt noxia.

¶ Utrum minuta animalia tunc creata fuerint. D

De quibusdam etiam minutis animantibus questio est. vtrum in primis conditionibus creata sint an ex rebus corruptis postea orta sint. Pleraq̃ enim de humidorum corporum vitijs vel exalationibus terre sine de cadaueribus gignuntur. Quedam etiam de corruptione lignorum et herbarum et fructuum: et deus auctor omnium est. Potest autem dici q ea que de corporibus animalium maxime mortuorum nascuntur cū animalibus creata non fuerint nisi potentialiter et materialiter. Ea vero que ex terra vel ex aquis nascuntur vel ex eis que terra germinante orta sunt: tunc creata fuisse non incongrue dici potest.

¶ Quare post omnia factus est homo. E

Omnibus autem creatis atq̃ dispositis nouissime factus est homo tanq̃ dominus et possessor: qui et omnibus preferendus erat vnde sequitur. Vidit deus q esset bonū. et ait. Faciamus hominē ad imaginē etc. Sz anteq̃ de hoīs creatione tractemus quod supra breuiter tetigimus plenius versantes clarius faciamus. In hac enim rerum distinctione

Anq̄ȝ de factura hois agat demō p̄me ↄditionis rer̄ vniūs breuit̄ tetigit plenius agit vbi viri catholici et dissentire videntur.

catholici tractatores dissentire vt supra diximus inueniunt. Alijs dicentibus res creatas atq̄ distinctas s̄m species suas per interualla sex dierum quorū sententie quia lrā Gen. magis inseruire videtur atq̄ catholica eccl'ia magis approbat: ideo hactenus studiose docuimus quomodo ex illa communi materia prius informiter facta postea corporaliū rerū genera p sex dierū volumina distinctim sint formata. Alijs autem videtur q̄ non p interualla tēporū facta sint: sed simul ita formata ad esse p̄dierunt. Quod Aug. super Gen: pluribus modis nititur ostendere dicens elementa quattuor ita formata sicut modo apparent ab initio extitisse et celum syderib⁹ ornatū fuisse. Quedā vero non formaliter sed materialiter tunc facta fuisse que post per temporis accessum formaliter distincta sunt: vt herbe: arbores: et forte animalia. Omnia ergo in ipso temporis initio facta esse dicūt: sed q̄dā formaliter et s̄ȝ species quas habere cernimus: vt maiores mūdi p̄tes: quedam vero materialiter tantū. Sed vt dicunt. Moyses loquens rudi et carnali populo locutionis modū temperauit de deo loquens a simili hominis qui per moras temporū opera sua perficit: cum ipse simul sua opera fecerit. Unde Augu. Ideo inquit Moyses diuisim refert deum illa opera fecisse. quia non potuit simul ab homine dici quod a deo simul potuit fieri. Item potuit diuidere scriptura loquendi temporibus quod deus operandi temporibus non diuisit. Illi qui his auctoritatibus et alijs h'mōi inherent dicunt quattuor elementa atq̄ celi luminaria ita formata simul esse et habuisse illos sex dies quos scriptura cōmemorat sex rerum genera. i. distinctiones appellāt que simul facte sunt: partim formaliter: partim causaliter.

Alijs dicētib⁹ mūdū ī materia ⁊ forma ita fuisse sic.

Alijs vero p interualla tpm ⁊ dier̄ s̄m q̄ expō p̄missa huc usq̄ deducta est.

Augu. sup Gen. li. iiij hic p̄sedit opinionē illorū q̄ sit ola facta cōtendunt.

¶ Quomodo intelligendū sit deū requieuisse ab oi opere suo. F

Jam de septime diei requie aliquid nos eloqui oportet. Scriptum est quia compleuit deus die septimo opus suū et requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. Requieuisse dicitur deus die septimo non quasi operando lassus: sed ab vniuerso opere requieuit: q2 nouam creaturam facere cessauit. Requiescere enim cessare dicitur. Unde in Apoc. dicitur. Nō habebāt requiem die ac nocte. Sanctus sanctus sanctus. i. dicere non cessabant. Requieuisse ergo deus d2 quia cessauit a faciēdis generibus creature: quia vltra noua non condidit. Usq̄ nunc tamen vt veritas in euangelio ait: operatur pater cum filio scilicet administrationem eorūdem generum que tunc instituta sunt. Creatoris enim virtus causa subsistendi est omni creature. Quod ergo dicitur. Pater meus vsq̄ modo operatur et ego operor: illud vniuerse creature continuam administrationem ostendit. Die ergo septimo requieuit: vt nouam creaturam vlterius non faceret cuius materia vel similitudo non precesserit: sed vsq̄ nunc operatur vt quod condidit continere et gubernare non cesset.

Aug. li. s. c. xviij.

Gen. ij.

Apoc. iiij.

Joh. v.

¶ Qualiter accipiendum sit quod dicitur deus complesse opus suum septimo die: cum tunc requieuerit ab omni opere suo. G

Sed queritur quomodo septimo die dicatur deus complesse opus suum cum ab omni opere illo die requieuerit: nec aliquod genus nouum rerum fecerit. Alia translatio habet. Consummauit deus die sexto opera sua que nihil questionis affert: quia manifesta sunt que in eo facta sunt ⁊ omnium consummatio eo die perfecta est: sicut scriptura ostē

Secūdū aliā lrām nihil ibi ē q̄onis quā sequit̄ Augustin⁹

dit cũ ait. Uidit deus cuncta que fecerat et erãt valde bona. Omnia quidẽ naturaliter bona erant nihilqȝ in sui natura vitij habentia: et sunt bona q̃ condidit deus etiam singula. Simul vero vniuersa valde bona: q: ex omnibus consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo: in qua etiam illud quod malum dicitur: bene ordinatum et loco suo positum eminentius cõmendat bona: vt magis placeant et laudabiliora sint dum comparanẽ malis. Sexto ergo die facta est operũ consummatio. Ideo premissa ouẽ questio quomodo dicaẽ deus die septimo opus suũ cõplesse quod hebraica veritas habet in quo tamen nihil nouum creasse dicitur: nisi forte dicaẽ die septimo cõpleuisse opus suum quia ipsum benedixit et sanctificauit sicut subijcit scriptura. Benedixit diei septimo et sanctificauit illum. Opus eiũ est benedictio et sanctificatio sicut Salomon aliquid operis fecit cum templum dedicauit.

Hic redit ad q̃stionẽ positaȝ secũ quõ verum sit deum septimo die cõplesse op⁹ suum.

¶Que sit benedictio et sanctificatio septime diei. D

Illum autẽ diem sanctificasse et benedixisse dicitur: quia mystica pre ceteris benedictione et sanctificatione eum donauit. Unde in lege dicitur. Memento sanctificare diem sabbati. Et inde est ꝙ numerando dies vsqȝ ad septimum procedimus et dicimus septem esse dies quorũ repetitione omne tempus agitur: non quin alius sit ab illis dies octauus ⁊ nonus: et sic de ceteris: sed quia in sex diebus rerum genera disticta sunt ⁊ in septimo: licet non fuerit nouũ genus rerũ institutũ fuit tñ in eo quasi q̃dam nouus status sanctificationis operũ et redemptionis opificis. Pot etiam sic exponi illud. Compleuit deus die septimo opus suũ .i. cõpletũ et ꝯsummatum vidit.

Exo. xxvij.

¶De hominis creatione vbi considerandũ est quare creatus sit hõ: et qualiter sit institutus: que duo supra tractata sunt et qualis factus et qualiter lapsus: postremo quomodo sit reparatus: que discutienda sunt. A

His excursis que supra de hominis creatione premisimus effectui mancipare atqȝ ordine explanare nunc suscipimus: vbi hec consideranda videntur scilicet quare creatus sit homo et qualiter sit institutus: et qualis et quomodo fact⁹: deinde qualiter sit lapsus postremo qualiter et per que sit reparatus. Horum autem primo ⁊ secundo posita .i. causam creationis humane et modum institutionis superius pro modulo nostre facultatis tractauimus. Ideoqȝ superest vt qualis vel quomodo factus sit discutiamus. In Geñ. legitur. Faciamus hominem ad imaginẽ et similitudinẽ nostram ⁊c. In eo ꝙ dicit faciamus: vna operatio trium personarum ostenditur: in hoc vero ꝙ dicit ad imaginem et similitudinẽ nostram: vna et equalis substantia trium personarum monstratur. Ex persona enim patris hoc dicitur ad filiuȝ et spm̃sanctum. Non vt quidã putant angelis: q: dei et angelorũ non est vna eadem imago vel similitudo.

Dist. xvi. De ꝓductione creature cõposite ex spũali ⁊ corpali .s. d hoie i ꝯparatiõe ad ꝓncipiũ effectiuum.

Ge. j. Bedã

Quõ itelligẽdũ ẽ. Faciamus hominem ad imaginẽ et similitudinẽ nostraȝ.

¶Quod imago et similitudo hic a diuersis accipitur varie a quibusdã increata et ab alijs creata ⁊ increata vel essentia trinitatis vel filius et spiritussanctus. B

Imago aũt et similitudo in hoc loco vel increata intelligitur .i. trinitatis essentia ad quam factus est homo: vel creata in qua fact⁹

est homo: et ipsa homini concreata. Increatā enim imaginem que deus est intellexisse videtur Beda cum dicit: non esse vnam imaginem dei et angelorum: sed trium personarū: et ideo personis non angelis fit ibi sermo. Im-
Beda sup Genesim.
proprie tamen imago dicitur: quia imago relatiue ad aliud dicitur cuius similitudinē gerit: et ad quod representandū facta est: sicut imago cesaris que ipsius similitudinē preferebat ipsumque quodāmodo representabat. Proprie autem imago dicitur id ad quod aliud fit sicut exemplū proprie dicitur quod sumitur ex aliquo et exemplar ex quo sumitur aliquid. Ponitur tamen et aliquando abusiue alterū pro altero: ita et minus proprie accipitur imago essentia trinitatis: si tamen ea nomine imaginis in hoc loco intelligitur.

¶Opinio eorum qui putauerunt filium per imaginē et similitudinem hic accipi. C

Aug. in. vij libr. de tri.
Filius vero proprie imago patris dicitur: sicut supra in tractatu de trinitate diximus. Unde fuerunt nonnulli qui ita distinxerunt vt imaginē in hoc loco intelligerent filium: hominē vero non imaginē: sed ad imaginē factum dicerent quos refellit apostolus dicens. Uir quidē est imago et gloria dei. Hec nāque imago. ¶homo cum dicitur fieri ad imaginē non quasi ad filium dicitur fieri: alioquin non diceretur ad imaginē nrā. Quomodo enī nostrā diceret: cum filius solus patris imago sit. Fuerunt aūt et alij pspicacius hec tractantes qui per imaginē filium et per similitudinē spm̄sanctū intelligerent qui similitudo est patris et filij. Et ideo pluraliter putauerunt dici nostram: id referentes ad similitudinē tantum: ad imaginē vero subintelligendū esse meam. Hominē vero et imaginē esse et ad imaginē et similitudinē factum esse tradiderunt: et imaginem imaginis esse et similitudinis.
j. Cor. xj.
Aliorū opinio.

¶Nec horū scientiam approbat sed imaginē et similitudinem dei in homine querendam et considerandam docet vt imago et similitudo creata intelligatur. D

In qbus cōsiderat. imago et similitudo.
Ueruntamen hec distinctio licet reprobabilis penitus nō videatur quia de medio montiū. i. auctoritatibus sanctorum manat congruentius in ipso homine imago et similitudo querenda est et consideranda. Factus est ergo homo ad imaginē dei et similitudinē sm̄ mentem qua irrationabilibus antecellit: sed ad imaginē sm̄ memoriā intelligentiā et dilectionē. Ad similitudinē sm̄ innocentiā et iustitiā: que in mente rationali naturaliter sunt. Uel imago consideraf in cognitione veritatis: similitudo in amore virtutis: vel imago in alijs oibus: similitudo in essentia q2 et immortalis et indiuisibilis est. vnde Aug. in lib. de qntitate anime. Anima facta est similis deo: quia immortalē et indissolubilē fecit eam deus. Imago ergo pertinet ad formā: similitudo ad naturā. Fact° est ergo hō sm̄ animā ad imaginē et similitudinē non patris vel filij vel spūsancti: sed toti° trinitatis: ita et sm̄ animā dicitur homo esse imago dei: quia imago dei in eo est. Sicut imago dicitur et tabula et pictura que in ea est: sed propter picturam que in ea est simul et tabula et imago appellatur: ita propter imaginē trinitatis etiam illud in quo est imago nomine imaginis vocaf.
Aug. in. xv lib. de triñ.

¶Quod homo dicif imago et ad imaginē: filius vero imago nō ad imaginem. E

Quocirca hō et imago d̄r: et ad imaginē fili° aūt imago nō

ad imaginē: q2 nat⁹ nō creat⁹ equalis ꝛ i nullo dissimilis. hō creat⁹ ē a deo nō genit⁹: nō parilitate equalis: sed quadā similitudine accedēs ei. Unde Aug. in li. vij. de tri. In Geñ. legitur. Faciam⁹ hoiem ad imaginē ꝛ similitudinē nostrā. Faciamus et nostrā pluraliter dixit: et nisi ex relatiuis accipi non oportet vt facere intelligant pater et fili⁹ et spūssanctus ad imaginē patris et filij et spūssancti vt subsisteret homo imago dei. Sed q2 nō oino equalis fiebat illa imago tanq̄ non ab illo nata sed ab eo creata: ideoq3 ita imago dicit̄ q ꝛ ad imaginē: q2 non equat̄ parilitate: sed accedit q̄dā similitudine. Fili⁹ aūt est imago: sed nō ad imaginē: q2 equalis p̄ri. Dict⁹ est ergo hō ad imaginē: ꝓpter imparē similitudinē. Et iō nostrā vt imago trinitatis esse homo intelligat̄ nō trinitati equalis: sicut filius patri. Ecce ostensum est ſm quid sit homo similis deo. s. ſm aiaz. S3 ꝛ in corpe quandaz ꝓprietatē habet que hoc indicat: q2 est erecta statura ſm quā corpus aīe ronali congruit: quia ī celū erectum est. — Qō ꝛ ſz corpus ṗt dici fact⁹ ad similitudinē dei. — Augustin⁹

De creatione anime vtrū de aliq̄ facta sit vel nō: et q̄ñ facta: ꝛ quā gratiā habuerit in creatione. A

Hic de origine anime plura queri solent. s. vñ creata fuerit: et q̄ñ et quam gratiā habuerit in creatione. Sicut hominis formatio ſm corpus describitur cum dicitur. Formauit deus hominē de limo terre: ita eiusdē ſm animā factura describitur cum subditur. et inspirauit in faciē eius spiraculū vite. Corpus em̄ de limo terre formauit deus cui animā inspirauit. Uel ſm aliam litteram flauit vel isufflauit: non q faucibus sufflauerit vel manibus corporeis corpus formauerit. Spiritus enim deus est. nec lineamentis membrorū compositus. Non ergo carnaliter putemus deum corporeis manibus formasse corpus vel faucibus inspirasse animā: sed potius hominē de limo terre ſm corpus formauit iubendo volendo id est voluit et verbo suo iussit yt ita fieret: et inspirauit in faciem eius spiraculum vite. i. substantiam anime. in qua viueret creauit: non de materia aliqua corpali vel spūali ſz de nihilo. — Dist. xvij. De productione hois q̄tū ad p̄ncipia cōstituti ua. s. corp⁹ ꝛ aiaz ꝑ primo viri. Geñ. ij. Beda.

Opinio quorūdam hereticorū qui putauerunt animā esse de substantia dei. B

Putauerunt em̄ quidā heretici deū de sua substantia animā creasse verbis scripture ꝑtinaciter inherentes quibus dicit̄ inspirauit vel insufflauit ꝛc. Cū flat inquiunt vel spirat: hō de se flatū emittit. Sic ergo cū dicit̄ deus flasse vel spirasse spiraculū in faciē hominis: ex se spm̄ hominis emisisse intelligit̄. i. de sua substantia. Qui hoc dicunt non capiunt tropica locutione dictum esse sufflauit vel flauit. i. flatū hois. s. animā fecit. Flare enim est flatū facere: et flatū facere est animā facere. Unde dominus p Esaiam. Omnē flatum ego feci. Non sunt ergo audiendi qui putant animā esse partem dei. Si enim hoc esset nec a se nec ab alio decipi posset: nec ad malū faciendū vel patiēdū cōpelli: nec in meli⁹ vel deterius mutari. Flatus ergo quo hominē animauit factus est a deo non de deo nec de aliqua materia sed de nihilo. — Responsio Esa. lvij.

Q̄ñ facta sit anima an añ corpus aut in corpore. C

Sed vtrū in corpore vel extra corpus etiam inter doctos scrupulosa questio est. Augustinus super Geñ. tradit animam cum angelis sine corpore fuisse creatam. postea vero ad corpus accessisse nec compulsa — Opi. Aug. li. vij. c. xxj

est incorporari sed naturaliter illud voluit idest sic creata fuit vt vellet: sicut naturale nobis est velle viuere. Male autem velle viuere non nature: sed voluntatis est peruerse: Alij vero dicunt alam primi hominis in corpore fuisse creatam: ita exponentes verba illa: Inspirauit in faciem eius spiraculū vite. i. alam in corpore creauit: q̄ totum corpus alaret: faciē tamen specialr' expressit: q2 hec pars sensibus ornata est ad intuēda superiora. Sz quicq̄d de aia primi hois estimetur de alijs certissime sentiendū est q̄ in corpore creentur. Creando enim infundit eas deus: & infundendo creat. Dicendum est etiam animam illam non sic esse creatam: vt p̄pria esset operis futuri iusti vel iniusti.

Alio p̄snia

Q̄ aia illa nō est p̄pria operis futuri

Aug. sup gen. li. vj. c. xix.

¶ In qua etate deus hominem fecerit. D

Solet etiam queri vtrum deus hominem repente in virili etate fecerit: an perficiendo & etates augendo: sicut nunc format in matris vtero. Aug. super Gene. dicit q̄ Adam in virili etate continuo fact' est & hoc s̄m superiores non inferiores causas. i. s̄m voluntatem & potentiam dei quam nature generibus non alligauit qualiter & virga Moysi cōuersa est in draconem. Nec talia contra naturam fiunt nisi nobis quibus aliter nature cursus innotuit: deo aūt natura est q̄d facit. Non ergo cōtra dispositionem suam illud fecit de'. Erat em̄ in prima creaturarū alias causarum conditione sic hominē posse fieri. sed non ibi erat necesse vt sic fieret. Hoc em̄ non erat in conditione creature: sed in beneplacito creatoris: cui' voluntas necessitas est. Hoc em̄ necessario futurū est q̄d vult & presciit. Multa vero s̄m inferiores causas futura sunt: sed in prescientia dei futura nō sunt. Si autem ibi aliter futura sunt: potius futura sunt sicut ibi sunt vbi presciit ille qui non potest falli. Sic ergo factus est Adam, non secundum inferiores causas: quia non erat in rerum causis seminalibus vt ita fieret sed s̄m superiores non contra naturam operantes: q2 in rerum causis naturalibus erat: vt ita posset fieri.

Exo. vij.

¶ Quod homo extra paradisum creatus in paradiso sit positus: & quare ita factum sit. E

Gen. ij.

Hominem autem ita formatū tulit deus vt scriptura docet & posuit in paradiso voluptatis quem plantauerat a principio. His verbis aperte Moyses insinuat q̄ homo extra paradisum creatus postmodū in paradiso sit positus. Quod ideo factum dicitur: quia non erat in eo permansurus: vel vt non nature sed gratie hoc assignaretur. Intelligitur aūt paradisus localis & corporalis in quo homo locatus est. Tres em̄ genera les de paradiso sententie sunt. Una eorum qui corporaliter intelligi volūt tantum. Alia eorum qui spiritualiter tantum. Tertia eorū qui vtroq3 modo paradisum accipiunt. Tertiam mihi placere fateor: vt homo in corporali paradiso sit positus: qui ab illo principio plantatus accipi pōt quo terram omnē remotis aquis & herbas & ligna producere iussit. Qui & si presentis ecclesie vel future typum tenet ad literam tamen intelligendum est esse locum amenissimum fructuosis arboribus magnum q3 magno fonte fecundum. Quod dicimus a principio antiqua trāslatio dicit ad orientem. Unde volunt in orientali parte esse paradisum longo interiacente spacio vel maris vel terre a regionibus quas incolunt homines secretum & in alto situm vsq3 ad lunarem circulum pertingentez. Unde nec aque diluuij illuc peruenerunt.

Tres' snie de padiso sunt. & q̄ sūt

A quo pn̄cipio sit plantatus

Qual' sit loc' padisi & vbi.

¶ De lignis paradisi inter que erat lignum vite & lignum scientie

boni vel mali F

In hoc autem paradiso erant ligna diuersi generis inter que vnum erat qd vocatum est lignum vite: alterũ vero lignum scientie boni et mali. Lignum autem vite dictum est sicut docet Beda et Strabus qr diuinitus accepit hanc vim vt qui ex eius fructu comederet corpus eius stabili sanitate et perpetua soliditate firmaretur: nec vlla infirmitate vel etatis imbecillitate in deterius vel in occasum laberetur. Lignum autẽ scientie boni et mali: nõ a natura hoc nomen accepit: sed ab occasione rei postea secute. Arbor enim illa non erat mala: sed scientie boni et mali ideo dicta est qr post prohibitionem erat in illa transgressio futura qua homo experiendo disceret quid esset inter obedientie bonum et inobedientie malũ. Non ergo de fructu qui nasceretur inde positum est illud nomen. Sed de transgressione secuta. Cognouit enim homo priusqz tangeret hoc lignũ bonum et malum; sed bonum per prudẽtiã et experientiam: malum vero; per prudentiam tantũ. Quod etiam mali per experientiã nouit vsurpato ligno vetito qr per experientiam mali didicit quid interesset inter bonum obedientie: et malum inobedientie. Si vero primi parentes obedientes essent: nec cõtra preceptum peccassent: non ideo tamẽ minus diceretur lignum scientie boni et mali: qr hoc ex eius tactu accideret si vsurparetur. A ligno ergo homo prohibitus est quod malum non erat: vt ipsa precepti conseruatio bonũ illi esset: transgressio malũ. Nec melius consideratur qñtũ malũ sit inobedientia qz hoc modo cum. s. ideo reus factus esse homo intelligitur: quia prohibitus rem tetigit quam si non prohibitus tetigisset nec peccasset nec penam sensisset. Si enim venenosam herbam prohibitus tetigeris: pena sequitur: et si nemo prohibuisset sic sequeretur. Si etiam prohibetur res tangi que non tangenti tantum sed prohibenti obest: sicut aliena pecunia ideo prohibitum est peccatum: qr prohibenti est damnosum. Cum ergo tã gitur: quod nec tangenti obest si non prohibetur nec cuilibet si tãgatur. et ideo prohibetur vt per se bonum obedientie et malum inobedientie mõstretur. Sicut primus homo a re bona prohibitus penam incurrit nõ vt ex re mala: sed ex inobedientia pena esse monstretur: sicut ex obedientia palma

Beda sup glo. Gen.

Quare vocatũ sit lignũ sciẽ boni et mali Augustin⁹

Qd si pmi parẽtes nõ peccassent nõ iõ min⁹ sciẽ boni et mali lignũ diceret. Augu. sup Gen.

¶ De formatione mulieris. A

In eodem quoqz paradiso mulierem formauit de⁹ de substantia viri sicut post plantatum paradisum hominem: qz in eo positum et post vniuersa animalia ad eum ducta suisqz nominibus designata: subnectit scriptura. Immisit deus soporem in Adam. Cumqz obdormisset tulit vnam de costis eius: et formauit eã in mulierem.

Distĩ. xviij De formatiõe mulieris de viro Gene. ij

¶ Quare virum prius: et postea de viro mulierem creauit nõ simul vtrunqz. B

Hic attendendum est quare non creauit simul virũ et mulierem sicut angelos; sed prius virum deinde mulierem de viro. Ideo scilicet vt vnũ esset generis humani principium quatenus in hoc et superbia diaboli confunderetur et hois humilitas dei similitudine sublimaretur. Diabolus quippe aliud a deo principium esse concupierat. Ideoqz vt eius superbia retunderet. hoc homo in munere accepit qd dyabol⁹ peruerse rapere voluit: sed obtinere non potuit: et per hoc imago dei in homine apparuit: quia sicut deus omnibus rebus existit principium creationis ita ho

Alia rõ q. re ex vno hoies homine diabolus pse esse voluit. deus

mo omnibus hominibus principium generationis. Ideo etiam ex vno homine omnes esse voluit deus vt dum cognosceret se ab vno esse omnes se quasi vnum amarent.

¶ Quare de latere viri non de alia corporis parte formata sit. C

Cū autem his de causis facta sit mulier de viro non de qualibet pte corporis viri: sed de latere eius formata est vt oñderetur q̄ in consortium creabatur dilectionis: ne forte si fuisset de capite facta viro ad dominationem videretur preferenda: aut si de pedibus ad seruitutem subijciēda. Qz igitur viro nec domina nec ancilla parabatur sed socia: nec de capite nec de pedibus: sed de latere fuerat producenda vt iuxta se ponē dam cognosceret: quam de suo latere sumptam didicisset.

Aug. lib. j. pte. vj. cap. xviij.

¶ Quare dormienti & non vigilanti costa subtracta est. D

Non sine causa dormienti quoqz viro potius quā vigilā ti detracta est costa de qua mulier in adiutorium generationis viro ē formata: sed vt nullam in eo sensisse penam monstraretur & diuine simul potentie opus mirabile ostenderet: que hominis dormientis latus aperuit: nec eum tamen a quiete soporis excitauit. In quo etiam opere sacramentum xpi & ecclesie figuratum est. Qz sicut mulier de latere viri dormientis formata est: ita ecclesia ex sacramentis que de latere xpi in cruce dormientis profluxerunt. s. sanguine & aqua: quibus redimimur a penis atqz abluimur a culpis.

De sacro huiꝰ opis.

¶ Qd de illa costa sine extrinseco additamēto facta fuit p dei potē tiam sicut quinqz panes in se multiplicati sunt. E

Solet etiam queri vtrum de illa costa sine adiectione rei extrinsece facta sit mulier. Qd q̄busdā nō placuit. Ceterū si ad ꝑficiēdū corpus mulieris deꝰ extrinsecū augmētū addidisset: maiꝰ illd esset ipā costa: Joā potiꝰ de illo addito q̄ de ipsa costa mulier facta deberet dici: de quo Qd lz āge: plures accepisset sube ptes. Restat ergo, vt de sola ipsiꝰ coste substantia sine omni extrinseco additamento per diuinam potentiā in semetipsa multiplicata mulieris corpus factum dicatur eo sane miraculo quo postea de quinqz panibus iesu celesti benedictione multiplicatis quinqz milia hoīz saciata sunt. Illud etiā scire oportet q̄ cum angelorū ministerio facta sit mulieris formatio: non est eis tñ tribuenda creationis potentia. Angeli et nullam possunt creare naturā: ergo nec formare costam in muliere nec carnis supplementum in locū coste: non quod nihil agant vt aliquid creetur sed non ideo creatores sunt: sicut nec agricole segetum vel arborum. Solꝰ deus . s. trinitas est creator. Facta est ergo femina a deo: etiam si costa minīstrata sit per angelos.

Aug. vbi s. Joan. vj. Matt. xiiij. op. ꝰ exple: tñ ti cre: atores fue rūt angeli

Augu. sup Ge. li. v. c. x

¶ Utrum sm̄ superiores: an sm̄ inferiores causas ita facta sit mulier. s. an rō seminalis id haberet vt ita fieret: an tantū vt fieri posset: sed vt sic fieret in deo tm̄ esset causa. F

Sed queritur an ratio quam deus primis operibus concreauit id haberet. vt secundum ipsam ex viri latere feminam fieri necesse foret: an hoc tantum vt fieri posset. Ad quod sciendum est omnium rerum primordiales causas in deo ab eterno esse. Ut enim homo sic fieret vel equus & huiusmodi in dei potentia & dispositione ab eterno fuit: & he dicunt primordiales cause quia istas alie non precedunt: sed iste alias que sunt cause causarū

De causis rerū latius disputat q̄ cause que i deo sunt p̄ pue dur p̄ mordiales & q̄re p̄ordi

Cuncꝫ vnum sit diuina potentia dispositio siue voluntas ⁊ ideo vna om- nium principalis causa: Tamen propter effect⁹. diuersos pluraliter dicit Augustinus causas primordiales omnium rerum in deo esse: inducens si militudinem artificis in cuius dispositione est: qualis futura sit archa. Ita ⁊ in deo vniuscuiusqꝫ rei future causa precessit. In creaturis vero qua rundam rerum: sed non omnium cause sunt vt ait Augustinus. Quia inse ruit deus seminales rationes rebus secundum quas alia ex aliis proue- niunt vt de hoc semine tale granum: de hac arbore talis fructus ⁊ huius- modi. Et he quoqꝫ dicuntur primordiales cause: ⁊ si non a deo proprie qz habent ante se causam eternam que proprie ⁊ vniuersaliter prima est. Il le vero ad res aliquas dicuntur prime que scilicet ex eis prouenisit: Ideo etiam primordiales dicuntur: quia in prima rerum conditione reb⁹ a deo insite sunt: ⁊ sicut creature mutabiles sunt: ita ⁊ he cause mutari pñt. Que autem in immutabili deo causa est non mutari potest.

Qꝫ nō oim q̄ sūt cause sunt in creaturis.

¶ Distinctio cārum rerum perutilis. s. qꝫ quedā in deo ⁊ in creatu- ris quedam in deo tantum sunt. G

Omnium ergo rerum cause in deo sunt: sed quarundam cause ⁊ in deo sunt ⁊ in creaturis. Quarūdā vero cause in deo tantū sunt ⁊ illarum rerum cause dicuntur abscondite in deo quia ita est in diuina dis positione vt hoc vel illud fiat quod non est in seminali creature ratione. Et illa quidem; que secundum causam seminalem fiunt: dicuntur natura liter fieri: quia ita cursus nature hominibus innotuit: Alia vero preter na turam quorum cause tantum sunt in deo. Hec autem dicit Augustin⁹ esse illa que per gratiam fiunt: vel ad ea signi ficanda non naturaliter sed mi rabiliter fiunt. Inter que mulieris facturam de costa viri ponit ita dicēs. Ut mulierem ita fieri necesse foret: non in rebus conditum: sed in deo abs- conditum erat. Omnis creature cursus habet naturales leges super hunc naturalem cursuꝫ creator habet apud se posse de omnibus facere aliudqꝫ eorum naturalis ratio habet: vt scilicet virga arida repente floreat. fructū gignat: ⁊ in iuuentute: sterilis femina in senectute pariat: vt asina loqua tur et huiusmodi. Dedit autem naturis vt ex his etiam hec fieri possent. Non vt in naturali motu haberent. Habet ergo deus in se absconditas quorundam futurorum causas quas rebus conditis non inseruit: easqꝫ implet non opere prouidentie quo nature subsistunt: vt sint: sed quo illas administrat vt voluerit: quas vt voluit condidit. Omnium ergo que ad gratiam significandam: non naturali motu rerum: sed mirabiliter facta sunt abscondite cause in deo fuerunt: quorum vnum erat quod mulier fa cta est de latere viri dormientis. Non habuit prima rerum cognitio: vt fe- mina sic fieret: sed vt fieri posset: ne ꝯtra causas quas deus voluntarie in stituit mutabili voluntate aliquid facere putaretur.

Augu. sup genc. li. ix. cap. xvj.

Nūe. xxvij.

Nūe. xxj.

De gemio ope puidē tie.

¶ De anima mulieris que non est ex anima viri vt quidam putauerunt: dicentes animas esse ex traduce. H

Quemadmodum mulieris corpus de viri corpore tradu ctum fuit: ita putauerūt aliq̄ ipsius alam de viri ala ꝓpagatā ⁊ oēs alas preter pmā de traduce esse sicut corpa. Alij aūt putauerūt sil̄ oēs alas ab initio creatas. Catholica autem eccl̄ia nec simul nec ex traduce factas esse a̅ias docet: sed in corporibus per coitum seminatis atqꝫ formatiꝫ infundi ⁊ in- creari.

Aliorum opio q̄ pu tauerunt oēs alas ab oēs a ia si mk ab tio

infundendo creari. Unde in ecclesiasticis dogmatibus. Animas hominum
nõ esse ab initio inter creaturas intellectuales naturas: nec simul creatas
sicut Origenes fingit dicimus. neqȝ in corporib⁹ per coitum seminari: sicut
Luciferiani et Cyrillus: et q̇dã latinorꝝ presumptores affirmant. Sed dici
mus corpus tantum per cõiugij copulã seminari. Creationẽ vero aie solũ
creatorẽ nosse: eiusqȝ iudicio corp⁹ coagulari i vulua ꝛ cõpingi atqȝ forma
ri: ac formato iã corpe alam creari: atqȝ infundi vt viuat in vtero hõ ex aia
cõstãs ꝛ corpe ꝛ egrediat̃ viuus ex vtero plen⁹ humana substãtia. Hiero.
Ps. xxxij. etiã anathematis vinculo illos condẽnat qui animas ex traduce dicunt:
inducens auctoritatem prophete. Qui finxit sigillatim corda eorum. Hoc
satis inquit innuit propheta q̄ nõ ipsam animam de anima facit de⁹: sed
sigillatim animas de nihilo creat.

Dist. xix. ¶ De primo hominis statu ante peccatum scilicet qualis fuerit
ẽm corpus et ẽm animam. A

De homis duratiõe ꝛ ɔseruatiõe q̄ṫũ ad immortalitatem.

SOlent queri plura de primo hois statu ante pecca
tum scilicet qualis fuerit homo priusq̄ȝ peccaret: et in corpore et
in anima mortalis an immortalis: passibilis an impassibilis?
De termino inferioris vite et de transitu ad superiorem: de mo
do propagatiõis filiorum: et alia multa que non inutiliter sciuntur: licet
aliquando curiositate querantur. At priusq̄ȝ ad animi qualitatem perti
nentia prosequamur: de qualitate eius ẽm corpus et modo propagatiõis
filiorũ: et de alijs quibusdã inspiciamus. Prim⁹ ergo homo ẽm naturam
corporis terreni ꝛ immortalis fuit quodãmodo scd̃m aliquid: q2 potuit nõ
mori: ꝛ mortalis quodãmodo: q2 potuit mori. In illo nãqȝ primo statu ha
buit posse mori ꝛ non posse mori. Et hec fuit prima humani corpis immor
talitas. s. posse nõ mori. In scd̃o vero statu post pctm̃ habuit posse mori: et
nõ posse nõ mori: q2 in hoc statu moriẽdi est necessitas. In tertio statu ha
bebit posse nõ mori et nõ posse mori: q2 ad illũ statum pertinet moriẽdi im
possibilitas: qd ex gratia erit non ex natura. In primo statu fuit corp⁹ ho
minis animale. i. egens alimonijs ciborꝝ. Unde et homo factus dr̃ in aiam
viuentẽ non spiritualẽ id est in animã corpus sensificantẽ: qd adhuc erat
animale: nõ spũale qd egebat cibis vt per animam viueret. Factus est ergo
in animam viuentem: id est vitam corpori dantẽ: tamen per sustentamẽta
ciborum: ꝛ tũc erat corpus mortale et immortale: q2 poterat mori et pote
rat non mori. Post pctm̃ vero factũ est mortuũ: sicut dicit Apostolus. Cor
pus ꝑpter peccatũ mortuũ est: id est necessitatem moriendi in se habet. In
resurrectione vero erit spirituale: scilicet agile et cibis non egens: ꝛ immor
tale: non sicut in statu primo fuit sc3 q̄ possit non mori: sed etiam q̄ nõ po
terat mori. Unde Augusti. super Gen. Apostolus ait. Corpus quidem mor
tuum est propter peccatum ꝛc. Prius de limo terre formatum est corp⁹ ani
male non spirituale cum quali resurgemus. Renouabitur enim a vetusta
te non in corpus animale quale fuit: sed in melius id est spirituale cum
hoc mortale induet immortale in quod mutandus erat adam: nisi mortẽ
corporis animalis peccando meruisset. Non ait Apostolus corpus morta
le est propter peccatum sed mortuum. Illud enim ante peccatum mortale
et immortale erat q2 poterat mori ꝛ nõ mori. Aliud autem est nõ posse mo
ri: aliud posse nõ mori. Ideo factũ est per peccatum nõ mortale quod erat
s3 mortuum. quod non fieret nisi peccaret. Animale enim non est hoc cor
pus sicut primi hois fuit: sed iam deterius est: habet enim necessitatẽ mo

Qd hõ i p̃mo statu. s. ante pctm̃ fuit s3 corpus mortalis ꝛ imortal. In secũdo vero statu fuit mortu⁹. s. post pctm̃. In tertio statu erit oĩno imortalis. i. nõ potens mori. Quõ dr̃ hõ factus in animaȝ viuentẽ.

Rom. viij.
Augu. sup Gen. li. vj. ca. xix. Roma. viij.
j. Cor. xv.

riendi. Ecce hic euidenter aperit Augu. q̃ corpus hominis ante pctm̄ mortale et immortale fuit: sed non qualiter fiet in resurrectione. De hoc eodem Beda sup Gen. ait. Non est credendū ante peccatū ita fuisse mortua corpora sicut modo. Ait enim apostolus. Corpus propter peccatum mortuum est: sed licet fuissent animalia nondum spiritualia non tamē mortua: que scilicet necesse esset mori.

Corp⁹ hominis ante pctm̄ mortale et immortale fuit.

¶ Utrum immortalitas quam habuit ante peccatū esset de conditione nature an gratie beneficio. B

Solet hic queri cum homo primus mortale et immortale corpus habuerit: vtrū ex cōditiōe nature ipsius corporis habuerit vtrūq;: an alterū beneficiū esset gratie.s. immortalitas.i. posse non mori? Ad qđ dici pōt: q; alterū habebat in natura corporis id est posse mori. Alterū vero scʒ posse non mori erat ei ex ligno vite.s. ex dono gratie. Unde Aug. sup Gen. quodāmodo creatus est homo immortalis quod erat ei de ligno vite: nō de conditiōe nature. Mortalis erat de conditiōe corporis animalis: immortalis beneficio cōditoris. Nō enī immortale erat q̃ omnino mori nō posset: qđ nō erit nisi cū fuerit spirituale. Aperte dicit q̃ non natura sed ex ligno vite habebat posse nō mori. Propter hoc aliq̄ dicūt q̃ nisi illo ligno vite vteret: nō semp viueret q; peccaret. Peccaret enī si illo ligno nō vteret: q; preceptū erat ei vt comederet de omni ligno paradisi: nisi de ligno sciē tie boni et mali. Sicut ergo peccauit comedendo quod erat prohibitū: ita etiam peccaret si non comederet quod erat iussum.

Rñsio q; bñ alter⁊ fuisse de cōditione nature scʒ posse mori alter⁊ ex grē dono.s. posse non mori.

Augu. sup Gen. li. iij. c. xxi. Aliq̄ dicūt q̃ si non vteret adam de ligno vite nō semp viueret. q; peccaret.

¶ Si non foret preceptum vt de illo ligno comederet et alijs et nō illo vteretur an posset non mori. C

Sed adhuc queritur si non esset preceptū vt de ligno vite ederet et alijs et nō illo vesceretur nūquid posset non mori? Si semp viueret non vtens illo ligno. nō erat ei ex illo ligno posse nō mori. Si vero nō posset semper viuere id erat ei ex illo ligno. Aliqui dicunt q̃ si nō fuisset ei preceptum vesci illo ligno ⁊ alijs ⁊ non illo vesceretur: viueret semper. Sic determinantes illud quod supra dixit Augustinus erat ei de ligno vite nō de cōditione nature tantū scilicet quasi non ex cōditione nature solūmodo erat ei: sed etiā ex illo ligno. Alijs aūt videtur q̃ ex ligno vite erat ei posse non mori non ex natura. Ideo enim dicitur potuisse nō mori: quia poterat vti illo ligno de quo edens non moreretur.

Opi. quorūdā. Aliorum opinio Augu. sup Gen. li. iij. c. xxv.

¶ Questio Augu. quō immortalis factus sit homo. D

De hac vero hois immortalitate qualis fuerit Augusti. super Genes. questionē mouēs sic ait. Queritur quomodo immortalis factus sit homo pre alijs animātibus: et quomodo cum illis cōmunē acceperit alimoniā. Sed alia est immortalitas carnis quā in adam accepimus: alia quam in resurrectione speramus per christum. Ille fact⁹ est homo immortalis vt non posset mori si nō peccaret moreretur autem si peccaret. Filij vero resurrectionis nec poterunt vltra peccare nec mori. Caro nostra nō tunc egebit refectione ciborum: quia nulla poterit esse defectio. Caro Ade ante peccatum ita immortalis creata est vt per alimoniā adiuta esset mortis et doloris expers. Sic ergo immortalis et incorruptibilis cōdita est caro hominis: vt suam immortalitatem et incorruptionem per obseruantiā in p̄ceptis mandatorum dei custodiret. In quibus mandatis hoc continebatur: vt de a deo hoi illis lignis concessis manducaret et ab interdicto abstineret. Per horū edu primo da=

Soluere incipit.

Attēde q;

nis cotinebaturvt deductus ad etatem que conditori placeret multiplicata progenie ipso iubete sumeret de ligno vite quo perfecte immortalis factus cibi alimenta vlterius non requireret.

lium immortalitatis dona conseruaret: donec corporalibus incrementis perol ligno ni sit de ligno scientie boni et mali comederet.

¶ Summatim super ipsam verborum sententiam perstringit. E

Ecce his verbis videtur Augu. tradere quod caro primi hominis immortalitatem in se habuerit: quam per alimoniam ciborum conseruaretur vsque ad tempus sue translationis in melius: quando de ligno vite comederet et fieret omnino immortalis: ita vt non posset mori.

¶ Quod ex predictis consequi videtur hominem de nature sue conditione quoquomodo fuisse immortalem: sed non omnino fieret immortalis nisi participato ligno vite. F

Ideo aliqui dicunt quod immortalitatem de natura habebat quia poterat non mori: que aliorum lignorum esu poterat conseruari: sed non poterat consummari nisi per assumptionem ligni vite. Quod videtur Augustinus sentire super Genes. dicens. Hoc quoque addo talem cibum illam arborem prestitisse. quo corpus hominis stabili sanitate firmaretur: non sicut ex alio cibo sed inspiratione salubritatis occulta. Hic innuere videtur quod cum aliis cibis posset corpus sustentari hoc cibo indeficiente sanitate firmaretur. Ex quo consequi videtur quod sicut in natura sua habuit mortalitatem quandam scilicet aptitudinem moriendi: ita aliquam immortalitatem in natura sua habuit: id est aptitudinem qua poterat non mori: cibis adiutus: sed si perstitisset: immortalitatis perfectio esset ei de ligno vite. Sz qui hoc tradunt: quomodo superiora Augusti. verba quibus dicit quod erat immortalis ex ligno vite huic sententie non contradicant diligenter inquirant.

Augu. sup Gen. li. viij. c. iiij.

¶ De modo procreationis filiorum si non peccassent primi parentes et quales nascerentur filij. A

Distin. xx. De homis (?) rone et generatione quantum ad filiorum procreationem.

Post hec videndum est qualiter primi parentes si non peccassent filios procreassent et quales ipsi filii nascerentur. Quidam putant ad gignendos filios primos homines in paradiso miscere non potuisse: nisi post peccatum: dicentes concubitum sine corruptione vel macula non posse fieri. Sed ante peccatum nec corruptio nec macula in homine esse poterat quoniam ex peccato hec consecuta sunt. Ad quod dicendum est quod si non peccassent primi homines: sine omni peccato et macula in paradiso carnali copula conuenissent: et esset ibi thorus immaculatus et commixtio sine concupiscentia atque genitalibus membris sicut ceteris imperarent: vt ibi nullum motum illicitum sentirent et sicut alia membra corporis aliis admouemus vt manum os sine ardore libidinis: ita genitalibus vterentur membris sine aliquo pruritu carnis. Hec enim letalis egritudo membris humanis ex peccato inhesit. Genuissent itaque filios in paradiso per coitum immaculatum et sine corruptione. Aug. sup Gen. Cur non credamus primos homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperasse potuisse: sicut ceteris in quolibet opere sine voluptatis pruritu vtimur. Incredibile enim non est deum talia fecisse illa corpora vt si non peccassent illis membris sicut pedibus imperarent nec cum ardore seminarent: vel cum dolore parerent: sed post peccatum motum illum meruerunt quem nuptie ordinant: continentia cohibet. Infirmitas enim prorsa in ruinam turpitudinis excipitur honestate nuptiali et quod sanis est

Opinio quorundam falsa. Ratio opinionis. Responsio contra illorum opinionem.

officium egrotis est remedium. Emissi quidem de paradiso conuenerūt et genuerunt: sed potuerunt in paradiso eis esse nuptie honorabiles et thorus immaculatus sine ardore libidinis: sine labore pariendi.

¶ Quare in paradiso non coierunt duobus modis soluit. B

Cur ergo non coierunt in paradiso? quia creata muliere mox transgressio facta est et eiecti sunt de paradiso. Uel quia nōdum deus iusserat vt coirent et poterat diuina expectari auctoritas vbi concupiscentia nō angebat. Deus vero non iusserat: quia casum eorum presciebat: de quibus homo propagandus erat. Ecce expresse habes de modo propagationis filiorum.

¶ De termino illius inferioris vite: vtrum natis filijs p successiones an simul omnes transferendi essent. C

De termino vero temporis quo transferrētur ad spiritualem celestemque vitam certum aliquid scriptura non tradit. Et ideo ambiguum est vtrum patres genitis filijs perfectaque humani officij iustitia ad meliorem statum transferrentur non per mortem: sed per aliquam mutationem an patres in aliquo statu vite remanerent: ligno vite vtentes: donec filij ad eundem statum peruenirēt: et sic impleto numero omnes simul ad meliora transferrentur: vt essent sicut sancti angeli in celis. De quo Augustinus ambigue differit super Genes. ita inquiens. Potuerūt primi homines in paradiso filios gignere: non vt morientibus patribus succederēt filij: sed in aliquo forme statu manentibus: et de ligno vite vigorem sumētibus: et filij ad eundem perducerentur statum donec impleto numero sine morte animalium corpora in aliam qualitatem transirent: in qua omnino regenti spiritui deseruirent et solo spiritu viuificante sine corporeis alimentis viuerent. Uel potuerunt parentes filijs cedere vt per successionem numerus impleretur. Qui genitis filijs perfectaque humani officij iustitia ad meliora transferrentur: non per mortem: sed per aliquam mutationē. Ecce hic habemus de transitu hominis ad meliora sed incertum nobis relinquitur vtrum simul transferantur an per successiones. Augu. sup Gen.

¶ Quales procrearent filios: vtrum perfectionem stature et vsum membrorum habentes: qualis homo prim⁹ fuit conditus. D

Si vero queritur quales si non peccasset homo filios genuisset: vtrum videlicet sicut ipse primus homo sm staturam corporis et vsum membrorum perfectus mox conditus extitit ita etiā eius filij in ipso natiuitatis exordio perfecti existerent: qui ambulare et loqui et cūcta facere possent. Responderi potest q filios paruulos nasci oportebat propter necessitatem materni vteri necessitatem: sed vtrum mox nati perfectionē stature et membrorum vsum haberent: an paruuli et in minori etate cōstituti vti possent membrorum officijs an per interualla temporū eo modo quo nūc fit perfectionem stature et vsum membrorum recepturi essent de auctoribus diffinitum non habemus. Rūsio vbi tamē sine ambiguo posito tripertitaz subijcit distinctionē.

¶ Ambigua Augustini verba ponit vbi tamen videtur innuere q filij et paruuli possent membrorum vti officijs. E

Et super hoc Aug. ambigue loquitur. mouet nos inquit

August. de bap. puuto rum. si primi homines non peccassent: vtrum tales filios essent habituri: qui nec lingua/nec manibus/nec pedibus vterentur. Nam propter vteri necessitate forte necesse erat paruulos nasci: sed quis exigua pars corporis sit costa nõ propter hoc paruulam viro coniugem fecit. vnde et eius filios poterat omnipotentia creatoris mox natos grandes facere. Sed vt hoc omittam poterat certe eis prestare qd multis animalibus prestitit: quorum pulli quis sint paruuli tamen mox vt nascuntur currunt et matrem sequuntur. Econtra homini nato nec ad incessum pedes idonei sunt. nec manus saltem ad scalpendũ habiles et iuxta se mãnus positis nascẽtes magis possunt esuriẽtes flere quam suggere: propterea infirmitati mentis congruit hec infirmitas carnis. His verbis videtur insinuari quod filij etiam paruuli officijs membrorum valerent vti.

¶ Quibusdã non absurde placuit quod filij parui nascerentur et per accessum temporis in statura et in alijs sicut nunc proficerent quod nõ esset vitio imputandum. F

Sed cum Aug. sub assertione de his nihil tradat: nõ irrationabiliter quibusdam placuit primorum parentum filios nasciturus paruos: ac deinde per interualla temporum eadem lege qua et nunc natiuitatẽ humanam ordinatam cernimus stature incrementum et mẽbrorum vsum recepturos vt in illis expectaretur etas ad ambulandum et loquendum sicut modo in nobis: quod vtique non esset vitio imputandũ: sed conditioni nature: sicut a cibo abstinere penitus non valebant nec tamen illud erat ex vitio sed natura conditionis.

¶ Oppositio quorũdam volentiũ probare eos posse viuere sine alimonia. G

Ad hoc autem opponitur ita: si non peccarent non morerẽtur: sed non peccarent si non comederent: poterant igitur sine alimonia viuere. Ceterum sicut supra diximus non solum peccarent si de ligno vetito ederent: sed etiam si concessis non vterentur: quia sicut erat eis preceptum nõ illo ligno vti ita alijs vesci. Preterea contra naturalem rationem facerent quod intelligebant de illis esse edendũ qd et naturaliter appetebant. Item opponitur. Cum fames sit pena peccati si non peccarent famem non sentirent: sed sine fame superfluũ videretur comedere. Unde putant quidam eos cibis nõ

Alia oppõ circa idem. indiguisse ante peccatum quia non poterant esurire si nõ peccassent. Ad qd dici potest quod fames vere defectus est et pena peccati. Est enim immoderatus appetitus edendi: cui nõ subiacuisset homo si nõ peccasset: sed proculdubio peccaret nisi hunc defectum cibo preueniret. Habebat enim naturalem appetitum et moderatum cui ita satisfaciendum erat ne defectum famis sentiret: sicut ergo non ex vitio sed ex nature conditione erat quod ante peccatũ homo cibis indigebat ita non ex vitio esset: sed de natura: si hominis cõditio in principio suo. i. in primo parẽte a perfecto inchoata in subsequẽti propagatione a modico ad maiora proficeret: vt scilicet per interualla temporis stature corporee incrementũ vsumque membrorum susciperet.

¶ Utrum sicut statura corporis: ita etiã sensu mentis paruuli nascerentur: et per accessum tẽporis proficerent in sensu et notitia veritatis. scilicet an mox nati in his essent perfecti. H

Et cum de corpore humano non sit absurdum vel incõueniens hoc existimare: queri solet vtrũ de sensu anime et cognitione veritatis

eodē modo sentiendū sit·vt scȝ hi qui vt sine peccato nascentur sensu ꝛ intelligentia mentis imperfecti existerent:ꝛ per accessum tēporis in his proficerent vsqȝ ad perfectionē an mox cōditi perfectionē sensus ꝛ cognitionis perciperent. Illi qui sentiunt paruulos natos in statura corporis ꝛ vsu mēbrorum per accessum tēporis profecturos: non diffitentur eosdeȝ in exordio natiuitatis sensu imperfectos existere ꝛ per interuallum tēporis in sensu ꝛ cognitione proficere vsqȝ ad perfectum.

Rñsio.

¶Contra illorum sententiam opponunt quidam. I

Ad qḋ quidam opponunt dicentes. Si mox nati non haberent perfectionē sensus ꝛ intelligentie ignorantia in eis esset: ignorantia auteȝ peccati est pena. Sed qui hoc dicunt non satis diligenter considerāt: qꝛ nō omnis qui aliquid nescit vel minus perfecte aliquid scit: statim ignorantiam habere siue ignorans esse dicendus est. qꝛ ignorantia non dicitur nisi cū id qḋ sciri ꝛ nō ignorari debet nescitur. Talisqȝ ignorantia pena peccati est cū mēs vitio obscuratur: nec cognoscere valeat ea que scire deberet.

Quō ignorātia dr̄ eē in aliquo.

¶De hominis translatione in meliorē statū ꝛ de duobus bonis altero hic dato altero promisso. K

Talis erat hominis institutio ante peccatum scḋm corporis conditionem. De hoc autem statu transferendus erat cū vniuersa posteritate sua ad meliorē digniorēqȝ statum: vbi celesti ꝛ eterno bono in celis sibi parato frueretur. Sicut enim ex duplici natura cōpactus est homo: ita illi duo bona conditor a principio preparauit: vnū temporale: alterū eternum: vnum visibile: alterum inuisibile: vnū carni: alteruȝ spiritui. Et quia primū est qḋ ē animale: deinde qḋ est spirituale: tēporale ac visibile bonū prius dedit. Inuisibile aūt ꝛ eternū promisit. ꝛ meritis querēdū ꝓposuit.

Hugo ḋ sacra.li.j.pte vj.c.vj.

j. Cor. xv.

Ad illius autem custodiam quod dederat: ꝛ ad illud promerendum quod promiserat: naturali ratione in creatione anime hominis indite qua poterat inter bonum ꝛ malum discernere preceptum addidit obedientie: per cuius obseruantiam datum non perderet: ꝛ promissum obtineret vt per meritum veniret ad premium.

Qḋ r̄onē naturalē ꝛ preceptū dedit deꝰ hoi ad seruādū bonū qḋ acceperat: ꝛ ꝓmerēdū qḋ promissum erat.

¶De inuidia dyaboli qua ad hominē tentandū accessit.

Videns igitur dyabolus hominem per obedientie humilitatem posse ascendere. Unde ipse per superbiaȝ corruerat inuidit ei: ꝛ q̇ prius per superbiam dyabolus fuerat idem deorsum lapsus ꝛ zelo inuidie factus est sathan id est aduersarius. Unde ꝛ mulierem tentauit in qua minus ꝙ in viro rationem vigere nouit. Eius enim malitia ad tentandum virtutem timida humanam naturam in ea parte vbi debilior videbatur aggressa est: vt si forte illic aliquatenus preualeret: postmodum fiducialius ad alteram que robustior fuit pulsandaȝ vel potius subuertendam accederet. Primum ergo solitariaȝ feminā explorauit: vt in ea primum omnē sue tentationis vim experiretur.

Dist.xxj. De hoīs lapsu seu peccato primoꝝ parentū. ꝛ eoꝝ tētatione.

¶Quare in aliena forma venit. B

Sed quia illi per violentiam nocere non poterat ad fraudem se conuertit: vt dolo hominē supplātaret quē virtute superare nequiret. Ne aūt fraus illius nimis manifestaretur in sua specie non venit ne aperte cognosceretur ꝛ ita repelleretur: iteȝ ne nimis occulta foret fraus eius que caueri non posset: ꝛ homo simul videretur iniuriā pati si taliter circūueniri

Quare ad feminā prius venit.

permitteret cum deus vt precauere non posset: in aliena quidem forma venire permissus est dyabolus sed in tali in qua eius malitia facile posset deprehendi. Ut ergo in propria forma non veniret volūtate sua ꝓpria factū est: vt autem in forma sue malitie cōgruenti veniret diuinitus factū est. Venit ergo ad hominē in serpente: qui forte si permitteretur in colūbe specie venire maluisset. Sed non erat dignū vt spiritus malignus illam formā hominī odiosam faceret in qua spiritussanctus appariturus erat. Non ergo nisi per serpentē tentare permissus fuit dyabolus vt per illud qđ foris erat astuciam tentantis admin aduertere femina quiret. Dyabolus enim per serpentez tentabat in quo loquebatur. Ideoqꝫ serpens dictus est esse callidior cunctis animantibus terre: qꝛ vt ait Aug. Ma'i angeli licet superbia deiecti natura tamen sunt excellentiores omnibus bestijs propter eminentiam rationis ꝗuis serpens nō rationali anima sed spiritu dyabolico possit sapientissimus dici. Nō est ergo mirū si dyabolus spiritu implens serpentez sicut vates implebat: sapientissimū reddiderat omniū bestiarum: quez tamen ad tentandū non elegit dyabolus: sed per qđ animal permissus fuit tentauit. Unde Aug. super Gen. Non est putandum ꝙ dyabolus serpentez per quē tētaret elegerit: sed cum decipere cuperet nō potuit nisi per qđ animal posse permissus est. Nocendi enim volūtas inest cuiqꝫ a se: sed potestas a deo. Sic autem loquebatur dyabolus per serpentem ignorantē: sicut per energuminos vel phanaticos loquitur. Serpente enim velut organo est vsus mouens naturam eius ad exprimendū sonos verboꝝ ꝛ signa quibus suā monstraret voluntatem. Serpens ergo nec verba intelligebat: nec rationalis est factus: callidissimus tamen est dictus propter astutiam dyaboli. Locutus est autem sicut asina Balaam: sed hoc dyabolicum: illud angelicum fuit: boni enim ꝛ mali angeli similiter operātur: Hic queri solet quare mulier non horruit serpentem: quia cum nouerit creatū esse: ipsum etiaz officium loquendi a deo accepisse putauit.

Quare non nisi in for̄a serpētis accessit.
Aug. super Gen. lib. xj. cap. iiij.
Quare dictus ē spēs callidior cūctis aiantibus.
Aug. super Gen. lib. xj. ca. iiij.
Numeri. xxij.
Quare mulier nō horruit spentē

De modo tentationis. C

Tentatio autem hoc modo facta est. Stans coraz femina hostis superbus nō audet in verba persuasionis exire metuens deprehēdi: sed sub interrogatione eam aggreditur vt ex responsione colligeret qualiter in malitia procedere posset. Cur inquit precepit vobis deus vt nō comederetis de omni ligno paradisi? Cui respondit mulier. De fructu lignorū que sunt in paradiso vescimur: de fructu vero ligni quod est in medio paradisi precepit nobis deus ne comederemus: et ne tāgeremus ne forte moriamur. In quo verbo dedit locū tentandi cū dixit: ne forte moriamur. Unde mox dyabolus dixit ad mulierem. Nequaꝗ̄ moriemini: scit enim deus ꝙ in quacūqꝫ die comederitis ex eo: aperientur oculi vestri ꝛ eritis sicut dij scientes bonū ꝛ malum. Attendite ordinez ac progressum humane perditionis. Primo deus dixerat: quacūqꝫ die comederitis ex eo morte moriemini. Deinde mulier dixit ne forte moriamur: nouissime serpens dixit: nequaꝗ̄ moriemini. Deus affirmauit. mulier quasi ambigēdo illud dixit. dyabolus negauit. que ergo dubitauit ab affirmante recessit ꝛ neganti appropinquauit.

Quare ex interrogatōe exorsus est
Verba serpentis.
Addit serpēs nact⁹ fiduciā ꝟbis mulieris ꝓmissionem falsam.

De versutia dyaboli qui vt facilius persuaderet: maluz remouit: ꝛ bonum pollicito duplicauit. D

Qui ad suam persuasionem pleniter suffulciendam. id est vt malū quod intendebat libere persuaderet: ꝛ malum quod mulier timuit negādo remouit ꝛ repromissionē addidit: ꝛ vt eius persuasio citius recipe=

retur promissionẽ duplicauit. Unã nempe comestionẽ suadens: duo in premisso proposuit: similitudinẽ dei: scientiã quoque boni ⁊ mali spondens. Ubi tribus modis hominem tentauit. s. gula in suasione cibi cũ dixit. In quacunque die comederitis. inani gloria in promissione deitatis cum dixit. Eritis sicut dij. Auaricia in promissione sciẽtie cũ dixit. Scientes bonum ⁊ malũ. Gula est immoderata cibi auiditas. Uana gloria amor proprie excellẽtie. Auaricia immoderata habendi cupiditas: que non est tantũ pecunie: sed etiam altitudinis ⁊ scientie cum supra modum sublimitas ambitur.

Qḋ hõ tribus modis tẽtat⁹ ẽ: gula/ vanagloria auaricia.

¶ De duplici tentationis specie. E

Porro sciendũ est duas esse species tẽtationis: interiorẽ/ scilicet ⁊ exteriorem. Exterior tentatio est quando nobis extrinsecus malũ visibiliter suggeritur verbo vel signo aliquo vt ille cui fit ad cõsensum peccati declinet: ⁊ talis tẽtatio tantum fit ab aduersario. Interior vero tentatio est: quando inuisibiliter malũ nobis intrinsecus suggeritur: ⁊ hec tentatio aliquando fit ab hoste: aliquando a carne. Nam ⁊ dyabolus inuisibiliter mala suggerit: ⁊ ex carnis corruptione suboritur motus illicitus ⁊ titillatio praua. Ideo que tentatio que ex carne nõ est: fit sine peccato: que aũt est ab hoste: nisi ei cõsentiatur non habet peccatũ: sed est materia exercende virtutis. Tẽtatio aũt carnis interior difficilius vincit: quia interius oppugnãs de nostro contra nos roboratur. Homo ergo qui sola exteriori tẽtatione pulsans cecidit: tanto grauius plectẽdus erat quanto leuiori impulsu fuerat prostratus. Et tamen quia aliquã licet modicã cadendi occasionem habuit: idcirco per dei gratiã iuuari potuit ad veniã: vt qui per aliũ ceciderat: per aliũ erigeretur. Qui ergo incitatorẽ habuit ad malũ: nõ iniuste reparatorem habuit ad bonũ. Dyabolus vero quia sine alicuius tentatione peccat: per alium vt surgeret iuuari nõ debuit: nec per se potuit. ⁊ ideo irremediabile peccatũ eius extitit. Peccatũ vero hominis sicut per aliũ habuit initiũ ita per aliũ non incongrue habuit remedium.

Que sit exterior tentatio ⁊ a quo fiat.

Quare hõ p' aliũ surger̃ potuit ⁊ nõ dyabolus ⁊ hõis pctm̃ remediabile: dyaboli vero non.

¶ Quare homo non angelus sit redemptus. F

Preterea angelica natura quoniam nõ tota perierat: sed ex parte persisterat non est redẽpta: humana vero tota perierat: ⁊ ideo ne penitus perderetur: ex parte est redẽpta: vt inde ruina suppleretur angelica. Unde Aug. in Ench. Placuit vniuersitatis creatori ⁊ moderatori: vt quoniam non tota multitudo angelorum deũ deserendo perierat. ea que perierat in perpetua perditione remaneret. que autem cũ deo illa deserente perstiterat de sua certissime cognita semper felicitate gauderet. At vero creatura rationalis que in hominibus erat: quoniã peccatis atque supplicijs tota perierat ex parte poterat reparari vnde angelice societati suppleretur quod ruina illa minuerat: hoc enim promissum est sanctis quod erunt equales angelis dei.

August. in Ench. c. xix. et. xxij.

¶ Qḋ non soli viro preceptum fuit datum. G

Illud etiam notandum est quod non soli viro preceptum videtur esse datũ cum ipsa mulier testatur sibi etiã esse mandatũ dicẽs. Precepit nobis deus ⁊c. Supra tamẽ legitur ante factã mulierẽ deũ dixisse viro. De ligno sciẽtie boni ⁊ mali ne comedas. Nõ dixit ne comedatis. Forte quia futurus erat mulierẽ de viro: sic precepit vt per virũ ad mulierẽ perueniret mãdatũ quia mulier que subiecta viro fuit nõ nisi mediãte viro diuinũ debuit accipere preceptũ. Unde apostolus. Si quid discere mulieres voluerint domi viros suos interrogẽt.

Gen. iij. An. sup Gen. i Cor. xiiij

Quō loqui potuerūt ⁊ loquētē intelligere. queritur quomodo loqui potuerunt vel loquentē intelligere qui non didicerant inter loquentes crescendo vel magisterio. Dicimus quia deus eos tales fecerat qui possent loqui et discere ab alijs si essent.

Dist. xxij. De homis transgres= sione.

¶ De origine illius peccati. A

Hic videtur diligenter investigādū esse que fuerit origo et radix illius peccati. Quidam putant quandam elationem in animo hominis precessisse: ex qua dyaboli suggestioni cōsensit. Quod videtur Augu. innuere sup Gen. ita inquiens. Non

Aug. super Gene. li. xj. ca. vj. est putandū q homo deijceretur nisi precessisset in eo q necdā elatio cōprimenda: vt per humilitatē peccati sciret q̄ falso de se presumpserit et q non bene se habet natura si a faciente recesserit. Item in eodem. Quomodo verba tentatoris crederet mulier deum se a re bona et vtili prohibuisse: nisi

Opio q̄rū= dā q̄ dicūt elationē p̄= cessisse i a= nimo hois inesset eius menti amor ille proprie potestatis: ⁊ de se superba presumptio que per tentationem fuerat conuincenda aut perimenda. Denique non consensisset suasione serpentis aspexit lignū bonum esu: decorū aspectu: nec crederet se inde posse mori: forte putauit deum alicuius causa significationis illa dixisse ideo manducauit: et dedit viro suo fortassis cum aliqua suasione quam scriptura intelligendā reliquit. Uel forte non fuit suaderi necesse cum eam mortuam esse illo cibo non videret vir. Sicut ergo non est pmissus dyabolus tentare feminā nisi per serpentē: ita nec virum nisi per feminam: vt sicut preceptum dei per virū venit ad mulierē: ita dyaboli tentatio per mulierē transiret ad virum. In muliere vero que rationalis erat nō est

Aug. super Genesim. Q̄ alr lo= cut⁹ ē dya= bol⁹ in mu liere quā i serpente. ipse locutus vt in serpente sed persuasio eius q̄uis instinctu adiuuaret interius quod per serpentē gerebat exterius. Ex predictis tentationibus modus atque progressus insinuatur: necnon etiam quod prediximus innui videtur: scilicet q tentationem precesserat aliqua elatio et presumptio. i mēte hominis.

¶ Obiectio contra illos qui dicunt elationē p̄cessisse in mente. B

Quod si ita fuit non ergo alterius suggestione prius peccauit cum auctoritas tradat ideo peccatū dyaboli incurabile esse: q̄z non suggestione sed propria superbia cecidit: hominis vero curabile: quia non per se sed per alium cecidit. et ideo per alium resurgere potuit. Quocirca p̄dicta verba Aug. piū ac diligentē lectorē efflagitant que sic intelligere sane quimus. Non deijceretur homo in actū illius peccati: vt. s. lignū vetitū ederet: ⁊ in has miserias p tentationē dyaboli: nisi elatio cōprimenda precessisset: non vtique tentationē sed opus peccati. Talis eñ fuit ordinis processus. Dyabolus tentando dixit. Si comederitis eritis sicut dij scientes bonum et malum: quo audito statim menti mulieris surrepsit elatio quedam et amor proprie potestatis ex quo placuit ei facere quod dyabolus

Quō itelli= gēda sint illa vba h̄ diffinit.

Uide tēta= tiōis ordi= nem. suadebat et vtique fecit. Suggestione igitur peccauit: quia tentatio p̄cessit: ex qua in mente eius orta est elatio quam peccatum operis secutum est et pena peccati.

¶ Que fuit elatio mulieris. C

Et talis quidem elatio in mente mulieris fuit pro certo qua credidit et voluit habere similitudinem dei cum equalitate quadam putans esse verum quod dyabolus dicebat. et iō specialiter mulierē cōmemorat Aug. inquiens. Quō crederet mulier dyabolo nisi esset i mēte ei⁹ sup

ba presumptio. Et quod ibi sequitur. s. q̄ p tentationē fuerat conuincenda vel perimenda: ad mulierē referendū est vt intelligat que mulier: non que elatio fuerat per tentationem ꝛc.

¶ Que fuit elatio viri an crediderit et voluerit qd mulier. D

Solet queri vtrū illa talis elatio et amor proprie potestatis in viro fuerit sicut in muliere? Ad quod dicimus: quia Adā non fuit seductus eo modo quo mulier. Non enim putabat esse verum quod dyabolus suggerebat. In eo tamen fuisse seductū credi potest ꝙ cōmissum veniale putauerit quod peremptoriū erat. Sed nec prior seductus fuit: nec in eo in quo mulier vt crederet deum illud lignū ideo tangere prohibuisse: q̄m si tangerent fierent sicut dij. Veruntamen preuaricator fuit Adam vt testat Apostolus. Poterat enim aliqua elatio menti eius inesse illico post tentationem: ex qua voluit lignū vetitū experiri: cum mulierē non videret mortuam esca illa percepta. Unde Aug. super Gen̄. Cū Apostolus. Adam preuaricatorē fuisse ostendit dicens. In similitudinē p̄uaricationis. Ade seductum tamen negat vbi ait. Adam non est seductus sed mulier vnde ꝛ interrogatus non ait: mulier seduxit me sed dedit mihi et comedi. Mulier vero dixit: Serpens seduxit me. Hanc autem seductionē proprie vocauit apostolus per quā id qd suadebat cum falsum esset verum putatum est. s. ꝙ deus lignum illud ideo tangere prohibuerit: quia sciebat eos si tetigissent sicut deos futuros tanq̄ eis diuinitatē inuideret: qui eos homines fecerat. Sed et si virum propter aliquam mentis elationē que deum latere non poterat solicitauit aliqua experiendi cupiditas: cum mulierem videret accepta illa esca nō esse mortuam nec tamen eum arbitror si iam spirituali mēte p̄ditus erat nullo modo credidisse quod dyabolus suggerebat.

Qd adā nō fuit seductus sicut mulier. s. vt crederet veruȝ qd diabolus suadebat tm̄ i aliquo fuit seductus. s. vt veniale putaret pctm̄.

Rom. v.

Thim. ij.

Qd apls proprie vocauerit seductionē qua mulier seducta ē nō vir.

¶ Qui plus peccauit Adam an Eua. E

Ex quo manifeste animaduerti potest: quis eorū plus peccauerit Adā. s. vel Eua. Plus enim videtur peccasse mulier que voluit vsurpare diuinitatis equalitatē et nimia presumptione elata credidit ita esse futurū. Adam vero nec illud credidit et de penitentia et dei mīa cogitauit dum vxori morem gerens eius persuasioni consensit nolens eam contristari et a se alienatam relinquere ne periret: arbitratus illud esse veniale non mortale delictum. vnde Aug. aplus ait. Adam non est seductus. Qd vtiq̄ ita accipi pōt vt intelligat non esse seduct⁹ prior. s. vt in eo in quo mulier vt scȝ crederet illud esse verū. Eritis sicut dij: sed putauit vtrūq̄ posse fieri: et vt vxori morē gereret et per penitentiā veniam haberet. Minus ergo peccauit qui de penitentia et dei misericordia cogitauit. Postq̄ enim mulier seducta mādūcauit: eiq̄ dedit vt simul ederent: noluit eam contristari quā credebat sine suo solatio contabescere: et a se alienatam omnino interire. Non quidem carnali vict⁹ concupiscentia quam nondum senserat: sȝ amicabili quadam beniuolentia qua plerūq̄ fit vt offendatur deus: ne offendatur amicus: quod eum facere non debuisse diuine sententie iustus exitus indicauit. Ergo alio quodāmodo ipse etiā deceptus est. Inexpertus enim diuine seueritatis in eo falli potuit vt veniale crederet esse commissum: sed dolo illo serpentino quo mulier seducta est nullo mō arbitror illū potuisse seduci. Ex his dat intelligi ꝙ mulier plus peccauerit in qua maiora tumoris p̄sumptio fuit que etiā in se et in proximū ꝛ in deū peccauit: vir aūt tm̄ in se et in deū. Inde etiam colligit quod mulier plus peccauerit: quia gra

Augu. sup Genesi.

j. Thim. ij.

In q̄ adaȝ decept⁹ est.

Ex pena et plus peccasse pbat mulier.

uius punita est cui dictum fuit. In dolore paries filios tc.

¶ Quid predicte sententie aduersari videtur. F

Augu. sup Gen. li. xi. c. v. Ge. iij. Sed huic videtur contrariũ quod Aug. super Gen. de viro et muliere peccatũ suum excusantibus ait. Dixit Adam. mulier quã dedisti mihi dedit mihi de ligno et comedi: non dicit peccaui. Superbia enim habet confusionis deformitatem non confessionis humilitatẽ. Nec etiam mulier confitetur peccatũ sed refert in alterũ dicens. Serpens decepit me et comedi: in impari sexu sed pari fastu. Ecce hoc dicit Augu. quia parem fastum habuit mulier cum viro. Pariter ergo superbierunt et pariter peccauerunt. Sed hoc ita determinari potest vt dicamus parẽ vtriusq; fuisse fastũ in excusatione peccati: et etiam in esu ligni vetiti: sed disparẽ et in muliere multo maiorẽ in eo q; credidit et voluit esse sicut deus: quod non vir. De viro ẽt legiẽ q; voluit esse sicut deus. Veruntamẽ et de viro legitur q; voluit esse sicut deus. Dicit enim August. super illum locũ psal. Que non rapui tunc exoluebã. Rapuit Adam et Eua presumentes vt dyabolus de diuinitate rapere voluerunt diuinitatem: et perdiderunt felicitatẽ. Item super illum locum. Deus quis similis tibi. Qui per se vult esse vt deus peruerse vult esse similis deo: vt dyabolus qui noluit sub eo esse: et homo qui vt seruus noluit teneri precepto sed voluit vt nullo sibi dominante esset quasi deus. Item super illum epistole locum. Non rapinã arbitratus est se esse equalẽ deo: q; non vsurpauit quod suũ non esset vt dyabolus et primus homo.

Ps. lxviij. Ps. lxxxij. Phil. ij.

¶ Quorũdam sententia q; Adã ambierit esse vt deus sed non crediderit possibile. G

Ideo quibusdã videtur q; etiam Adã ambierit esse sicut deus non tamen crediderit id fieri posse et ideo falsum esse quod dyabolus promittebat cognouit. Et licet diuinitatis equalitatẽ concupierit: non tñ adeo exarsit: nec tanta est affectus ambitione sicut mulier que illud fieri posse putauit. et ideo magis illud ambiendo superbiuit. Virum autem aliqua forte ambitionis subreptio mouit: sed non ita vt illud verum vel possibile fore putaret. Alij autem videtur ideo dictum esse q; Adam illud voluerit: quia mulier de eo sumpta illud voluit sicut inquiunt. Peccatũ dicitur per vnũ hominẽ intrasse in mundũ. i. in humanã naturam cum tamen mulier ante virũ peccauerit. quia per mulierem intrauerit de viro factam. Vel potius ideo per hominẽ dicitur intrasse: quia etiam peccante muliere si vir non peccasset: humanũ genus minime peccatis corruptũ periret. Min⁹ ergo peccauit vir q̃ mulier.

Alioꝝ snia q; p̃p̃t eã de viro sũptam id dicitur vult. Rom. v.

¶ Obiectio contra id quod dictũ est virũ minus peccasse. H

Isid. de sum mo bono. lib. vj. His aũt opponi solet hoc modo. Tribus modis (vt Isidorus ait) peccatum geritur. s. ignorantia: infirmitate industria. Et grauius est infirmitate peccare q̃ ignorantia: grauiusq; industria q̃ infirmitate. Eua autem videtur ex ignorantia peccasse: quia seducta fuit. Adam vero ex industria quia non fuit seductus vt apostolus ait. Ad quod dicimus quia licet Eua in hoc per ignorantiam deliquerit quod putauit verum esse quod diabolus suadebat non tamen in hoc quin nouerit illud dei esse mandatũ et peccatum esse contra agere. Et ideo excusari: a peccato per ignorantiam non potuit.

¶ Quod ignorãtia alia excusat: alia non. I

Est enim ignorantia que excusat peccantem: et est ignorātia talis que non excusat. Est autem ignorantia vincibilis: et ignorantia invincibilis. Excusatio omnis tollitur: vbi mandatū non ignoratur.

De triplici ignorantia que excusat et que non. K

Est autē ignorantia triplex. et eorū scz qui scire nolunt cū possint que non excusat: quia et ipsa peccatum est. Et eorum qui volunt sz non possunt que excusat: et est pena peccati non peccatuз. Et eorum q̄ quasi simpliciter nesciunt non renuentes vel proponentes scire: que neminē plene excusat: sed sic fortasse vt minus puniatur. Unde Augustinus ad Ualētinianū Eis aufertur excusatio qui mandata dei nouerunt quaз solent habere homines de ignorantia. Et licet grauius sit peccare scienter q̄ȝ nescienter: non ideo tamen confugiendū est ad ignorantie tenebras vt in eis q̄sq̄ȝ excusationeȝ requirat. Aliud est enim nescisse: aliud scire noluisse: quia in eis qui intelligere noluerunt ipsa ignorantia peccatum est: in eis vero qui non potuerunt pena peccati. Ignorantia vero que non est eoruз qui scire nolunt: sed qui tanq̄ȝ simpliciter nesciūt: nullum sic excusat vt eterno igne nō ardeat: sed fortasse vt minus ardeat. Non igitur mulier excusationem habuit de ignorantia: cum et mandatū nouerit: et peccatum esse secus agere non ignorauerit.

Aug. de gra. et libe. arg. Ubi nō fit excusatio.

Unde processerit consensus illius peccati cum natura hominis esset incorrupta. L

Solet etiam queri cum sine vicio esset natura hominis: vñ consensus mali processerit. Ad quod responderi potest quia ex libero arbitrio ꝓprie volūtatis fuit. In ipso enim et in alio cā extitit vt fieret deterior. In alio quia in dyabolo qui suasit. In ipso quia voluntate liberi arbitrii consensit et cum liberum arbitrium sit bonum ex re vtiq̄ȝ bona malus ille consensus prouenit: et ita ex bono malū manauit. De hoc autem in sequenti plenius tractabimus cum origo mali et in qua re coalescat inuestigabitur.

An voluntas precesserit illud peccatum. M

Si vero queritur vtrum voluntas illud peccatum precesserit. Dicimus quia peccatum illud et in voluntate et in actu consistit: et voluntas actuз precesserit: sed ipsam voluntatem alia hominis voluntas mala non precessit: atq̄ȝ ex dyaboli persuasione et hominis arbitrio illa voluntas mala prodiit qua iusticiam deseruit: et iniquitatē inchoauit: et ipsa voluntas iniquitas fuit.

Quare deus permiserit hominē tentari sciens eum esse casurum. A Dist. xxiii.

Preterea queri solet cur deus hominem tētari permiserit quem decipiendum fore presciebat. Sed non esset laudabile homini si ideo bene viuere posset: quia nemo male viuere suaderet: cū i natura posse et i ptāte hēret velle nō ꝯsētire suadēti Deo iuuā te et est gloriosi⁹ nō cōsentire q̄ȝ tētari nō posse. Mouent etiā quidā

De dei permissione in actu tentandi. Au. sup Ge.

Quare de⁹ creauit q̃s p̄sciebat malos futuros. dicentes. Cur creauit deus quos futuros malos presciebat: quia preuidit quid boni de malis eorum esset facturus. Sic enim eos fecit vt relinqueret eis vnde aliquid facerent: et si culpabiliter aliquid facerent: illum de se laudabiliter operantem inuenirent. A se habent voluntatem malam ab illo naturam bonam et iustam penam. Frustra ergo dicitur: non deberet deus creare quos presciebat malos futuros: sciebat enim bonis profuturos: et iuste pro mala voluntate puniendos. Addunt etiam talem hominem debere facere qui nollet omnino peccare.

Tertia q̃o. Concedimus quidem meliorem naturam esse que omnino peccare nollet. Concedant et ipsi non eē malam que talis facta est vt posset non peccare si vellet et iuste punitam que voluntate non necessitate peccauit. Cum ergo hec bona sit illa melior: cur non vtramqȝ faceret vt vberius laudaretur de vtraqȝ. Illa enim de sanctis angelis: hec de hominibus est.

Quarta. Item inquiunt. Si deus vellet et illi boni essent. Et hoc quidem concedimus: Sed melius voluit: vt quod vellent essent. Et boni quidem non infructuose: mali vero non impune essent.

Quinta q̃o. Item inquiunt. Posset deus voluntatem eorum vertere in bonum quia omnipotens est: posset reuera cur nō fecit? Quia noluit. Cur noluit? Ipse nouit. Nō debemus plus sapere quam oportet.

Hic qualis fuit homo ante peccatum quantum ad animam: et agit de scientia hominis ante peccatum. B

Et quidem secundum animam rationalis fuit homo habens discretionem boni et mali. Scientiā quoqȝ rerum creatarum et cognitionem veritatis: que prime perfectioni congruebat: mox conditus nō incongrue accepisse putatur et ad illā non studio vel disciplina aliqua per interualla temporis profecisse: sed ab exordio sue cōditionis diuinitus illā percepisse.

Quod triplicem habuit homo ante lapsum cognitionem. scilicet rerum propter se factarum et creatoris et sui. C

Fuitqȝ homo primus ante lapsum triplici cognitione preditus rerum. scilicet propter se factarum: et creatoris et sui. Rerum quippe cognitionem hominem accepisse perspicuum est: cum non ipse creator vel angelus aliquis: sed homo omnibus animantibus nomina imposuerit: vt ostenderetur quod singulorum notitiam homo ipse habuerit. Que enim propter illum creata erant: et ab illo regenda et disponenda erant: horum omnium deus illi et scientiam tribuit et prouidentiam atqȝ curam reliquit.

De cognitiōe rerum creatarum. Quia vt ait apostolus. Non est cura deo de bobus. Quorum aliorumqȝ animalium deus homini curam reliquit et prouidentiam: vt dominationi ei⁹ subijcerentur: et ratione illius gubernarentur. vt sciret illis necessaria prouidere a quibus emolumentum debebat recipere.

i. Cor. ix. Hanc autem scientiam homo peccando non perdidit sicut nec illam qua carnis necessaria prouideret. Et idcirco in scriptura homo de huiusmodi nō eruditur: sed de sciētia anime quam peccando amisit.

De cognitione creatoris. D

Cognitionē quoqȝ creatoris primus homo habuisse creditur. Cognouit enim a quo creatus fuerat: non eo modo cognoscēdi quo ex auditu solo percipitur quomodo a credētibus absens queritur: sed quadam interiori aspiratione qua dei presentiam contemplabatur: non tamen ita excellenter sicut post hanc vitam sancti visuri sunt: neqȝ ita in enigmate qualiter in hac vita videmus.

De cognitione sui. E

Porro sui cognitionem idem homo talem accepisse videtur vt et quid deberet superiori: et quid equali et inferiori non ignoraret. Conditionem quoque suam et ordinem scilicet qualis factus esset et qualiter incedere deberet: quid agere: quid cauere intellexit. Si horum notitiam non habuisset non esset reus preuaricationis neque seipsum cognouisset.

¶ Utrum homo prescius fuerit eorum que sibi futura erant. F

Si autem queritur vtrum homo scientiam habuerit eorum que circa eum futura erant. i. si ruinam suam presciuerit: et similiter prescierit bona que habiturus fuisset si in obedientia perstitisset. Respondere potest quod ei magis facienda indicia sunt quam futura reuelata. Accepit enim scientiam et preceptum eorum que facienda fuerant: sed non habuit prescientiam eorum que futura erant. Non fuit ergo homo prescius sui casus sicut et de angelo diximus. Quod Augusti. super Gen. asserit ratione vtens quam supra posuimus. Hec de scientia hominis quantum ad primum statum pertinet dixisse sufficiant.

Rn̄sio q̄re dr̄ nō habere futurorum p̄sciam. Aug. li. x. c. xxiij.

¶ De gratia hominis: et de potentia ante casum. A

Dist. xxiiij

Nunc diligenter inuestigari oportet quam gratiam vel potentiam habuerit homo ante casum: et vtrum per eam potuerit stare vel non. Sciendum est ergo quod homini in creatione (sicut de angelis diximus) datum est per gratiam auxilium: et collata est potentia per quam poterat stare. idest non declinare ab eo quod acceperat: sed non poterat proficere intantum vt per gratiam creationis sine alia mereri salutem valeret. Poterat quidem per illud auxilium gratie creationis resistere male: sed non perficere bonum. Poterat tamen per illud bene viuere quodammodo: quia poterat viuere sine peccato: sed non poterat sine alio gratie adiutorio spiritualiter viuere quo vitam mereretur eternam. Unde Aug. in Ench. Sic factus est homo rectus vt et manere in ea rectitudine posset non sine diuino adiutorio: et suo fieri peruersus arbitrio vtrumlibet horum elegisset: dei voluntas fieret vel ab illo vel de illo. Et quia suam maluit facere voluntatem quam dei de illo acta est voluntas dei. Item in eodem. Sic hominem prius oportebat fieri: vt et bene posset velle et male. nec frustra si bene: nec impune si male. Idem quoque in libro de correctione et gratia ait. Si hoc adiutorium vel angelo vel homini cum primum facti sunt defuisset: quoniam non talis natura facta erat vt sine diuino auxilio posset manere si vellet non vtique sua culpa cecidisset. Defuisset quippe adiutorium sine quo manere non posset. Idem dederat deus homini bonam voluntatem: in illa quippe eum fecerat rectum dederat adiutorium: sine quo non posset in eo manere si vellet et per quod posset. Ut autem hoc vellet in eius dimisit arbitrio. In eodem. Acceperat posse si vellet: sed non habuit velle quo posset. Nam si habuisset perseuerasset. His testimonijs euidenter monstratur quod homo rectitudinem et bonam voluntatem in creatione accepit: atque auxilium quo stare poterat: alioquin non sua culpa videretur cecidisse.

De adiutorio per quod homo an̄ lapsum stare potuit s. de libero arbitrio in q̄ntum ad alias potentias cōparatur. Q̄ in gr̄a creat⁹ fuit in q̄ potuit stare s; nō p̄ficere. Qd̄ et poterat p illā creationis gr̄am b̄n viuere q̄dammodo. Aug. i enc. c. lxxxviij.

¶ Qualis fuerit illa rectitudo et bonitas voluntatis in qua creat⁹ est. B

Sed quomodo rectam et bonam voluntatem habuit homo si per eam nec mereri vitam valuit: nec in ea stare voluit: quia nec aliquid mali ea tunc volebat et ad tempus stare voluit: sed non perseueran=

ter:⁊ ideo recta ⁊ bona fuit tunc voluntas hominis.

¶Oppositio contra illud quod dictum est hominem non potuisse proficere. C

Ad hoc autem quod diximus hominem non potuisse p̄-

ficere vel mereri per gratiam creationis solet opponi sic per illud auxiliũ
gratie creationis potuit stare in bono quod acceperat. Potuit ergo resiste
re tentationi. Sed resistere tentationibus atq; suggestionibus malis me-
ritum est ac bonum remunerabile. Omne autem bonum meritũ profect⁹
est. Per gratiam ergo creationis proficere potuit sine adiectione alterius
Responsio gratie. Ad quod dicimus quia resistere malo ⁊ non consentire tentationi
non fecisset illi meritum: ⁊ si non consensisset: quia nihil in eo erat: q̄d ad
malum impelleret: sicut angelis qui non ceciderunt non fuit meritum q̄d
Q̄d resiste- steterunt. idest ꝙ non corruerunt. Nobis autem meritum est aliquando si
re malo tali malum non facimus sed resistimus ibi dũtaxat vbi causa subest que nos
q̄n meritũ id facere mouet: quia ex peccati corruptela proni sunt ad lapsum gressus
est aliq̄n ñ nostri. Ubi autẽ non interuenit causa nos ad malum impellẽs: non mere
mur si ab eo declinamus. Declinare enim a malo semper vitat penam sed
non semper mereretur palmam.

¶De adiutorio homini in creatione dato quo stare poterat. D

Hic considerandum est quod fuerit illud adiutoriũ ho-

mini datum in creatione quo poterat manere si vellet. Illud vtiq; fuit li-
bertas arbitrij ab omni labe ⁊ corruptela immunis atq; voluntatis recti-
tudo ⁊ omniũ naturalium potentiarum anime sinceritas atq; viuacitas.

¶De libero arbitrio. E

Liberum vero arbitrium est facultas rationis ⁊ volunta

tis qua bonum eligitur gratia assistente: vel malum eadẽ desistente. Et di
Q̄d bruta citur liberum quantum ad voluntatem que ad vtrulibet flecti potest. Ar-
aialia non bitrium vero quantum ad rationem cuius est facultas vel potentia illa:
hñt li. ar. cuius etiam est discernere inter bonum ⁊ malum: ⁊ aliq̄n quidẽ discretio
sẽ appeti- nem habens boni ⁊ mali quod malum est eligit: aliquando vero q̄d bonũ
tũ sensuali est. Sed quod bonum est nisi gratia adiuta non eligit: malum vero per se
tatis. eligit. Est enim in anima rationali volũtas naturalis qua naturaliter vult
De rõne q̄ bonum: licet tenuiter ⁊ exiliter: nisi gratia iuuet: que adueniens iuuat eã
hẽ duas p- ⁊ erigit vt efficaciter velit bonum. Per se autem potest velle malum effica
tes ꝯtrũad citer. Illa ergo rationalis anime potentia qua bonum vel malum potest
officia. velle: vtrunq; discernens liberum arbitrium nuncupatur: quod bruta ani
q̄d ad rõ- malia non habent: q: ratione carent: habent tamen sensum ⁊ appetitum
nẽ ptinet. sensualitatis.
Ubi incipit
r̄d.

¶De sensualitate. F

Est enim sensualitas quedam vis anime inferior ex qua est

Aug. de tri. motus qui intenditur in corporis sensus atq; appetitus rerum ad corpus
lib. xij. c. j. pertinentium. Ratio vero vis anime est superior que (vt ita dicam⁹) duas
vel. viij habet partes vel differentias superiorem ⁊ inferiorem. Secundum supio
rem supernis conspiciendis vel consulendis intendit. Secundum inferio-
rem ad temporalium dispositionem prospicit. Quicquid ergo in anima
nostra nobis considerantibus occurrit quod non sit commune cum bestijs
ad rationem pertinet. Quod autem in ea reperis commune cum beluis ad

sensualitatem pertinet. Et vbi nobis gradatim in consideratione partium anime progredientibus primum aliquid occurrit quod non est commune cum bestijs ibi incipit ratio. Hoc autem Augu. docet in .xij. lib. de trini. ita dicens. Uideamus vbi sit quasi quoddam hominis exterioris interiorisque confinium. Quicquid enim habemus in animo commune cum pecore: recte dicitur ad exteriorem hominem pertinere. Non enim solum corpus exterior homo cōputabitur: sed adiuncta quadam vita sua qua cōpages corporis et omnes sensus vigent: quibus instructus est ad exteriora sentiēda. Ascendentibus ergo introrsum quibusdam gradibus considerationis per anime partes vbi incipit aliquid occurrere quod non sit nobis commune cum bestijs ibi incipit ratio: vbi homo interior iam possit agnosci. Rationis autem pars superior eternis rationibus conspiciendis vel consulēdis adherescat: portio inferior ad tēporalia gubernanda deflectitur. Et illa rationis intentio quā contemplamur eterna sapientie deputatur: illa vero qua bene vtimur rebus temporalibus scientie deputatur. Cum vero disserimꝰ de natura mentis humane de vna quadam re disserimus: nec eam in hec duo que commemorauimus nisi per officia geminamus. Carnalis autem vel sensualis anime motus: qui in corporis sensus intenditur: nobis pecoribusque cōis est q̄ seclusus est a rōne sapientie: rationi aūt sciētie vicinꝰ ē.

¶ Quod talis est ordo peccandi: vel cadendi in nobis qualis fuit in primis hominibus. G

Illud quoque pretermittendum non est ꝙ talis nūc in vno homine tentationis est ordo et progressio qualis tunc in primis ꝓcessit parentibus. Ut enim tunc serpens malum suasit mulieri ipsaque consensit dein et viro suo dedit: sicque consummatum est pctm̄: ita et nunc in nobis ꝓ serpente est sensualis motus anime: ꝓ muliere inferior portio rationis ꝓ viro superior rationis portio. Et hic est vir qui secundum apostolum dicitur imago et gloria dei: et illa est mulier que sm̄ eundem dicitur gloria viri. At inter hunc virum et hanc mulierem est velut quoddam spirituale coniugium naturalisque contractus: quo superior rationis portio quasi vir debet preesse et dominari. Inferior vero quasi mulier debet subesse et obedire. Ideo vir sm̄ apostolum non debet habere velamen sed mulier. Et sicut in cunctis animantibus non est repertum homini adiutorium simile sibi: sed de illo sumptum quod ei formaretur in coniugium: ita in partibus anime quas cum pecoribus habemus communes/nullum menti nostre simile est adiutorium. Unde Aug. in eodem. Illud nostrum quod in actione temporalium tractandorum ita versatur vt non sit in nobis commune cum pecore: rationale est quidem sed ex illa rationali mente qua subheremus intelligibili et incōmutabili ꝟitati tāque ductū et īferioribꝰ tractandis gubernādisque deputatū est. Sicut enim in oibꝰ pecoribꝰ nō est inuentū viro adiutoriū silē sibi nisi de illo detractū in cōiugiū formaret̄: ita menti nr̄e q̄ supernā cōsulimꝰ ꝟitatē: nullū est ad vsum rerū tpaliū q̄tū nature hois satis silē adiutoriū ex aie ptibꝰ quas cōes cū pecoribꝰ habemꝰ. Ideo q̄ rōnale nr̄m nō ad vnitatis diuortiū sepatū: sz in auxiliū societatis q̄si deriuatū in suo dispti̅t officio. Et sicut vna caro est duorum in masculo et in femina: sic intellectū nr̄m et actionē siue rōnē et appetitū rōnalē: vel si aliquo mō significātiꝰ dici pn̄t vna mētis natura complectit̄ vt sicut de illis dictum est erunt duo in carne vna: sic et de his dici possit duo in mente vna. Ecce ex his verbis aperte intelligi potest qualiter in anima hominis existat imago

Qz i nobis & vir & mulier & serpēs reperiatur modo.

j. Cor. xj.

De spūali cōiugio viri & mulieris ī nobis.

j. Cor. vj.

Testimonio Aug. ita esse ostendit.

Gen. ij.

illius coniugij: et qualiter in singulis nostrum spiritualiter sint illa tria scilicet vir/mulier/serpens.

¶Qualiter per illa tria in nobis consummetur tentatio. D

Nunc superest ostendere quomodo per hec tria in nobis consummetur peccatum: vbi agnosci poterit si diligenter intendatur quid sit in anima mortale vel veniale peccatum. Ut enim ibi serpens suasit mulieri: et mulier viro: ita et in nobis sensualis motus cum illecebrem peccati conceperit: quasi serpens suggerit mulieri. i. inferiori parti rationis. i. rationi scientie que si consenserit illecebre: mulier edit cibum vetitum. Post de eodem dat viro cum superiori parti rationis. i. rationi sapientie eandem illecebrem suggerit que si consentit: tunc vir etiam cum femina cibum vetitum gustat. Si ergo in motu sensualitatum peccati illecebra teneatur: veniale ac leuissimum est peccatum. Si vero inferior pars rationis consenserit: ita vt sola cogitationis delectatione sine voluntate perficiendi teneatur mulier sola manducauit non vir cuius auctoritate cohibetur voluntas ne ad opus vsque perueniat. Si vero assit plena voluntas perficiendi vt si assit facultas ad affectum perducatur vir quoque manducat: quia superior pars rationis illecebre consensit: et tunc est damnabile et graue peccatum. Quando autem mulier sine viro gustat aliquando est mortale aliquando veniale peccatum. Ut enim dictum est tunc mulier sine viro gustat: cum ita delectatione cogitationis peccatum tenetur: vt faciendum non decernatur vel cum quidam terminus et mensura a peccato adhibetur a viro vt non liceat mulieri effrenata libertate in peccatum progredi. Si ergo peccatum non diu teneatur delectatione cogitationis sed statim vt mulierem tetigit viri auctoritate repellatur: veniale est. Si vero diu in delectatione cogitationis teneatur et si voluntas perficiendi desit: mortale est et pro ea damnabitur simul vir et mulier. i. totus homo qui et tunc vir non sicut debuit mulierem cohibuit: vnde potest dici consensisse.

Quando peccatum sit veniale. quando mulier sola manducat cibum vetitum. quando mulier gustat sine viro tunc aliquando mortale aliquando veniale peccatum est.

¶Repetitio summam perstringens. I

Itaque vt breuiter summam perstringam quando peccatum ita in anima concipitur vt illud facere disponat: vel etiam perficiat: aliud frequenter: aliud semel: vel etiam quando delectatione cogitationis diu teneatur: mortale est. Cum vero in sensuali motu tantum est vt prediximus: tunc leuissimum est: quia ratio tunc non delectatur. Ideo autem supra dixi aliud frequenter: aliud semel: quia quedam sunt que si tantum semel fiant: vel facienda disponantur: damnant: quedam vero non nisi sepius fiant vel facienda decernantur vt de ocioso verbo et huiusmodi. Hec August. in. xij. libro de trinitate tradit ita. Sicut in illo coniugio primorum hominum serpens manducandum persuasit: mulier autem non manducauit sola sed viro suo dedit et simul manducauerunt: ita et in quodam secreto coniugio quod in vno homine geritur et dignoscitur cum rationi scientie que in rebus temporalibus agendis ratiocinandi viuacitate versatur animalis sensus ingerit quandam illecebram tunc velut serpens alloquitur feminam. Hic autem illecebre consentire de ligno vetito est edere. Sed iste consensus si sola cogitationis delectatione contentus est: superiori vero auctoritate ita retinentur membra vt non exhibeantur arma iniquitatis peccato: sic habendum estimo: velut lignum vetitum mulier sola comederit. Si autem in consensu illo ita discernitur quodque peccatum vt si sit potestas etiam opere impleatur: intelligenda est mulier dedisse viro suo simul edendum illicitum cibum. Neque enim potest peccatum non solum cogitandum suauiter verumetiam perpetrandum

Auctoritate aut ita esse confirmat. quando mulier cum viro manducat. Rom. vi. Utrum sit mortale quod in sola delectatione tenetur cogitationis.

efficaciter mente decerni:nisi et illa mentis intentio penes quā summa po
testas est membra in opus mouendi vel ab opere cohibendi male actioni
cedat. Nec sane cum sola cogitatiōe mens oblectatur illicitis:nō quidem
decernens esse facienda:tenens tamen et volens libenter que statim vt atti
gerunt animum respui debuerunt negandum est esse peccatum: sed longe
minus ꝙ si et opere statuatur implendum. Et ideo de talibus quoqꝫ cogi= Matth.vi.
tationibus venia petenda est pectusqꝫ percutiendum et dicendum. Dimit
te nobis debita nostra. Neqꝫ enim sicut in illis duobus primis hominibus
personam suam quisqꝫ portabat et ideo si sola mulier cibum edisset illica=
tum: sola vtiqꝫ mortis supplicio plecteretur:ita dici potest in homine vno
si delectationibus illicitis a quibus continuo se deberet auertere: cogita=
tio libenter sola pascatur:nec faciendo decernantur mala:sed tamen sua=
uiter in recordatione teneantur quasi mulierem sine viro posse damnari. Augusti.
Absit hoc credere. Hic quippe vna persona est vnus homo est. totusqꝫ dā= Ephe.ij.
nabitur:nisi hec que sine voluntate operandi:sed tamen cū voluntate ani
mum talibus oblectandi solius cogitationis sentiūtur esse peccata p me= ij. Cor.ij.
diatoris gratiam remittantur. Idem quoqꝫ in libro contra manicheos de Johā.xiij.
hoc eodem sic ait. Apostolus dicit. Secundū principem potestatis aeris
huius:spiritus qui nunc operatur in filijs diffidentie. Nunquid ergo visi
biliter eis apparet aut quasi corporeis locis accedit ad eos et operaꝛ. Sꝫ Luc.xxij.
miris modis per cogitationem suggerit quicquid potest: quibus sugge= Gen.ij.
stionibus resistendum est. Non enim ignoramus astutias eius. Quomo=
do enim accessit ad iudam quando ei persuasit vt dominū traderet? Nun
quid in locis aut per hos oculos ei visus est? Sed vtiqꝫ vt dictum est in cor Cant.iiij.
eius intrauit. Repellit autem illum homo si paradisuꝫ mentis custodiat.
Posuit enim hominem deꝰ in paradiso vt operareꝛ et custodiret: quia si=
cut ecclesie dicitur in canticis canticorum. Ortus conclusus fons signatꝰ:
quo vtiqꝫ non admittitur peruersitatis ille persuasor: sed tamē p mulierē
decepit. Non enim etiam ratio nostra deduci ad cōsensum peccati potest:
nisi cum delectatio mota fuerit in illa parte animi qua debet obtēperare
rationi tanꝙ rectori viro. Etiam in vnoquoqꝫ nostrum nihil aliud agitur
cum ad peccatum quisqꝫ dilabitur ꝙ tunc actū est in illis tribus serpente
muliere et viro. Nam primo fit suggestio siue per cogitationem siue p sen
sus corporis vel videndo:vel tangendo:vel audiendo:vel gustādo vel ol=
faciendo. Que suggestio cum facta fuerit si cupiditas nostra non moueaꝛ
ad peccandum excluditur serpentis astutia. Si autem mota fuerit quasi
iam mulieri persuasum erit: sed aliquādo ratio viriliter etiam commotā
cupiditatem refrenat et cōpescit. Quod cum fit:non labimur in peccatum
sed cum aliquanta luctatione coronamur. Si autem ratio cōsentiat et qḋ
libido cōmouerit faciendum esse decernat ab omni vita beata tanꝙ de pa
radiso expellitur homo. Iā enī peccatum imputatur etiā si non subsequa
tur factum quando rea tenetur in consensiōe conscientia.

¶Quare hec de anime partibus dixit. K

Hec de anime partibus interseruimus vt ipsius aīe natu
ra plenius cognosceretur:ꝛ scḋm quā sui portionē in ea sit liberū arbitriū
intelligatur:scꝫ ſm rationem qua omne peccatuꝫ mortale geritur sed non
omne veniale:illud scilicet quod in solo motu sensualitatis existit.

¶Qḋ sensualitas sepe in scriptura aliter ꝙ supra accipitur scꝫ
vt etiam inferior rationis portio eius nomine intelligatur. L

Nō est aūt silētio pretereundum q̄ sepe in scriptura noie sensualitatis: nō id solū in anima qd est nobis cōmune cū pecore: sed etiā inferior portio ratiōis q̄ tpaliū dispositioni intendit: intelligitur. Qd diligēs lector in locis scripture vbi de ipsa fit mentio vigilanter annotet.

¶ Redit ad liberi arbitrij consid=rationem. A

Dist. xxv. De libero arbitrio sʒ se sine l generali. Diffinitio libe ri arbitrij.

Iam vero ad propositum redeamus scilicet ad liberi arbitrij tractatum quod philosophi diffinientes dixerunt liberum de volūtate iudicium: qr potestas ipsa ꝛ habilitas voluntatis ꝛ rationis quam supra diximus esse liberū arbitriū: libera est ad vtrūlibet: qr libere pōt moueri ad hoc vel ad illud. Liberū ergo dr arbitriū q̄ꝺtū ad voluntatē: qr voluntarie moueri et spontaneo appetitu ferri potest ad ea que bona vel mala iudicat: vel iudicare valet.

¶ Qd liberū arbitriū nō ptinet nisi ad futurū nec ad oē futurū. B

Hoc autē sciendum est q̄ liberum arbitriū ad presens vel ad preteritū nō refert: sʒ ad futura cōtingētia. Qd em in p̄senti est determinatū est: nec in potestate nr̄a est vt tūc sit vel nō sit quādo est: potest em nō esse vel aliud esse postea: sed non potest nō esse dū est: vel aliud esse dum id est quod est: sed in futuro an hoc sit vel illud ad potestatem liberi arbitrij spectat. Nec tamen omnia futura sub potestate liberi arbitrij veniunt: sed ea tantum que per liberum arbitrium possunt fieri vel non fieri. Si qs em tale quid velit ac disponat facere quod in eius nullatenus sit potestate: vel quia sine ipsius dispositione eque fieret: in hoc ipse liberum non habet arbitrium.

¶ Quod suprapofita descriptio liberi arbitrij non cōuenit deo: nec his qui glorificati sunt. C

Atquidē scdm predictā assignationem in his tantum videtur esse liberum arbitrium qui voluntatē mutare et in cōtraria possunt deflectere. In quorū videlicet potestate est eligere bonum vel malū: ꝛ vtrūlibet secundū electionē facere vel dimittere. Secundū quod nec in deo nec in his omnibus: q̄ tanta beatitudinis gratia sunt roborati: vt iam peccare nequeāt liberū arbitriū esse nequit. Sed q̄ deus liberum arbitriū habeat

Qd in deo sit liberū arbitriū. Ambrosi⁹. j. Cor. xij.

Augustinus docet in lib. xxij. de ciuita. dei ita inquiēs. Certe de⁹ ipse nunquid quoniam peccare nō potest. ideo liberum arbitrium habere negandus est. Ambr. quoqꝫ in lib. de trinitate ait. Paulus dicit quia omnia operatur vnus atqꝫ idem spiritus: diuidens singulis prout vult: id est pro libere voluntatis arbitrio non pro necessitatis obsequio.

¶ Qualiter in deo accipitur liberum arbitrium. D

Sed aliter accipitur liberū arbitriū in creatore q̄ in creaturis. Dei etenim liberum arbitrium dicitur eius sapientissima et omnipotens voluntas: que non necessitate: sed libera bonitate alias volūtate omnia facit prout vult. Ideoqꝫ hieronymus attendēs nō ita esse liberū arbitrium in deo sicut est in creaturis: ab ipso videtur liberum arbitrium excludere in Omelia quadam de filio prodigo dicēs. Solus deus est in quem peccatum non cadit nec cadere potest. Cetera cū sint liberi arbitrij in vtrāqꝫ partem flecti possunt. Dum ait: cetera: indicat liberū arbitrium sicut est in ceteris non ita esse in deo.

Hierony.

¶ Qd angeli et sancti qui iā beati sunt habēt liberū arbitriū. E

Angeli vero et sancti qui iam cũ dño feliciter viuũt: atq; ita gratia beatitudinis confirmati sunt vt ad malum flecti non velint nec possint libero arbitrio nõ carẽt. Unde Augu. in lib. xxij. de ciui. dei ait. Sicut prima immortalitas fuit quã peccando Adã pdidit posse nõ mori: ita primũ liberũ arbitriũ posse nõ peccare: nouissimũ nõ posse peccare. Idẽ in Ench. Sic oportebat prius hominẽ fieri: vt benevelle posset et male. Postea vero sic erit: vt male velle nõ possit: nec ideo carebit libero arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitriũ qd omnino nõ poterit seruire pctõ nec; aut voluntas nõ est aut libera dicẽda nõ est: qua beati sic esse volum⁹: vt esse miseri non solũ nolimus sed nequaq; prorsus velle possimus. Sicut ergo anima nostra nũc habet nolle infelicitatẽ: ita nolle iniquitatẽ semp habitura est. Sed ordo seruãdus fuit ꝗ de⁹ voluit ostẽdere q̃ bonũ sit animal rationale qd etiã peccare nõ possit q̃uis sit meli⁹ ꝙ peccare non possit. Ecce his verbis euidẽter astruit ꝙ post beatitudinis cõfirmationẽ erit in homine liberum arbitrium quo peccare non poterit: et nũc in angelis est et in sanctis qui cum dño sunt: et tanto vtiq; liberius quãto a peccato immunius: et ad bonũ pronius. Quo eñ quisq; ab illa peccati seruitute de qua scriptuz est: qui facit peccatũ seruus est peccati: longius absistit: tanto in eligendo bonum liberius habet iudicium. Unde si diligenter inspiciatur liberum videtur dici arbitrium: quia sine coactiõe et necessitate valeat appetere vel eligere quod ex ratione decreuerit.

Au. de ciui. dei. li. xxij. ca. iij.

Qd liberi⁹ erit arbitriũ qñ peccare nõ poterit.

Euidens et sufficiẽs rõ quare dicatur esse liberum arbitrium.

¶ De libertatis arbitrij differẽtia scdm diuersa tẽpora. F

Ex predictis perspicuũ fit ꝙ maior fuit libertas arbitrij in prima q̃ secunda: et tertia multo maior q̃ secunda vel prima. Prima eñ libertas arbitrij fuit in qua poterat peccare et nõ peccare. Ultima vero erit in qua poterit non peccare: et non poterit peccare. media vero in qua põt peccare et non potest non peccare: ante reparationem etiaz mortaliter post reparationem vero saltem venialiter.

¶ De quatuor statibus liberi arbitrij in homine. G

Et possunt in homine notari quatuor status liberi arbitrij. Ante peccatum enim ad bonum nil impediebat: ad malum nil impellebat. Non habuit infirmitatem ad malum: et habuit adiutorium ad bonum. Tunc sine errore ratio iudicare et voluntas sine difficultate bonum appetere poterat. Post peccatum vero ante reparationem gratie premitur a concupiscentia et vincitur. et habet infirmitatem in malo. sed non habet gratiam in bono et ideo potest peccare et non potest non peccare: etiã damnabiliter. Post reparationem vero ante confirmationem premitur a concupiscentia: sed non vincitur: et habet quidem infirmitatem in malo: sed gratiam in bono: vt possit peccare propter libertatem et infirmitatem: et possit non peccare ad mortem propter libertatem et gratiam adiuuantem: nondum tamen habet posse omnino non peccare vel non posse peccare propter infirmitatem nondum perfecte absorptam et propter gratiam nondum plene consummatam. Post confirmationem vero infirmitate penitus consumpta et gratia consummata: nec vinci poterit nec premi. et tũc habebit non posse peccare.

¶ De corruptione liberi arbitrij per peccatum. H

Unde manifestum est quod preter alias penalitates pro peccato illo incurrit homo penã in corruptiõe et depressione liberi arbitrij.

per illud nãq peccatũ naturalia bona in ipso homine corrupta sunt ꝛ gratuita detracta. Hic est enim ille qui a latronibus vulneratus est ꝛ spoliat⁹. Vulneratus quidẽ in naturalibus bonis quibus nõ est priuatus alioquin nõ posset fieri reparatio. Spoliatus vero gratuitis que per gratiã naturalibus addita fuerãt. Hec sunt data optima ꝛ dona perfecta quorũ alia sunt corrupta per peccatũ. i. naturalia: vt ingeniũ: memoria: intellect⁹. alia subtracta. i. gratuita: quãq̃ꝫ ꝛ naturalia ex gratia sint. Ad generalem dei quippe gratiam pertinẽt. Sepe tñ hmõi fit distinctio cũ gratie vocabulũ ad speciez nõ ad genus refert. Corrupta est ergo libertas arbitrij per peccatũ ꝛ ex parte perdita. Vñ Aug. in ench. Libero arbitrio male vtens homo ꝛ se perdidit ꝛ ipsum. Cũ enim libero arbitrio peccaretur victore peccato amissum est ꝛ liberũ arbitriũ. A quo eñi quis deuictus est huic seruus addictus est. Ecce liberũ arbitriũ dicit hominẽ amisisse: non qꝛ post peccatũ non habuerit liberum arbitriũ: sed qꝛ libertatez arbitrij perdidit. non quidem omnẽ: sed libertatem a miseria ꝛ a peccato.

Luce. x. — Augustin⁹

¶ De tribus modis libertatis arbitrij. 3

De libertate a necessitate. Est nãq libertas triplex. s. a necessitate: a peccato: a miseria. A necessitate ꝛ ante peccatũ ꝛ post eque liberũ est arbitriũ. Sicut enim tũc cogi nõ poterat: ita nec modo. Ideoq voluntas merito apud deũ iudicatur q̃ semp a necessitate libera ẽ ꝛ nullo cogi põt. vbi necessitas ibi nõ ẽ libertas vbi nõ ẽ libertas: nec volũtas: ꝛ iõ nec meritũ. Hec libertas in oĩb⁹ tã i malis q̃ in bonis. Est ꝛ alia libertas a pctõ. s. de qua dicit Apls. Ubi sps dñi ibi libertas. Et veritas in euãgelio. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Hec libertas a seruitute peccati liberat ꝛ seruos iustitie facit sicut ecõuerso seruitus peccati liberos iustitie facit. Vñ Apls. Liberati a peccato serui facti estis iustitie. Et itẽ. Cũ serui essetis peccati liberi fuistis iustitie. Hanc libertatẽ peccando homo amisit. Ideoq Aug. dicit q homo male vtens libero arbitrio: ꝛ se perdidit ꝛ ipsum: qꝛ perdita est per peccatũ libertas: nõ a necessitate: sed a peccato. Qui eñ facit pctm: seruus est peccati.

De libertate a pctõ. — ij. Cor. iij. — Joh. viij. — Rom. vi. — Au. i ench. capi. ij. — Joh. viij.

¶ Qui habent hanc libertatẽ. s. a peccato ꝛ per quid. K

Istam libertatẽ que est a peccato illi soli nũc habent quos filius per gratiã liberat ꝛ reparat: nõ ita q penitus sint sine peccato in hac mortali carne. sed vt in eis peccatũ nõ dominetur neq regnet. Et hec est vera ꝛ bona libertas que bonã parit seruitutẽ. s. iustitie. Vñ Aug. in Ench. ait. Ad iustitiaz faciendã nõ erit aliquis liber nisi a peccato liberatus esse iustitie ceperit seruus: ꝛ ipsa est vera libertas propter recti facti letitiã: simul ꝛ pia seruitus propter precepti obedientiã. Est alia libertas non vera male seruituti adiuncta: que est ad malũ faciendũ vbi ratio dissentit a volũtate iudicans non esse faciendũ qd voluntas appetit. Ad bonũ vero faciendũ cõcordat ratio voluntati: ꝛ ideo ibi vera libertas est ꝛ pia. De libertate autẽ ad malum ꝛ seruitute mala. ait Aug. in Ench. Serui addicti peccato: scꝫ que potest esse libertas nisi quãdo eũ peccare delectat. Liberaliter enim seruit qui sui domini voluntatẽ libenter facit: ac per hoc ad peccandum liber est: qui peccati seruus est.

Joh. viij.

¶ Questio de libertate ad malum an sit ipsa libertas liberi arbitrij an alia. L

Hic queri potest vtrum hec libertas qua quis liber est ad malum sit libertas arbitrij? Si enim libertas arbitrij est bonum quidẽ est:

q̄ȝ libertas arbitrij bonū naturale est. Quibusdā videtur ꝙ sit ipsa liber-
tas arbitrij: que semper bona est: sed propter peccati seruitutē ad malū sit
liberior ⁊ pronior ⁊ ideo dicitur non esse vera libertas q̄ȝ ad malū est. Alijs Responsio
autē videt̄ ꝙ hec libertas ad malū quā supra cōmemorauit Aug. non sit ẜm quosdā.
ipsa libertas arbitrij: sed sit quedam pronitas peccandi ⁊ curuitas que ex
peccato est: ⁊ mala est.

℄ Questio alia de libertate ad bonum an ipsa sit libertas arbitrij
an non. M

Similiter etiā queri solet vtrum illa libertas vera est que
ad iustitiam faciendā sit ipsa libertas arbitrij? Quidā dicūt illam eandē
esse: sed reparatā per gratiā qua iuuante libera est ad bonū sine gratia ve- Responsio
ro non est libera ad bonū. Unde Aug. in Ench. Ista libertas ad bene facien ẜm quosdā.
dum nunꝙ erit homini addicto ⁊ vēdito sub peccato. nisi eū redimat qui Joh. viij.
dicit. Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Quod anteꝙ fieri in homi
ne incipiat: quō quisꝙ de libero arbitrio gloriatur qui nondū est liber ad
operandū bene? Ecce aperte ostēdit liberū arbitriū per gratiā liberari vt p
illud bene operet̄ quis. Ideoꝙ dicūt illā libertatem veram que est ad bene
faciendum cuius supra meminit Aug. esse libertatē ipsam arbitrij gratia
dei liberatam ⁊ adiutam. Alij vero putant non esse ipsam arbitrij liberta-
tem: sed aliā quandā que ex gratia ⁊ libero arbitrio in mente hominis deo
operante incipit esse cum reparatus est.

℄ Certa determinatio vtriusꝙ questionis qua dicit̄ libertas ad bo
num ⁊ ad malum esse libertas arbitrij. N

Uerum nobis magis placet vt ipsa libertas arbitrij sit: et
illa qua quis liber est ad malū ⁊ illa qua quis liber est ad bonū faciendū.
Ex causis enim varijs sortitur diuersa vocabula. Dicit̄ enim libertas ad
malum faciendum anteꝙ per gratiā sit reparata: sed cū per gratiā fuerit
reparata dicit̄ libertas ad bonū faciendū: q̄ȝ ante gratiā libera est volun-
tas ad malū per gratiā vero libera fit ad bonū. Semper ergo volūtas ho-
minis aliquo modis libera est: sed nō semper bona est. Non enim est bona
nisi a peccato liberata est, tñ a necessitate libera. Uñ Aug. in libro de gratia
⁊ libero arbitrio. Semp in nobis volūtas libera ē: sȝ nō semp bona est. Aut
enim libera est iustitie quando seruit peccato ⁊ tunc est mala: aut a peccato
libera est quando seruit iustitie ⁊ tunc est bona.

℄ De libertate a miseria. O

Est iterū libertas a miseria: de qua Apostolus ait. Et ip-
sa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatē glorie filiorū
dei. Hanc libertatē habuit homo ante peccatū q̄ȝ omni carebat miseria et
nulla tangebat̄ molestia ⁊ plenius habebit in futura beatitudine vbi mi-
ser esse nō poterit. Sed in hac vita que est inter primū peccatum ⁊ vltimam
confirmationē nemo a miseria liber est: q̄ȝ pena peccati non caret.

℄ Repetit de corruptione liberi arbitrij vt addat alia. P

Ex predictis apparet in quo per peccatū sit imminutum Rom. vij.
vel corruptum liberum arbitrium: q̄ȝ ante peccatum nulla erat homini dif- Qđ nō ē pa
ficultas nullumꝙ impedimētum de lege membrorum ad bonum: nulla im riter li. ar. i
pulsio vel instigatio ad malum. Nunc autem per legem carnis ad bonum bōis ⁊ i ma
impeditur ⁊ ad malum instigatur: vt non possit velle ⁊ perficere bonum nisi lis ad bōa ⁊ ad mala.

per gratiam liberetur ꝛ adiuuetur: q̄ɜ ait Apostolus. Peccatum habitat in carne. Liberum ergo arbitrium cū semper ꝛ in singulis sit liberum nō est tamen pariter liberū in bonis ꝛ in malis: ꝛ ad bona ꝛ ad mala. Liberius est enim in bonis vbi liberatū est: ꝙ in malis vbi liberatum nō est. Et liberius est ad malum quod per se potest ꝙ ad bonum: quod nisi gratia liberetur ꝛ adiuuetur non potest.

¶ De libertate que fit ex gratia ꝛ que ex natura. Q

Libertas ergo a peccato ꝛ a miseria per gratiā est: libertas vero a necessitate per naturam. Utrāqꝫ libertatem nature scɜ ꝛ gratie notat Apostolus cū ex persona hominis nō redēpti ait. Uelle adiacet mihi perficere autem bonū non inuenio: ac si diceret: habeo libertatem nature: sed nō habeo libertatē gratie ideo non est apud me perfectio boni. Nam volūtas hominis quam naturaliter habet: non valet erigi ad bonū efficaciter volēdum vel opere implendum nisi per gratiam liberetur ꝛ adiuuetur. Liberetur quidem vt velit: ꝛ adiuuetur vt perficiat. Quia vt ait Apostolus. Non est volentis velle neqꝫ currentis currere: id est operari sed miserentis dei qui operatur in nobis velle. ꝛ operari bona cuius gratiā non aduocat hominis voluntas vel operatio: sed ipsa gratia voluntatē preuenit preparando vt velit bonū: ꝛ preparatam adiuuat vt perficiat.

Roṁ. vij. Quid possit p se hominis volūtas ꝛ qd p gratiam.

Roṁ. ix.

¶ De gratia operante ꝛ cooperante. R

Hec est gratia operans ꝛ cooperans. Operās enim gratia preparat hominis voluntatem vt velit bonum. Gratia cooperans adiuuat ne frustra velit. Unde Augu. in libro de gratia ꝛ libero arbitrio. Cooperando deus in nobis perficit qđ operando incepit: q̄ɜ ipse vt velimus operatur incipiens: qui volentibus cooperatur perficiens. vt ergo velimus operatur. Cum autem volumus ꝛ sic volumus vt perficiamus: nobis cooperatur ꝛ tamen sine illo vel operante vt velimus vel cooperante cum volumus bona pietatis opera nihil valemus. Ecce his verbis satis aperitur que sit operans gratia: ꝛ q̄ cooperans. Operās enim gratia est que preuenit voluntatē bonam: ea enim liberatur ꝛ preparatur hominis voluntas vt sit bona bonūqꝫ efficaciter velit. Cooperans vero gratia voluntatem iam bonam sequitur adiuuando. Unde Augustinus cōtra Julianum hereticū qui bonam voluntatē ex libero arbitrio tantum esse dicebat atqꝫ hominem per liberum arbitrium posse bonum velle ꝛ operari sine gratia asserebat ait. Apertam de cōmendatione gratie Apostolus sententiā protulit cū ait. Non est volentis neqꝫ currentis sed dei miserentis. Hec si attenderes Juliane: non extenderes contra gratiā merita volūtatis humane. Non enim ideo miseretur deus alicuius q̄ɜ voluit ꝛ cucurrit: sed ideo voluit ꝛ cucurrit q̄ɜ misertus est deus. Paratur enim voluntas hominis a deo ꝛ a domino gressus hominis diriguntur. Ideoqꝫ cōgrue ait. Non est volentis neqꝫ currentis: sed miserentis dei. Non q̄ɜ hoc sine voluntate nostra agatur: sed q̄ɜ volūtas nostra nil boni agit nisi diuinitus adiuuetur. Unde alibi Apostolus ait. Non autem ego: sed gratia dei mecum. Non ideo dicit quia nihil boni agebat: sed q̄ɜ nihil boni ageret: si illa non adiuuaret. His testimonijs aperte insinuatur: quia voluntas hominis gratia dei preuenitur atqꝫ preparatur vt fiat bona: non vt fiat voluntas q̄ɜ ꝛ ante gratiam voluntas erat sed non erat bona ꝛ recta voluntas.

Dist. xxvj. De li. arb. cōpato ad auxiliū grē dterminās q̄tū possit li. arbi. cuɜ gratia. Augustin⁹

De. xxxvj. De pfectio ne iustitie. Augu. ad paulinum j. Cor. xv.

¶ Quid sit voluntas. S.

Voluntatem ipsam Augustinus in libro de duabus animabus ita diffinit. Voluntas est animi motus cogēte nullo ad aliquid nō admittendum vel adipiscendum. Hec autem vt non admittat malū ⁊ adipiscatur bonum preuenitur ⁊ preparatur dei gratia. Unde Apostolus gratiam preuenientem ⁊ subsequentem cōmendans.id est.operantem ⁊ cooperātem vigilanter dixit. Non est volentis neqꝫ currentis:sed dei miserentis ⁊ non econuerso non est miserentis dei sed volentis ⁊ currentis. Nam si vt quibusdam placuit qđ dictum est ita accipiatur:non est volentis neqꝫ currentis:sed miserentis dei tanqꝫ diceretur. Nō sufficit sola voluntas hominis: si nō sit etiam misericordia dei:econtra dicitur.non sufficit etiā misericordia dei:si non sit etiam voluntas hominis. Ac per hoc si recte dictum est illud:quia id voluntas hominis sola non implet:cur etiam non a contrario recte dicitur non miserentis est dei:sed volentis est hominis cum id misericordia dei sola non impleat. Homo enim credere vel sperare non potest nisi velit nec peruenire ad palmam nisi volūtate currat. Restat ergo vt ideo ita recte dictum intelligatur: vt totum detur deo qui hominis voluntatem bonam preuenit ⁊ preparat adiuuandā ⁊ adiuuat preparatā:nolentē preuenit vt velit volentem subsequitur ne frustra velit. Ecce his verbis ⁊ alijs premissis euidēter traditur quia voluntas hominis preparatur:⁊ preuenitur gratia dei vt velit bonum:⁊ adiuuatur ne frustra velit.

De gratia ⁊ operante ⁊ cooperante hoīs voluntate.
Rom.ix.

¶ Qđ bona voluntas comitatur gratiam. C

Itaqꝫ bona voluntas comitatur gratiam non gratia voluntatem. Unde Augustinus ad Bonifacium papam scribens contra pelagianos inquit. Cū fides impetrat iustificationem sicut vnicuiqꝫ deus partitus est mensuram fidei:non gratiam dei aliquid meriti precedit humani sed ipsa meretur augeri vt aucta mereatur ⁊ perfici voluntate comitāte nō ducente pedissequa non preuia. Ecce hic aperte habes ꝙ gratia preuenit bone voluntatis meritum:⁊ ipsa voluntas pedissequa est gratie nō preuia.

Aug.i glo. super illud Rom.v.

¶ Que sit gratia voluntatem preueniens scilicet fides cum dilectione. D

Et si diligenter intendas nihilominus tibi monstratur que sit ipsa gratia voluntatem preueniens ⁊ preparans scilicet fides cum dilectione. Ideoqꝫ Augu. in eodē tractans quo iustificati sumus ex fide ⁊ tñ gratis. vtrūqꝫ enim dicit Apls qui dicit. Iustificati ex fide alibi ait. Iustificati gratis per gratiam. Hoc enim ideo dixit:ne fides ipsa superba sit:ne dicat sibi: si ex fide iustificati quomodo gratis? Quod enim fides meretur cur non potius redditur qꝫ donatur? Non dicat homo ista fidelis: quia cum dixerit habeo fidem vt merear iustificationem. Respondetur ei. Quid habes quod non accepisti. Fides enim qua iustificatus es:gratis tibi data est. Hic aperte ostenditur ꝙ fides est causa iustificationis:⁊ ipsa est gratia et beneficium quo hominis preuenitur voluntas ⁊ preparatur. Unde Augu. in .j. lib. retractationū. Volūtas est qua ⁊ peccat͛ ⁊ recte viuit͛. Volūtas vero ipsa nisi dei grā liberet͛ a seruitute q̄ pcti serua facta ē:⁊ vt vitia supet ⁊ adiuuetur:recte pieqꝫ viui a mortalibus non potest:et hoc beneficium quo liberatur nisi eam preueniret iam meritis daretur et non esset gratia:q vtiqꝫ gratis datur. Preuenitur ergo bona hominis voluntas illo gratie benefi-

Rom.vi.
Rom.iiij.
j.Cor.iiij.
Aug. retractionum lib.j.c.viij.

cio quo liberatur et preparatur. Et illud beneficium fides christi recte intelligitur: sicut Aug. in ench. euidenter ostendit dicens. Ipsum arbitriū liberandum est post illam ruinam a seruitute peccati. Nec omnino per seipm sed per solā dei gratiam que in fide christi posita est liberatur vt voluntas

De bñficio q̄ volūtas liberatur. preparetur. Ecce aperte dicit gratiā per quam liberat arbitrium et preparatur voluntas sitam esse in fide christi. Fides enim christi (vt in eode ait) impetrat quod lux imperat.

Quod voluntas bona que preuenitur gratia quedam dei dona preuenit. E

Ipsa tamen eadem voluntas quedā gratie dona preuenit vnde Aug. in Ench. precedit bona voluntas hominis multa dei dona: sed non omnia que autem non precedit: ipsa in eis est et ipsa iuuat. Nā vtrūq legitur in sanctis eloquijs. Et mia eius preueniet me: et mia dei subsequet me. Nolentē quippe preuenit vt velit volentē subsequitur ne frustra velit. Cur enim admonemur orare pro inimicis nostris nolentibus pie viuere nisi vt deus in eis operetur et velle. Itēq cur admonemur petere vt accipiamus nisi vt ab illo fiat quod volumus a quo factum est vt velimus. Inde

Rom. ix. apostolus ait. Non est volentis neq currentis sed dei miserentis. Ex his apparet q bona hominis voluntas quedā dona dei preuenit: quia eā comitatur gratia adiuuans a quibusdā preuenitur: quia eam preuenit gratia operans. s. fides cum charitate.

Que predictis videantur aduersari sc3 quod videtur dici fidē esse ex voluntate. F

Rom. x. Aug. ome. xxvij. Non est tñ ignorandū q alibi Augu. significare videtur q ex voluntate sit fides de illo verbo Apl'i. Corde creditur ad iustitiam ita super Johannē tractans. Ideo non simpliciter Apostolus ait creditur: sed corde creditur quia cetera potest homo nolens. credere non nisi volens: intrare ecclesiam et accedere ad altare potest nolens sed non credere. Itē sup

Gen. xxiij. Genesim vbi Laban et Batuel dixerunt. Uocemus puellam et queramus eius voluntatē dicit expositor: quia fides est voluntatis non necessitatis. Ad quod respondentes dicimus: non hec ita accipienda fore vt ex volunta

Rñsio cū determiatiōe. te hominis fides intelligatur prouenire cum ipsa sit proprie dei donum: vt ait Apostolus: et ex ea bona hominis merita incipiant. Per hanc enim vt ait Augustinus super Psalm. lxj. iustificatur impius: idest fit de impio pius vt deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari: vnde omnia bona me

Ephe. ij. rita incipiunt. Sed potius hec ideo ita dicta sunt quia non est fides nisi in eo qui vult credere: cuius bonam voluntatem fides preuenit non tempore sed causa et natura. Unde Augustinus supra congruenter dixit q bona voluntas in eis donis est: que non precedit et ipsa iuuat: qui ea iuuat quibus preuenitur: dum eis consentit ad effectum boni: et in eis est: quia tempore ab eis non preceditur.

Quedam adhuc addit que grauiorē faciunt questionē sc3 q cogitatio boni precedit fidem. G

j. Cor. iij. Ceterum hanc questionem magis acuunt et vrgent verba Augustini quibus in libro de predestinatione sanctorū vtitur pertractans

illud verbum Apostoli. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid quasi
ex nobis. Attendant inquit hic et verba ista perpendant: qui putant ex no=
bis esse fidei ceptum: et ex deo esse fidei supplementū. Cōmendans enim istam
gratiā que non dat secundū aliqua merita: sed efficit omnia bona merita
inquit: quod non sufficiētes simus cogitare aliquid boni. s. ex nobis. Quis au Quid sit
tem non videat prius esse cogitare quam credere? Nullus quippe credit aliqd credere.
nisi prius cogitauerit esse credendū. Si ergo cogitare bonū non est ex no=
bis: vt hic Apostolus tradit: nec credere: quamquam et ipsum credere nihil
aliud est quam cum assensione mentis cogitare. Hic videt insinuari quod cogitatio Determi=
bona precedat fidem: et ita bona voluntas preueniat fidem: non preueniat natio.
quod predictis aduersari videtur. Ad hoc autem dicimus quod aliquando co
gitatio bona siue voluntas preuenit fidem: sed non est illa bona voluntas
vel cogitatio qua recte viuitur. Illa enim sine fide et charitate non est. Nam
vt ait Augu. ad Anastasiū: sine spiritu non est voluntas hominis; libera
cum cupiditatibus vincatur: non est libera ad bonum nisi liberata fuerit. Rom.v.
Non autem liberatur nisi per spiritūsanctū diffundatur charitas in cordi=
bus. Non est libera voluntas nisi eam liberet gratia per legem fidei id est
non est libera sine fide operante per dilectionē et illa sufficienter et vere bo Glia.v.
na est. Non est enim fructus bonus qui de charitatis radice non surgit. Si Grego.
vero assit fides operans per dilectionē fit delectatio boni.

¶ De illa cogitatione boni que precedit fidem plene differitur. H Quod intelle=
ctus et cogni=
Illa autem cogitatio siue voluntas que fidem et charitatē tio boni et
aliasque iustificationes precedit non sufficit ad salutem nec recte ea viuitur. mali volū=
hac voluntate concupiscitur illa bona voluntas que est magnū bonū: ista tatē prece=
vero non. Alia est ergo illa voluntas siue cogitatio: alia ista. Et sicut illa dit Augu.
istam precedit: ita illam preuenit intellectus. Unde Augustinus istam di= Ps.cxviii.
stinguens super illum locum psal. Concupiuit anima mea desi. iu. ait. Cō
cupiuit desiderare inquit: non desiderauit. Uidemus enim ratione nōnunquam
quam vtiles sint iustificationes dei: sed infirmitate prepediti aliquando nō deside=
ramus. Preuolat ergo intellectus. sequitur tardus aut nullus affectus. Sci=
mus bonū nec delectat agere: et cupimus vt delectet. Sic iste olim desidera
re concupiscebat: que bona esse cernebat. cupiens eorum habere delectatio
nem quorū potuit videre rationē. Ostendit itaque quibus quasi gradibus
ad eas perueniatur: prius enim est vt videantur quam sint vtiles et honeste: Scdm hba
deinde vt earum desideriū concupiscat: postremo vt proficiente gratia de= Aug. grāz
lectet earum operatio quarum sola ratio delectabat. Attende hunc ordinē ordinem ex
gratiarum quem hic distincte assignat Augustinus qualiter scz intellectus ponit.
bonorum precedit concupiscentiam eorūdem et ipsa concupiscentia dele= Quod aliqui
ctationem que fit per fidem et charitatem qua habita vere bona est volun gratia iu=
tas qua recte viuitur. Ipsaque fidei comes est non preuia. Qui verba Augu stificatiōis
stini premissa secundū hanc distinctionē considerat nullam ibi repugnan multā i ho
tiam fore animaduertit: non ignorans etiā ante gratiā preuenientē et ope= mine pce=
rantē qua voluntas bona preparat in hoie pcedere quedā bona ex dei grā dunt bona
et libero arbitrio quedā etiā ex solo libero arbitrio quibus tamen vitam qdā ex grā
non meretur: nec gratiam qua iustificat. Illius enim gratie pcipiēde que et libertate
voluntatē hominis sanat: vt sanata legem impleat nulla merita precedūt arbitrij tm
Ipsa est enim qua iustificatus impius fit iustus: qui prius erat impius me Aug. de sps
ritis autem impij non gratia sed pena debetur nec ista esset gratia si non et littera.

daretur gratuita. Datur autem gratuita: quia nihil boni ante feceramus vñ hoc mereremur. Non negam⁹ tñ multa ante hāc gratiā ⁊ pter hāc grãz ab hoīe fieri bona per liberū arbitriū vt tradit Aug. in responsionibus cõtra pelagianos: vbi dicit hominē per liberum arbitrium agros colere: domos edificare: et alia plura bona facere sine gratia cooperante.

Augu. ad Sixtum.
Qđ ab hoīe bona fiūt p lib. arbi.

❡Utrum vna eademq̃ sit gratia que dicitur operans et cooperans. I

Hic considerandū est cū predictum sit per gratiā operantem et preuenientē voluntatē hominis liberari ac preparari vt bonum velit. et per gratiam cooperantem et subsequentem adiuuari: ne frustra velit vtruʒ vna ⁊ eadem sit gratia .i. vnū munus gratis datū quod operetur et cooperetur: an diuersa alterū operans et alterū cooperans? Quibusdā non irrationabiliter videtur ꝙ vna et eadem sit gratia idem donum: eadē virt⁹ que operat̄ et cooperat̄: sed propter diuersos eius effectus et dicit̄ operans et cooperans. Operans enim dicitur inq̄ntum liberat et preparat voluntatem hominis vt bonum velit. Cooperans inquātum eandem adiuuat ne frustra velit: scʒ vt opus faciat bonū. Ipsa enim gratia non est ociosa: sed meretur augeri: vt aucta mereatur perfici.

Hic dicit ꝙ vna sit sʒ ꝓpter diuersos effect⁹ diuersa sortit̄ noīa.

❡Quid sit ipsa gratia et quomodo meret̄ augeri queritur. K

Si vero queritur quomodo ipsa gratia preueniens mereatur augeri et perfici: cum nullū meritū sit absq̃ libero arbitrio: et quid sit ipsa gratia an virtus an non et si virtus: an actus vel non. Ut hoc aperte insinuari valeat p̄mittendū est tria esse genera bonorū. Alia nāq̃ sunt magna alia minima: alia media. Ut Augu. ait in primo. lib. retractationum: Uirtutes inquit quibus recte viuitur magna bona sunt. Species autē quorūlibet corporū sine quibus recte viui potest minima bona sunt. Potentie vero animi sine quibus recte viui non potest: media bona sunt. Item virtutibus nemo male vtit̄. Ceteris autem bonis id est medijs et minimis: non solum bene: sed etiam male quisq̃ vti potest: et ideo virtute nemo male vtitur quia opus virtutis est bonus vsus istorum quibus etiam non bene vti possumus. Nemo autem bene vtendo male vtitur: non solum auteʒ magna sed etiam media et minima bona esse prestitit bonitas dei. Ecce habes tria genera bonorum distincta.

Anḡs sol = uit p̄mittit de trib⁹ gn̄ibus bonoꝝ.
Aug. i li. retrac. c. viij.
Idē i li. de libe. arbi.

❡In quibus bonis sit liberum arbitrium. L

Queritur autem in quibus bonis contineatur liberū arbitrium. De hoc Augu. in primo lib. retractationū ita ait. In medijs quidem bonis inuenitur liberū voluntatis arbitrium: quia et male illo vti possumus: sed tamen tale est vt̄ sine illo recte viuere nequeamus. Bonus auteʒ vsus eius iam virtus est: que in magnis reperit̄ bonis quibus male vti nullus potest. Et quia bona et magna et media et minima ex deo sunt: sequitur vt ex deo sit etiam bonus vsus libere voluntatis qui virtus est et in magnis numeratur bonis. Attende diligenter que dicta sunt et confer in vnū. Sic enim aperietur quod supra querebatur. Dixit equidem opus virtutis esse bonum vsum illorum bonorum quibus etiam non bene vti possumus id est mediorum in quibus posuit liberum arbitriuʒ cuius quoq̃ bonum vsum dixit esse virtutē. Quod si est: non est ergo opus virtutis quod supra dixit: quia aliud est virtus aliud opus eius.

Augustin⁹
Premissas auctorita= tes cōside= rari ⁊ ꝯfer= ri iubet vt possit solui qđ q̄rebat̄.

❡De virtute quid sit et quid sit actus eius. M

Hic videndũ est quid sit virtus: et quid sit actus vel opus eius. Uirtus est (vt ait Aug.) bona qualitas mentis qua rẽcte viuit: et qua nullus male vtitur: quam deus solus in homine operatur. Ideoq͡ꝫ opus dei tantũ est: sicut de virtute iustitie Augu. docet super illũ locum psalmi. Feci iudiciũ et iusticiã ita dicens. Justicia magna virtus animi est: quã non facit in homine nisi deus. Ideoq͡ꝫ cuꝫ ait propheta ex persona ecclesie. Feci iusticiã non ipsam virtutẽ quam nõ facit homo: sed opus eius intelligi voluit. Ecce aperte insinuatur hic ꝙ iusticia in homine non est opus hominis: sed dei: quod et de alijs virtutibus itidem intelligendũ est.

Dist. xxvij. De ꝯpatione grẽ ad virtutem. Aug. ꝺ spũ et anima. ps. cxviij. Exẽplũ ponit de iusticia isinuãs ꝙ ꝺ alijs itidem intelligendũ sit.

¶ De fide itidem dicit ꝙ non est ex hoĩe: sed ex deo tantum. B

Nã de gratia fidei Ephesijs scribẽs apostolus similiter fidem non ex homine sed ex deo tantũ esse asserit inquiẽs. Gratia estis salnati per fidẽ: et hoc non ex vobis: dei eñ donũ est. Quod a sanctis ita exponitur. hec. s. fides non est ex vi nature nostre quia donum dei pure est. Ecce ꝛ hic aperte traditur ꝙ fides non est ex libertate arbitrij siue ex arbitrio voluntatis quod superioribus consonat vbi dictum est: gratiam preuenientẽ vel operantem esse virtutem que voluntatẽ hominis liberat ꝛ sanat. Unde Augustinus in libro de spiritu et littera ait. Justificati sumus non per liberam voluntatem: sed per gratiam christi: non ꝙ sine voluntate nostra fiat sed voluntas nostra ostendit̃ infirma per legem vt sanet gratia volũtatẽ: et sana voluntas impleat legem.

Ephe. ij.

¶ De gratia que liberat voluntatẽ que si virtus est: nõ est ex libero arbitrio et sic non est motus mentis. C

Si igitur gratia que sanat et liberat voluntatẽ mentis hominis virtus est vel vna vel plures: cum ipsa gratia non sit ex arbitrio voluntatis: sed eam potius sanet ac preparet vt bona sit: consequitur vt virtus non sit ex libero arbitrio: et ita non sit motus vel affectus mentis. Cuꝫ omnis motus vel affectus mentis sit ex libero arbitrio: sed bonus ex gratia est ꝛ libero arbitrio: malus vero ex libero arbitrio tantum. Ut enim ait Augustinus in libro retractationũ. Homo sponte ex libero arbitrio cadere potuit: non etiam resurgere. Idem in libro de duabus animabus. Anime si libero ad faciendũ et non faciendũ motu animi careant: si deniq͡ꝫ his abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur earũ peccatũ tenere nõ possumus. Hic aperte ostenditur ꝙ motus animi siue ad bonum siue ad malum ex libero arbitrio est. Ideoq͡ꝫ si gratia vel virtus motus mentis est: ex libero arbitrio est. Si vero ex libero arbitrio vel ex parte est iam non solus deꝰ sine homine eam facit. Propterea quidam non inerudite tradunt virtutem esse bonam mentis qualitatem: siue formam que animam informat: ꝛ ipsa non est motus vel affectus animi: sed ea liberum arbitrium iuuatur: vt ad bonum moueatur: et erigatur. et ita ex virtute et libero arbitrio nascitur bonus motus vel affectus animi: et exinde bonum opus procedit exterius sicut pluuia rigatur terra vt germinet et fructum faciat nec pluuia est terra: nec germen: nec fructus: nec terra germen vel fructus nec germen fructꝰ. Ita gratie terra mẽtis nostre. i. libero arbitrio volũtatis ifundit̃ pluuia diuine benedictionis. i. inspiratur gratia quod solus deus facit non homo cum eo: qua rigatur voluntas hominis vt germinet: ꝛ fructificet. i. sanat̃ ꝛ ꝑparatur vt bonũ velit ſm quod dicit̃ operans: et iuuat̃ vt bonũ faciat ſm

Aug. ꝺ spũ et littera. Rom. xiij. Aug. i li. retrac. c. viij. Idẽ ꝺ duabus aiabꝰ cap. viij. Hic aperit ad qd ꝓdicta tẽdant vt inotesceret an virtꝰ sit motꝰ mẽtis vel nõ. Per sile ostẽdit ꝛ ẽ ꝯparatio iter tria et tria.

quod dicitur cooperans. Et illa gratia virtus non incongrue nolatur: qr voluntatem hominis infirmam sanat et adiuuat.

¶ Ex quo sensu dicunt ex gratia incipere bona merita et de qua gratia hoc intelligatur. D

Cum ergo ex gratia dicuntur esse bona merita et incipere aut intelligatur gratia gratis dans idest deus vel potius gratia gratis data: que voluntatem hominis preuenit. Non enim esset magnum si hec a deo dicerentur esse a quo sunt omnia: sed potius eius gratia gratis data intelligitur ex qua incipiunt bona merita: que cum ex sola gratia esse dicantur non excluditur liberum arbitrium: quia nullum meritum est in homine quod non sit per liberum arbitrium. Sed in bonis merendis cause principalitas gratie attribuitur: quia principalis causa bonorum meritorum est ipsa gratia qua excitatur liberum arbitrium et sanatur atque iuuatur voluntas hominis vt sit bona.

Quare intelligatur cum ex sola gratia esse dicuntur.

¶ Quod bona voluntas gratie principaliter est: et etiam gratia est sicut et omne bonum meritum. E

Que ipsa etiam donum dei est et hominis meritum: imo gratie: qr ex gratia principaliter est et gratia est. Unde Aug. ad Sixtum presbyte. Quid est meritum hominis ante gratiam cum omne bonum nostrum meritum non in nobis facit nisi gratia. Ex gratia enim vt dictum est que preuenit et sanat arbitrium hominis: et ex ipso arbitrio procreatur in anima hominis affectus siue bonus motus mentis: et hoc est primum bonum hominis meritum. Sicut verbi gratia ex fidei virtute et hominis arbitrio generatur in mente motus quidam bonus et remunerabilis scilicet ipsum credere: ita ex charitate et libero arbitrio alius quidam motus bonus prouenit scilicet diligere bonus valde. Sic de ceteris virtutibus intelligendum est: et isti boni motus vel affectus merita sunt et dona dei quibus meremur: et ipsorum augmentationem et alia que consequenter hic et in futuro nobis apponuntur.

Augu.

Quare bonum meritum hominis constituitur et quid sit primum bonum meritum.

¶ Ex qua ratione dicitur fides mereri iustificationem et alia: F

Cum ergo dicitur fides mereri iustificationem et vitam eternam ex ea ratione dictum accipitur: qr per actum fidei meretur illa. Similiter de charitate et iustitia et de alijs accipitur. Si enim fides ipsa virtus preueniens diceretur esse mentis actus qui est meritum, iam ipsa ex libero arbitrio originem haberet: quod quia non est: sic dicitur esse meritum quia actus eius est meritum: si tamen assit charitas sine qua nec credere nec sperare meritum est vite. Unde apparet vere quia charitas est spiritussanctus que anime qualitates informat et sanctificat vt eis anima informetur: et sanctificetur: sine qua anime qualitas non dicitur virtus: quia non valet sanare animam.

¶ De muneribus virtutum et de gratia que non est: sed facit meritum. G

Ex muneribus itaque virtutum boni sumus et iuste viuimus et ex gratia que non est meritum: sed facit. non tamen sine libero arbitrio prouenient merita nostra: scilicet boni affectus: eorumque progressus atque bona opera que deus remunerat in nobis: et hec ipsa sunt dei dona. Unde Aug. ad Sixtum presbyterum. Cum coronat deus merita nostra: nihil aliud coronat quam munera sua. Unde vita eterna que in fine a deo meritis pre

redentibus redditur:quia ⁊ eadem merita quibus redditur a nobis sunt sed in nobis facta sunt per gratiam:recte ⁊ ipsa vita gratia nuncupatur: quia gratis datur. Nec ideo gratis quia non meritis datur: sed q: data sunt per gratiam ⁊ ipsa merita ⁊ quibus datur.

¶ Epilogat vt alia addat. h

Ex premissis iam innotescere nobis aliquatenus potest: qualiter gratia preueniens meretur augeri ex alia:⁊ quid ipsa sit:an virtus:an aliud:⁊ si virtus an sit actus vel non. Ostensum enim est supra ex parte quorundam quod ipsa est virtus:quia virtus non est actus:sed eius causa:non tamen sine libero arbitrio:vnde quod supra Augustinus dixit bonum vsum liberi arbitrij esse virtutem ita accipi potest.idest actum virtutis:alioquin sibi contradicere videretur. Qui etiam opus virtutis supra dixit esse bonum vsum eorum quibus non bene vti possumus:in quibus posuit liberum arbitrium. Si vero bonus vsus liberi arbitrij : opus virtutis est iam virtus non est. Cum ergo bonum vsum eius virtutem esse dixit:nomine virtutis ipsius vsum significauit.

expo̅itq̅uo intelligēd sit illū bonus vsus libe. arbi. vt⁹ ē

¶ Quod idem vsus est virtutis ⁊ liberi arbitrij:sed virtutis principaliter. I

Idem nempe vsus bonus ex virtute est/⁊ ex libero arbitrio:sed ex virtute principaliter. Et bonus ille vsus in magnis bonis annumerandus est. Illa autem gratia preueniens que ⁊ virtus est:non vsus liberi arbitrij est:sed ex ea potius est bonus vsus liberi arbitrij que nobis est a deo non a nobis. Usus vero bonus arbitrij ⁊ ex deo est ⁊ ex nobis:⁊ ideo bonum meritum est. Ibi enim solus deus operatur:hic deus ⁊ homo. Hoc meritum ex illa purissima gratia prouenit:quod Apostolus notauit dicens. Gratia dei sum id quod sum ⁊ gratia eius in me vacua non fuit. Super quem locum Augustinus ita ait. Recte gratiam nominat:primum enim solam gratiam dat deus:⁊ non nisi gratiam cum non precedant nisi mala merita:sed post per gratiā incipiunt bona merita. Et vt ostenderet etiā liberum arbitrium addit. Et gratia eius in me vacua non fuit. Et ne ipsa voluntas sine gratia dei putetur aliquid boni posse:subdit. Non autem ego solus.scz sine gr̄a:sz gr̄a dei mecū:idest cum libero arbitrio. Plane cum data fuerit gratia incipiunt esse nostra merita bona:per illam tn̄: quia si illa defuerit cadit homo.

Q̄z gr̄a p̄ueniēs q̄ vt⁹ itelligr̄ nō ē li.ar. vs⁹ sz ex ea bonus vsus li. ar. ⁊ ola bona merita. i. Cor.xv. Au. d gr̄a ⁊ lib.arb.

¶ Aliorum sentētia hic ostenditur qui dicunt virtutes esse bonos vsus liberi arbitrij.i.actus mentis. K

Alij vero dicunt virtutes esse bonos vsus naturalium potentiarum:non tamen omnes:sed tantūmodo interiores qui in mēte sunt exteriores vero qui per corpus geruntur non virtutes esse dicunt:sz opera virtutum. Et ideo quod Augustinus dicit opus virtutis esse bonum vsum naturalium potentiarum de vsu exteriori:accipiunt:quod vero dicit bonū vsum liberi arbitrij virtutem esse ⁊ in magnis numerari bonis de vsu interiori intelligunt. Et virtutes nihil aliud esse quam bonos affectus vel motus mentis asserunt:quos deus in homine facit:non homo:quia licet illi motus sint liberi arbitrij non tamen esse queunt nisi deus ipsum liberet: ⁊ adiuuet gratia sua operante ⁊ cooperante:quam dei gratuitam voluntatem accipiunt:quia deus est qui ⁊ operat in nobis velle ⁊ operari bonū

Quartr p̄dicta verba augu. huic sētētie conueniunt.

¶ Quib⁹ authoritatibus muniunt q virtutes sint mot⁹ mētis. L

Au. sup Io an. Omel. xxix. — Idē de do. xp̄ia. ca. iij — Quō alij his rideāt p̄dicta definiri nantes.

Quod autē virtutes sint motus mentis testimonijs sanctorum astruunt: Dicit autem Augustinus super Joannem. Quid est fides? Credere quod non vides. Credere autem motus mentis est. Idem in lib. iij. de doctrina christiana. Charitatem autem voco motum animi. Si vero charitas ⁊ fides motus animi sunt: virtutes ergo motus animi sunt. Quibus alij respondentes premissa verba Augustini ita intelligenda fore inquiunt. Fides est credere quod non vides, i. fides est virtus qua creditur quod non videtur. Item charitas est motus animi. idest gratia q̄ movetur animus ad diligendum. Et ꝙ hec ⁊ his similia ita accipienda sint: ex his conijcitur que alibi Aug. ait. Nam in. j. libro questionum euangelij inquit. Est fides qua creduntur ea que non videntur que proprie dicitur fides. Item in. xiij. libro de trinitate. Aliud sunt ea que creduntur. aliud est fides q̄ creduntur. Ex quibus verbis sic argumentando procedunt. Aliud ē credere: aliud illud quo creditur. Predictum autem est fidem id esse quo creditur. Sic ergo credere nō est fides: quia credere non est id quo creditur. Addunt quoqꝫ virtus opus dei tantum est. quam ipse solus facit in nobis. Ipsa ergo non est vsus vel actus liberi arbitrij: sed credere est act⁹ liberi arbitrij non est itaqꝫ virtus. Premissis alijsqꝫ rationibus ac testimonijs innituntur vtrīqꝫ. Horum autem iudicium diligētis lectoris relinquo examini: ad alia properans.

Decimiatō nē ꝯfirmāt authoritatibus. — Au. in. j. li. q̄stio. c. xj. — Idē. xiij. li de tri. c. iij. — Hay sniarū iudiciū lectori relinquitur.

¶ Predicta repetit vt alia addat diffinitam assignationē ponēs de gratia ⁊ libero arbitrio contra pelagianos. A

Dist. xxviij de p̄tāte li. ar. hois lapsi quā hȝ gr̄a circunscripta. — Aug. in li. de heresib⁹ — Quē sit heresis pelagianoꝝ de gr̄a ⁊ libero arbi.

Ut vero inconcusse ⁊ incunctanter teneamus liberum arbitrium sine gratia preueniente ⁊ adiuuante non sufficere ad salutem ⁊ iustitiam obtinendam nec meritis precedentibus gratiam dei aduocari: sicut pelagiana heresis tradidit. Nam vt ait Augusti. in. j. lib. retractationum. Noui heretici pelagiani liberum sic asserunt voluntatis arbitrium: vt gratie dei non relinquant locum: quam sm̄ merita nostra dari asserunt. Pelagianorum heresis omniū recentissima a pelagio monacho exorta est. Hi dei gratie qua predestinati sumus: ⁊ qua meruimus de potestate tenebrarum erui: in tantum inimici sunt: vt sine hac credant hominem posse facere omnia diuina mandata. Deniqꝫ pelagius a fratribus increpatus ꝙ nihil tribueret adiutorio gratie dei: ad eius mandata facienda non eam libero arbitrio preponebat: sꝫ infideli calliditate supponebat dicens: ad hoc eam dari hominib⁹ vt q̄ facere per liberum arbitrium iubentur facilius possint implere per gratiam. Dicendo vtiqꝫ facilius possint voluit credi: ⁊ si difficilius: tamē posse homines sine gratia facere iussa diuina. Illam vero gratiam dei sine qua nihil boni possumus facere non esse dicunt: nisi in libero arbitrio qđ nullis suis precedentibus meritis ab illo accepit nostra natura ipso ad hoc tantum iuuante nos per suam legem atqꝫ doctrinam vt discamus que facere ⁊ que sperare debeamus. Nō autem ad hoc per donum spiritussancti vt que dixerimus esse facienda faciamus. Ac per hoc diuinitus nobis dari scientiā confitentur: q̄ ignorantia pellitur: charitatem autem negāt diuinitus dari qua pie viuitur: vt. s. sit donū dei scientia que sine charitate inflat: ⁊ non sit donum dei ipsa charitas: que vt scientia non inflet: edificat. Destruunt etiam orationes quas facit ecclesia siue pro infidelibus ⁊ doctrine dei resistentibus vt conuertantur ad deum: siue pro fidelibus vt augeatur in eis fides ⁊ perseuerent in ea. Hec quippe non ab ipso accipe

re:sed a seipsis homines habere contendũt gratiã dei: qua liberamur ab impietate dicentes ẜm merita nostra dari. Paruulos etiam sine vllo peccati originalis vinculo asserunt nasci.

¶ Hic ponit ea quibus suum confirmant errorem verbis Aug. contra ipsum vtentes. B

Quod vero dicunt sine gratia hominem per liberum arbitrium omnia iussa implere huiusmodi inductionibus muniunt. Si (inquiunt) non potest ea facere homo que iubentur non est ei imputandum ad mortem sicut et ipse Augustinus in libero arbitrio asserens. Quis (inquit) peccat in eo quod nullo modo potest caueri? Peccatur autem: Caueri ergo potest: hoc testimonio Augustini pelagius vsus est disputans aduersus eum: immo aduersus gratiam sicut Augustinus in libro retractationum illud et alia huiusmodi retractãs commemorat inquiens. In his ita ꝗ huiusmodi verbis meis: quia gratia dei cõmemorata non est de qua tunc non agebat: putant pelagiani suam nos tenuisse sententiam: sꝫ frustra hoc putant. Uoluntas quippe est qua peccatur et recte viuitur: quod his verbis egimus: sed ipsa nisi dei gratia liberetur et vitia superet et adiuuetur: recte a mortalibus viui non potest. Ecce aperte determinat ex quo sensu dixerit inimicos gratie refellens. Testioniũ Aug. induit pelagius pro se. Retractatio Augu.

¶ Aliud testimonium Augustinus ponit quo pelagius pro se vtebatur. C

Similiter et innitebatur Pelagius verbis Augusti. cõtra gratiam: que in libro de duabus animabus dicit. Peccati inquit: reum tenere quemquam: quia non fecit quod facere nõ potuit: summe iniquitatis et insanie est. His auditis exultat pelagius: dicens. Cur ergo paruuli et illi qui non habent gratiam sine qua non possunt facere mandata diuina rei tenentur? Hoc autem qua occasione dixerit in libro retractationum pelagio respondens aperit. Id enim contra Manicheos dixit: qui in homine duas naturas esse contendunt: vnam bonam ex deo: alteram malam ex gente tenebrarum: que nunquam bona fuit. nec bonuꝫ velle potest: quod si esset non videretur ei imputandum esse si bonum nõ faceret. Qõ pelagij. Determinatio Augu.

¶ Aliud quod videtur contradicere gratie dei addit. D

Alibi etiam Aug. dicit ꝙ huic gratie contradicere videtur qua iustificamur. Ait enim in libro contra Adamantiuꝫ Manichei discipulum. Nisi quisqꝫ voluntatem suam mutauerit: bonum operari non potest: quod in nostra potestate esse positum: dominus docet vbi ait. Aut facite arborem bonã: aut fructus eius bonos etc. Quod Augustinus in retractationibus non esse contra gratiam dei quam predicamus ostendit. In potestate quippe hominis est mutare in melius voluntatem: sed ea potestas nulla est nisi a deo detur: de quo dictum est. Dedit eis potestateꝫ filios dei fieri. Cum enim hoc sit in potestate quod cum volumus facimus nihil tam in potestate quam ipsa voluntas est: sed preparatur a domino voluntas: eo ergo modo dat potestatem. Mat. xij. Determinatio Aug. in li. retract. Joan. j.

¶ Aliud testimonium eiusdem quod videtur aduersum. E

Sic etiam intelligendum est quod in eodem ait scilicet in nostra potestate esse: vt vel inseri bonitate dei: vel excidi eius seueritate

Aug.in li. de duabus animab⁹. mereamur:quia in potestate nostra non est nisi quod nostram sequitur voluntatē:que cum preparatur a domino facile sit opus pietatis etiā illud qđ impossibile et difficile fuit.

¶Aliud testimonium. F

In expositiōe quoq3 quarūdā propositionum epistole ad Romanos quedam Augustinus interserit:q̄ videtur huic doctrine gratie aduersari. Ait enim. Quod credimus nostrum est: quod autem bonū operamur illius est:qui credentibus dat spiritūsanctū. et paulopost. Nostrum est credere et velle:illius autem dare credentibus et volentibus facultatem bene operādi per spiritūsanctū. Que qualiter intelligi debeāt Augusti.in lib. retractationū aperit dicēs. Uerum est quidem a deo esse qđ operamur bonum:sed eadem regula vtriusq3 est:et volendi.s.et faciēdi:et vtrūq3 ipsi⁹ est:quia ipse preparat voluntatem:et vtrūq3 nostrum est: quia non fit nisi volentibus nobis. Illa itaq3 profecto non dixissem si iā scirē etiā ipsam fidem inter spiritussancti munera reperiri.

¶Adhuc addit aliud quod videtur contrarium. G

Determinatio. Illud etiam diligenter est inspiciendum quod Augu.in lib. sentētiarum prosperi ait.s.q: posse habere fidē sicut posse habere charitatem natura est hominū:habere aūt fidem sicut habere charitatē gratia est fidelium. Quod non ita dictum est tanq3 ex libero arbitrio valeat habere fides vel charitas:sed quia aptitudinem naturalem habet mens hominis ad credendum vel diligendum que dei gratia preuēta credit et diligit quod sine gratia non valet.

¶Testimonio hieronymi astruit quid tenendum sit de gratia et libero arbitrio:vbi triplex heresis indicatur.s. Iouiniani/Manichei/Pelagij. H

Id ergo de gratia et libero arbitrio indubitanter teneamus quod Hieronymus in explanatione fidei catholice ad Damasum papam:Iouiniani et Manichei et Pelagij errores collidens docet. Liberum inquit sic cōfitemur arbitriū vt dicamus nos semper indigere dei auxilio: et tam illos errare qui cum Manicheo dicūt hominē peccatum vitare non posse:q̄3 illos,q̄ cū Iouiniano asserūt hominē non posse peccare. Uterq3 tollit arbitrij libertatem. Nos vero dicimus hominē semper et peccare et non peccare posse:vt semp nos liberi cōfiteamur esse arbitrij. Hec est fides quā in catholica ecclesia didicimus:et quam semper tenuimus.

¶Utrum homo ante peccatum eguerit gratia operāte et cooperante. A

Dist. xxix. De ptāte li. arbi. pmi homis vtr. s. eguerit gr̄a operante et cooperante ꝑm statū natu re īstitute.

Post hec considerandū est vtrum homo ante peccatum eguerit gratia operante: et cooperante. Ad quod breuiter dicimus quia non cooperante tantum:sed etiam operante gratia indigebat:non quidem ꝑm omnem operandi modū operantis gratie. Operatur enim liberando et preparando voluntatem hominis ad bonum:egebat itaq3 homo ea: non vt liberaret voluntatem suam que peccati serua non fuerat: sed vt prepararet ad volendum efficaciter bonū quod per se non poterat. Non enim poterat bonum mereri sine gratia vt Augustinus in Ench. euidenter tradit. Illam inquit immortalitatem in

qua poterat non mori natura humana: perdidit per liberum arbitrium. Q̄o opante
Hanc vero in qua non poterat mori acceptura est per gratiam quam fue= ꝛ coopante
rat si non peccasset acceptura per meritum. Quamuis sine gratia nec tunc eguerit sʒ
vllum meritum esse potuisset: quia ꝛ si ipsuʒ pctm̄ in solo erat arbitrio con opante nō
stitutum: non tamen iustitie habende vel retinende sufficiebat liberum ar eguerit hʒ
bitrium nisi diuinum preberetur adiutorium. Ecce his verbis satis osten= ocʒ modū
ditur ꝙ ante peccatū homo indigebat gratia operante et cooperante: Nō quo ipsa
enim habebat quo pedem mouere posset sine gratie operantis ꝛ cooperan operatur.
tis auxilio: habuit tamen quo poterat stare. An.i ench.

¶ Quod homo ante lapsum virtutes habuerit. B

Preterea queri solet vtrum homo ante lapsum virtutem habuerit. Quibusdam videtur ꝙ non habuerit: id ita probare conantibꝰ. Iustitiam (inquiunt) non habuit: quia preceptum dei contempsit: nec prudentiam: quia sibi non prouidit: neqꝫ temperantiam: quia aliena appetit nec fortitudinem: quia praue suggestioni cessit. Quibus respondentes dicimus eum quidem non tunc habuisse has virtutes quando peccauit: sed ante et tunc amisisse. Quod multis sanctorum testimonijs comprobatur.
Ait enim Augustinus in quadam omelia. Adam perdita charitate ma= Sctōꝝ te
lus inuentus est. Item Princeps vitiorum dum vicit Adam de limo terre stimonijs
ad imaginem dei factum pudicitia armatum temperantia compositum: affirmat
charitate splendidum: primos parentes illis donis: ac tantis bonis expo= hoīeʒ pmū
liauit: pariterqꝫ peremit. De hoc eodem Ambrosius ad sabinum ait. Quā habuisse
do Adam solus erat non est preuaricatus: quia eius mens deo adhere= virtutes.
bat. Super psal. quoqꝫ dicit. Quod homo ante peccatum beatissimus au= Ambrosiꝰ.
ram carpebat ethercam. Sed quomodo sine virtute beatissimus erat? Au Augu. sup
gustinus quoqꝫ super Genesi. dicit adam ante peccatum spiritali mēte pre Gen.
ditum fuisse. Non est ergo dubitandum hominem ante peccatum virtutibus fulsisse: sed illis per peccatum expoliatum fuisse.

¶ De eiectione hominis de paradiso. C

In illius quoqꝫ peccati penam eiectus est de paradiso in istum miseriarum locum: sicut in Genesi. legitur. Nūc ergo ne forte mittat manum suam ꝛ sumat de ligno vite et comedat et viuat in eternum: emisit eū deus de paradiso voluptatis. His verbis insinuari videtur ꝙ nunqꝫ moreretur si postea de illo ligno sumpsisset. Gen.iij.

¶ Quomodo intelligendum sit illud ne sumat de ligno vite ꝛ comedat et viuat in eternum. D

Sed quia per peccatum iam mortuū corpus habebat: illa verba et tali intellectu accipi possunt. Deus modo irati loquens de homine superbo ait. Videte ne forte mittat manum suam ꝛc. id est cauete vos angeli ne comedat de ligno vite quo indignus est: de quo si perstitisset comederet et viueret in eternum. Sed modo propter inobedientiam indignꝰ est comedere. Et sicut verbo dixit ita opere exhibuit. Emisit enim eum deꝰ de paradiso voluptatis in locum sibi congruum: sicut plerumqꝫ malus est inter bonos viuere ceperit si in melius mutari noluerit: de bonorum cōgregatione pellitur pondere praue consuetudinis pressus.

¶ De flammeo gladio ante paradisum posito. E

Ne vero ad illud posset accedere: collocauit deus ante paradisum cherubin et flammeum gladium atq[ue] versatilem ad custodiendã viam ligni vite. Quod iuxta literam potest hoc modo accipi: quia per ministerium angelorum ignea custodia ibi constituta fuit. Hoc enim per celestes potestates in paradiso visibili factum esse credendum est: vt per angelicum ministerium ibi esset quedam ignea custodia: non tamẽ frustra: sed quia aliquid significat de paradiso spirituali. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientie: hec est charitas: quia plenitudo legis est dilectio. Gladius autẽ flammeus/ pene temporales sunt: que versatiles sunt: quia tempora volubilia sunt. Illa ergo ad custodiã ligni vite ideo posita sunt ante paradisum: quia ad vitam nõ reditur/ nisi per cherubin. scilicet plenitudinem scientie: id est charitatem et per gladium versatilem: id est tolerantiam p[assi]onum temporalium.

¶ An homo ante peccatum comederit de ligno vite. F

Potest autem queri vtrum de ligno vite ante peccatum comederit homo. De hoc Augu. in lib. de baptis. par. sic ait. Recte profecto intelliguntur primi homines ante malignam diaboli persuasionẽ abstinuisse a cibo vetito atq[ue] vsi fuisse concessis. His verbis ostenditur q[uod] de ligno vite ante peccatum sumpserint: quibus preceptum erat vt de omni ligno paradisi comederent: nisi de ligno scientie boni et mali.

¶ Quare non sunt facti immortales si comederunt de ligno vite. G

Quare ergo perpetua soliditate & beata immortalitate vestiti non sunt: vt nulla infirmitate vel etate in deterius mutarentur. Hanc enim virtutẽ naturaliter illud lignum habuisse dicitur. Sed forte hoc nõ conferebat: nisi sepe de illo sumeret. Potuit ergo fieri/ vt de illo sumeret semel et nõ sepius q[uod] p[er] aliquã morã in paradiso fuisse intelligit[ur]: cũ scriptura dicat eũ ibi soporatũ fuisse: quãdo costa de latere ei[us] assumpta est: & inde formata mulier: et animalia ante eum ducta quib[us] nomina imposuit.

Dist. xxx.

¶ Quod per Adam peccatum et pena transijt in posteros. A

Quid sit originale pctm̃ qd̃ a pctõ p[ri]mor parẽtũ fuit causatũ.

In superioribus insinuatum est: licet ex parte (nõ enim perfecte sufficimus exponere) qualiter primus homo deliquerit: et quam pro peccato penam subierit: quibus adijciendum est peccatum simul ac penam per eum transisse in posteros. Sicut apostolus ostendit inquiens. Sicut per vnum hominẽ peccatũ in hunc mundũ intrauit: ita in oẽs homines mors pertransijt.

¶ Utrum illud peccatum fuerit originale vel actuale. B

Hic primó videndum est quod fuit illud peccatum originale scilicet an actuale: et si de originali intelligatur consequenter quid sit originale peccatum: et quare dicatur originale: et quomodo pertransierit vel pertranseat in omnes diligenter inuestigandum est. Quibusdam placuit de peccato actuali adeo illud accipere: asserẽtibus hoc apostolum sensisse cum inferius ait. Sicut per inobedientiam vnius hominis pecca-

Quidã illud accipiũt de actuali.

totes constituti sunt multi ita &c. Euidenter (inquit) etiam ipso nomine exprimit apostolus peccatū quod per vnum hominē intrauit in mundum scilicet inobedientiā. Inobedientia vero peccatum actuale est.

¶Quomodo intrasse in mundum dicunt. C

Hoc autem dicunt intrasse in mundum non traductione originis sed similitudine preuaricationis: omnesqꝫ in illo vno peccasse dicunt quia omnibus ille vnus peccandi exemplum extitit. Hoc male senserunt quidam heretici/ qui dicti sunt Pelagiani. de quibus Augustinus in libro de baptismo paruulorum commemorat dicens. Sciendum est inquit hereticos quosdam qui nominati sunt pelagiani dixisse peccatū primę transgressionis in alios homines non propagatione sed imitatione transisse. Unde etiam in paruulis nolunt credere per baptismum solui originale peccatum: quod in nascentibus nullum esse omnino contendunt. Sed eis dicitur: quia si apostolus peccatum imitationis non propagationis intelligi voluisset: eius principem non adam sed diabolum diceret. De quo in libro Sapień. dicitur. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Et quia non vult intelligi hoc esse factum propagatiōe sed imitatione: continuo subiunxit scriptura. Imitantur autem eum qui sunt ex parte ipsius Imitantur quidem Adam quotquot per inobedientiam transgrediuntur mandatū dei. Sed aliud est quod exemplum est voluntate peccantibus: aliud quod origo est cum peccato nascentibus. Nō est igitur accipiendum peccatum ade transisse in omnes imitationis tantū exemplo: sed propagationis et originis vitio. Recitat heresim. Sap. ij.

¶Hic aperit illud esse peccatum originale quod transit in posteros. D

Et est illud peccatum originale vt aperte Augusti. testatur quod per Adam transiuit in omnes per eius carnem vitiatam cōcupiscentialiter generatos.

¶Quid sit originale peccatum hic inquiritur. E

Quod diligenter inuestigādum est quid sit. De hoc enim sancti doctores sub obscuritate locuti sunt: atqꝫ scolastici doctores varia senserunt. Quidam enim putant originale peccatum esse reatum pene pro peccato primi hominis. id est debitum vel obnoxietatem qua obnoxij et addicti sumus pene temporali et eterne pro primi hominis actuali peccato: quia pro illo (vt aiunt) omnibus debetur pena eterna nisi per gratiam liberent. Iuxta horū sententiā oportet dici originale pctīm nec culpā esse nec penam. Culpam non esse ipsi fateamur: pena quoqꝫ sm eos esse nō potest: quia si debitum pene originale peccatum est: cum debitum pene non sit pena nec originale peccatum est pena: quod etiam quidam eorum admittunt: dicentes in scriptura originale peccatum sepe nominari reatum: et reatum ibi intelligunt vt dictum est obnoxietatē pene: et ea ratione asserunt peccatum originale dici esse in paruulis: quia paruuli ꝓ illo primo peccato rei sunt pene: sicut pro peccato iniqui parentis aliquando exulāt filij secundum iustitiam fori. Quorūdā de originali peccato opinio.

¶Quod originale peccatum sit culpa auctoritatibus probat. F

Sed ꝙ originale pctīm culpa sit pluribꝰ sctōꝝ testimonijs edocet. Sup Exod. vbi dr. Primogenitū asini mutabis oue. Greg. ait. Oēs Exod. xiij. Gregorius.

in pctis nati sumus: ex carnis delectatione cōcepti culpā originalē nobiscum traximus; vnde et voluntate nostra peccatis implicamur. Ecce culpam originalem dixit nos trahere. Unde constat originale peccatum culpā esse. Augustinus quoque in libro de natura et gratia de hoc codem sic ait. Omnes (vt ait Apls) peccauerūt: vtique vel in seipsis vel in Adā qui sine pctō nō sunt: vel qd originaliter ɔtrexerūt: vel qd malis moribus addiderunt. Pctm enim pmi hominis non solum ipsum: sed omne necauit genus humanum: quia ex eo dānationem simul et culpam suscepimus. Idem super psalm. l. Quod de corpore mortuo seminatur cum vinculo peccati originalis nascitur et mortis. Ideo igit se in iniquitatibus conceptū dicit Dauid quia in omnibus trahitur iniquitas ex Adam et vinculum mortis. Nemo enim nascitur: nisi trahens penam et meritum pene. Meritum autem pene peccatū est. Omnis ergo qui nascitur per carnis concupiscentiam peccatum trahit. Peccatum itaque originale culpa est: quam omnes concupiscentialiter concepti trahūt. Unde in Eccle. dogmatibus scriptum est. Firmissime tene et nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri et mulieris concipitur cum originali peccato nasci: impietati subditum mortique subiectū et ob hoc natura ire nasci filium. a qua nullus nisi per fidem mediatoris dei et hominū. His et alijs authoritatibus euidenter ostenditur, peccatum originale culpā esse: et in omnibus concupiscentialiter genitis trahi a parentibus.

Augustin. Rom. iij.

Aug. ad Petrū diaconum.

¶ Quid sit quod dicitur peccatum originale scilicet fomes peccati id est concupiscentia. G

Nunc superest videre quid sit ipsum originale peccatum: quod cū non sit actuale: non est actus siue motus anime vel corporis. Si enim actus est anime vel corporis actuale: vtique peccatū est: sed actuale non est: non est ergo actus vel motus. Quid ergo originale peccatum dicitur fomes peccati. scilicet concupiscentia vel cōcupiscibilitas: que dicitur lex membrorum siue languor nature: siue tyrannus qui est in membris nostris siue lex carnis. Unde Augustinus in libro de baptismo paruulorum. Est in nobis concupiscentia que non est permittēda regnare. Sunt et eius desideria que sunt actuales concupiscentie que sunt arma dyaboli: que veniūt ex languore nature. Languor autem iste tyrannus est qui mouet mala desideria. Si ergo vis esse victor tyranni atque inermem inimicum inuenire: non obedias concupiscentie male. His verbis satis ostenditur fomitem peccati esse concupiscentiam.

Augustin.

¶ Qd nomine concupiscentie intelligitur fomes peccati et que dicitur fomes peccati. H

Nomine autem concupiscentie non actum concupiscendi: sed vitium primum significauit: cum eam dixit legem carnis. Unde idem in tractatu de verbis Apostoli ait. Semper pugna est in corpore mortis huius: quia ipsa cōcupiscentia cum qua nati sumus finiri non potest quādiu viuimus: quotidie minui potest: finiri non potest. Que autem est concupiscētia cum qua nati sumus? Uitium vtique est quod paruulum habilem concupiscere facit: adultum etiam concupiscentem reddit. Sicut enim in oculo cecitate est vitium cecitatis est: sed non apparet. nec discernitur inter videntem et cecum nisi luce veniente: sic in puero vitiū esse non apparet donec etatis prouectioris tempus occurrat. Ex his datur intelligi quid sit originale peccatum scilicet vitium concupiscentie: quod in omnes cōcupiscentialiter natos per Adam intrauit eosque vitiauit. Unde Augu. in libro de baptismo

Qd p Adā originalē pctm l oēs cupiscētia. Aug. l li. d bap. puulo rū. quō itel

paruulorum. Adã preter imitationis exemplũ: occulta etiam tabe carnalis ligat l quo cõcupiscentie sue tabificauit in se omnes de sua stirpe venturos. Unde Apostolus recte ait. In quo omnes peccauerunt. Circũspecte et sine ambiguitate dicit hoc Apostolus. Siue enim intelligatur in quo homine siue in quo peccato sanum est. In Adam enim omnes peccauerunt vt in materia: non solũ eius exemplo vt dicũt pelagiani. Omnes enim illi vnus homo fuerãt id est in eo materialiter erant. Manifestum est itaqz omnes in Adam peccasse: quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus: quos genuit omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igit sicut cũcti cõstituti sunt peccatores ita in illo vno peccato qd intrauit in mundum recte omnes dicuntur peccasse: qz sicut ab illo vno homine: sic ab eodem vno peccato immunes esse non possunt: nisi ab eius reatu per christi baptismum absoluãtur. Alia ergo sunt propria peccata in quibus tantum peccant quorum peccata sunt. Aliud hoc vnũ in quo omnes peccauerunt: id est ex quo omnes peccatores cõstituti sunt. Apo oẽs peccauerunt.

¶ Quid sit peccatum in quo omnes peccauerunt. s. originale quod ex inobedientia processit. I

Hoc est originale peccatum quo peccatores nascuntur omnes concupiscentialiter geniti: quod ex Adã siue ex eius inobedientia emanauit et in posteros demigrauit. Unde Apostolus consequenter per inobedientiam vnius hominis: multos dicit constitutos esse peccatores: que est actuale peccatum. Cum autem dixerit per vnum hominem peccatum intrasse in mundũ et in eo omnes peccasse: de originali dictum esse oportet accipi.

¶ Ex quo sensu dictum est per inobedientiam vnius multi sunt constituti peccatores. K

Qd ergo ait per inobedientiã vnius multi constituti sunt peccatores: eo sensu dictũ esse intelligendum est: quia ex inobedientia Ade scilicet ex peccato actuali Ade processit originale peccatum quo omnes peccatores nascuntur vt et in illo esset: et in omnes transiret.

¶ Qd peccatũ originale in Adam fuit et in nobis est.

Unde Augustinus Juliano heretico nullum peccatum in paruulis esse contendenti respondens aperte asserit peccatum originale ex voluntate Ade processisse: ac per eius inobedientiam in mundum intrasse. Querit enim Julianus per quid peccatũ inuenitur in paruulo: ita inquiẽs. Qõ iuliani
Nõ peccat iste qui nascitur. Non peccat ille qui genuit. Non peccat ille qui cõdidit. Per quas igitur rimas inter tot presidia innocentie peccatũ fingis ingressum. Et respondet sancta pagina. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundũ per vnius inobedientiam ait Apostolus quid querit amplius: quid querit apertius? Item inquit Julianus. Si per hominẽ peccatum intrauit in mundum peccatum vel ex voluntate est vel ex natura est. Si ex voluntate est mala voluntas est que peccatum facit. Si autem ex natura est / mala est natura. Cui rñdeo ex volũtate peccatũ est. Querit forte. Utrũ originale pctm ex volũtate sit. Respõdeo prorsus et originale peccatũ ex volũtate eẽ: qz h ex volũtate primi hois seminatũ ẽ vt i illo eẽt et i oẽs trãsiret. Rñsio Au. Qõ iuliani Rñsio Au.

¶ Obiectio quorumdam contra id quod supra dictum est omnes in Adam fuisse homines. M

Ad hoc autem quod diximus in Adam fuisse omnes homines: quidam verborum sectatores sic obijciunt dicẽtes. Non omnis caro que ab Adã traducta est in eo simul existere potuit: qz multo maioris qũti-

ratis est ꝙ fuerit corpus Ade. In quo nec tot etiã athomi fuerunt quot ab eo homines descenderunt. Quo circa verum non esse asserunt substantiam vniuscuiusqȝ in primo fuisse parente.

¶ Responsio vbi aperitur qualiter fuerũt in Adã secundum rationem seminalem: ⁊ quomodo ex deo descenderint scilicet lege propagationis. N

Quibus responderi potest ꝙ materialiter atqȝ causaliter non formaliter dicitur fuisse in primo homine omne quod in humanis corporibus naturaliter est: descẽditqȝ a primo parente lege propagationis: et in se auctum ⁊ multiplicatũ est nulla exteriori substantia in id trãseunte: ⁊ ipsum in futuro resurget. Fomentũ quidẽ habet a cibis: sed non conuertũtur cibi in humanã substantiã que scȝ ꝑ propagationẽ descendit ab Adã.

Quõ ꝑ ppagationẽ descendit.

Transmisit enim Adam modicũ quid de substantia sua in corpora filiorũ quando eos procreauit. id est aliquid modicũ de massa substantie eius diuisum est: ⁊ inde formatũ corpus filij: suiqȝ multiplicatione sine rei extrinsece adiectione auctum est. ⁊ de illo ita augmẽtato aliquid inde separatur: vnde formantur posterorum corpora: ⁊ ita progreditur procreationis ordo lege propagationis vsqȝ ad finem humani generis. Itaqȝ diligenter ac perspicue intelligentibus patet omnes secundu corpora in Adam fuisse per seminalem rationem: ⁊ ex eo descendisse propagationis lege.

Magr̃ hic nõ tenetur.

¶ Authoritate ⁊ ratione probatur nihil extrinsecũ cõuerti in humanam substantiam que ab Adam est. O

Mat.xv.

Qd vero nihil extrinsecuȝ in humani corporis naturã trãseat: veritas in euangelio significat dicens. Omne quod intrat in os in ventrem vadit ⁊ in secessum emittitur. Quod etiam ratione ostendi potest hoc modo. Puer qui statim post ortum moritur in illa statura resurget quã habiturus erat si viueret vsqȝ ad etatem triginta annorum nullo vitio corporis impeditus. Unde ergo illa substantia que adeo parua fuit mortua in resurrectione tam magna erit: nisi sui in se multiplicatione? Unde apparet ꝙ etiam si viueret nõ aliunde sed in se augmentaretur illa substantia. Sicut costa de qua facta est mulier: ⁊ sicut panes euangelici. Non inficiamur tamen quin cibi ⁊ humores in carnẽ ⁊ sanguinẽ transeunt: sed non in veritate humane nature quẽ a primis descendit parentibus: que sola in resurrectione erit reliqua vero caro in quam cibi transeunt tanqȝ superflua in resurrectione deponetur: que tamen ciborũ aliarũqȝ rerũ fomẽtis: coalescit.

Nota ꝙ hic filr mgr̃ cõmuniter nõ tenetur.

Qd cibi in carnẽ transeunt: sȝ nõ in eã q̃ descendit ab Adam.

¶ Quomodo peccatũ originale a patribus transeat in filios: an ſm animam an ſm carnem. A

Disti.xxxi.

Nunc superest inuestigare qualiter illud peccatum a patribus traducatur in filios. scilicet an secundũ solã animam an secundũ carnẽ siue secundũ vtrũqȝ? Putauerunt quidam secũdum animam trahi peccatum originale: non solum secundũ carnem: quia non solum carnem sed ⁊ animam ex traduce esse arbitrati sunt. Sicut eniȝ in generatione prolis de carne paterna substantialiter trahitur caro: ita etiam de gignentis anima animam geniti essentialiter deduci ab his existimabatur. Ideoqȝ sicut de corrupta carne caro corrupta seminatur ita etiã de anima peccatrice anima peccatrix corruptione originali infecta ab illis trahi dicitur.

Qualiter peccatũ originale a parẽte traducatr̃ in plez.

Opi. quorũdã male credẽtium aĩas esse ex traduce.

¶ Predictam opinionem damnat: ⁊ ꝙ per carnẽ traducatr̃ peccatum

dicit & quomodo ostendit. B

Hoc autem fides catholica respuit: & tanquam veritati aduersum damnat: que nō animas sed carnem solam sicut superius diximus ex traduce esse admittit. Non ergo secundū animam sed secundum carnem solam peccatum originale trahitur a parentibus. Est enim peccatum originale (vt supra diximus) cōcupiscentia non quidem actus sed vitiū. Unde Augustinus. Ipsa cōcupiscentia est lex membrorū vel carnis que est morbidus quidam affectus vel languor qui cōmouet illicitū desiderium. i. carnalē cōcupiscentiam que lex peccati dicit. Que dicitur manere in carne: nō quin in aia sit: sed quia per corruptionē carnis in anima sit. Augu. ad valerianū. Quare cōcupiscētia

¶ Causam corruptionis carnis ostēdit ex qua in anima peccatū fit. ¶ dicit esse in carne.

Caro enim propter peccatū corrupta fuit in Adā adeo vt cum ante peccatū vir & mulier sine incentiuo libidinis & cōcupiscentie feruore possent cōuenire: essetque thorus immaculatus: iam post peccatū nō valet fieri carnalis copula absque libidinosa concupiscētia: que semper vitium est & etiam culpa nisi excusetur per bona coniugii. In cōcupiscentia ergo & libidine concipitur caro formanda in corpus prolis. Unde caro ipsa que cōcipitur in vitiosa cōcupiscentia polluitur & corrumpitur: ex cuius contractu anima cū infunditur maculam trahit qua polluitur & fit rea: id est vitium cōcupiscentie quod est originale peccatum.

¶ Qd propter corruptionē carnis que est causa peccati dicitur peccatum esse in carne. D

Ideoque ipsum peccatum dicitur manere in carne. Caro ergo que in cōcupiscentia libidinis seminatur: nec culpā habet nec actū culpe sed causam. In eo ergo quod seminatur corruptio est: in eo aūt qd nascitur cōcupiscentie vitiū est. Unde Ambrosius de verbis Apostoli sic ait. Quō habitat peccatū in carne: cū nō sit substantia: sed priuatio boni. Ecce primi hominis corpus corruptum est per peccatum: ipsaque corruptio per conditionem offensionis manet in corpore: robur tenens diuine sententie date in Adam cuius consortio anima maculatur peccato. Per id ergo quod facti causa manet: inhabitare dicitur peccatū in carne hec est lex carnis. Idem. Non habitat peccatum in anima: sed in carne: quia peccati causa ex carne est: non ex anima: quia caro est: ex origine carnis peccati & per traducē. omnis caro fit causa peccati: anima vero non traducitur & ideo in se causam peccati nō habet. Augustinus quoque ex carne peccatū animam cōtrahere in sermone quodam de verbis Apostoli ostendit dicens. Uitium cōcupiscētie est quod anima non ex se sed ex carne cōtraxit. Natura quippe humana non opere dei cum vitio primitus est instituta: sed ex voluntatis arbitrio priorū hominum veniente vitio est sauciata: ita vt nō sit in carne bonū sed vitiū quo inficit aia. Ambrosius. Augustinus.

¶ De causa originalis peccati que est in carne: vtrū sit culpa an pena. E

Hic queri solet vtrum causa peccati originalis que dicta est esse in carne culpa sit vel pena siue aliquid aliud. Culpa esse nō pōt: quia culpa nō est in re irrationali. Si eīm culpa esset i carne ante īfusionē aie: actualis esset vel originalis. Sed actualis ibi nō est: nec originalis culpa est: quia ipsa causa est originalis peccati. Si aūt pena est: q̄ est illa? passibilitas vel mortalitas vel alia corruptio. hos enim defectus carni inesse constat. Qd non sit culpa ppa.

¶ Hic aperitur quid sit feditas tracta ex libidine coitum que vitiū vel corruptio dici potest. F

Ad quod dici potest q multiplex defectus carnis et preci pue pollutio quedam: quam ex feruore coitus parentū et concupiscentia libidinosa contrahit caro dum concipitur causa est originalis peccati: que recte vitium siue corruptio carnis appellari potest. Que feditas maior vr esse in carne concupiscentialiter traducta q in ea vnde traducitur. Et q vitiu3 siue corruptio sit in carne ante coniunctionē anime: effectu probat cū anima infunditur que ex corruptiōe carnis maculatur: sicut in vase digno scitur vitium esse cum vinum infusum acescit.

¶ Inductu similiū ostendit non absurde dici filios trahere peccatū a parentibus etiam mundis. B

Ne autem miremur et intellectu turbemur audictes peccatum originale filios traducere a parentibus iam p baptismū ab illo peccato mundatis diuersarum similitudinū inductione id posse fieri insinuat Aug. in lib. de baptismo paruulorū inquiens. Quō preputiū p circumcisionem auferf: manet tamen in eo quem genuerunt circumcisi: quomodo etia3 palea que opere humano tanta diligentia separatur: manet tamen in fructu qui de purgato nascitur tritico: ita peccatū quod in parentibus per baptismu3 mundatur manet in eis quos genuerunt. Ex hoc enim gignūt qd adhuc vetustū trahunt. non ex hoc q lex in nouitate promouit eos inter filios dei. Non enim generant parentes filios sm illam generationem qua denuo nati sunt: sed potius sm illam qua carnaliter et ipsi primū sunt generati.

¶ Quare dicat originale hic dicitur cum epilogo. D

Jam ostensum est quid sit originale peccatū: et qualiter a parentibus in filios et per carnem in animam transeat. Ex quibus etiā innotescit quare dicatur originale peccatū ideo sc3 quia ex vitiosa lege originis nostre in qua concipimur sc3 carnis libidinosa concupiscentia traducitur vt supra dictum est. Non enim quia ex carne tracta ab Adam concepti sumus: ideo peccatū traximus: quia et christi corpus ex eadē carne formatum est que ab Adā descendit: sed eius conceptus est celebratus non lege peccati. i. concupiscentia carnis: vnde et caro eius peccatrix non fuit immo operatione spiritussancti. Noster vero conceptus non fit sine libidine: τ idō non est sine peccato. Quod euidenter Aug. ostendit in li. de fide ad petru3 dicens. Quia dum subijnuicē vir mulierq miscent sine libidine non esse parentum ꝯcubitus ob hoc filiorū ex eorū carne nascentiū non pōt sine peccato esse conceptus vbi peccatū in puulos non transmittit ꝑpagatio sed libido nec fecunditas humane nature facit homines cū peccato nasci: sed feditas libidinis quam homines habent ex illius iustissima condēnatiōe peccati. Ideo Beatus Dauid propter originale peccatū quo naturaliter obstricti sunt filij ire: dicit. In iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis cōcepit me mater mea. Ex hoc itaq apparet ex lege conceptionis tradu ci originale peccatū: quia nisi cōceptio sic fieret in carne/ anima ex carnis cōiunctione concupiscentie vitium non traheret.

(Margin: Augustinus. Psal. l.)

¶ Obiectio quorūdam nitentium probare peccatu3 non traduci ex lege coitus. I

Sed ad hoc opponitur hoc modo. In ipso conceptu vbi dicitur transmitti peccatū protogatur caro: nec tamen tunc infunditur ani

ma s'm phisicos: sed iam effigiato corpore: quod etiam Moyses in Exod. aperte significat vbi ait de percussura mulieris pregnantis. Si quis inqt percusserit mulierē pregnantē ꝛ abortū fecerit: si adhuc informe fuerit puerperium mulctabit' pecunia: si autē formatū fuerit reddat animā p anima. Formatū vero intelligitur propria anima animatū: et informe quod nondū habet animā. In ipso ergo cōceptu cū caro ppagat' nondū infundit' anima. Quomodo ergo ibi peccatū transmittit': cū peccatū non possit esse vbi anima non est? Ad quod dici potest: quia in illo conceptu: dicitur peccatū transmitti: non quia peccatū originale ibi sit: sed quia caro ibi contrahit id ex quo peccatū fit in anima cū infundit'. Et vtrūqꝫ vocat' conceptus scilicet cum et caro propagat' formāqꝫ corporis humani recipit: et cum anima infunditur: quod aliqñ etiā dicit' natiuitas. Unde quod natum est in te. Proprie autem natiuitas dicitur in lucem editio.

Exod. xxi.

Rñsio cum solutione.

¶Quomodo originale pctm̄ dimittat' in baptismo: cū ꝛ post sit illa concupiscentia que dicitur originale peccatum. A

Quoniā supra dictum est originale peccatuꝫ esse vicium concupiscentie: assignatūqꝫ quō a parentibus trahat' ꝛ originale dicatur superest inuestigare quomodo i baptismo dimittatur: cum etiam post baptismū remaneat cōcupiscentia que ante fuerat. Unde videtur vel peccatū originale non esse concupiscentiam vel non remitti in baptismo. Manet quippe vt ait Aug. in corpore mortis huiꝰ carnalis concupiscentia: cuius viciosis desiderijs non obedire precipimur: que tamen concupiscentia quotidie minuit' in pficientibus et continentibꝰ sed licet remaneat concupiscentia post baptismū non tñ dñat' ꝛ regnat sicut ante: immo per gratiā baptismi mitigat' et minuit'. vt post dñari nō valeat nisi quis reddat vires hosti eundo post concupiscentias. Nec post baptismum remanet ad reatum: quia non imputat' in peccatū: sed tñ pena peccati est. ante baptismū vero pena est et culpa.

Dist. xxxij.

Qualr peccatū originale deleatur seu curetur

Aug. in li. de nuptijs ꝛ concupiscentia.

¶Quod originale peccatū duobus modis dimittit' scꝫ extenuatiōe sui: et solutione reatus. B

Duplici ergo rōne pctm̄ originale dr dimitti in baptismo quia per gratiā baptismi viciū concupiscentie debilitat' atqꝫ extenuat'. ita vt iam nō regnet nisi cōsensu reddant' ei vires: qꝛ et reatus ipsius soluitur. Unde Aug. in li. de baptismo puulorū. Gratia p baptismū id agit': vt vetꝰ homo crucifigat' et corpꝰ peccati destruat'. non ita vt in ipsa viuente carne cōcupiscētia respsa ꝛ innata repente absumat' et nō sit: sed ne obsit mortuo que inerat nato. Nā si post baptismū vixerit in carne hꝫ cōcupiscentiā cum quā pugnet: eā qꝫ adiuuāte deo supet: si tñ nō inuacuū gratiā eiꝰ suscepit. Non itaqꝫ hoc pstat' in baptismo nisi forte miraculo ineffabili creatoris vt lex peccati que est in mēbris prorsus extinguat' et non sit: sed vt qcqd mali ab homine factū dictū cogitatūqꝫ est: totū aboleat' ac veluti factū non fuerit habeatur. Ipsa vero cōcupiscētia soluto reatus vinculo quo per illam dyabolus animā retinebat ꝛ a suo creatore sepabat: maneat in certamine. Ecce hic aperte ostendit ea rōne dimitti in baptismo: nō qꝛ non maneat post baptismū: sed qꝛ reatus in baptismo aboletur. Deinde idē ipse ostendit eo modo etiā dimitti in baptismo: qꝛ baptismi gr̄a cōcupiscētia ipsa mitigatur ꝛ minuit' in eodē lib. ita dicens. Lex carnis quā Aplus appellat pctm̄ quū ait. Nō regnet pctm̄ in vestro mortali corpe: non sic manet i mēbris eorū

Auctoritates de vno modo remissionis.

Auctoritates de altero.

qui ex aqua et spiritusancto renati sunt: tanqȝ non sit eius facta remissio vbi olo plena fit remissio peccatoꝝ: sed manet in vetustate carnis tanqȝ su
Rom.v. peratū et pemptum nisi illicito cōsensu quodāmodo reuiuiscat: ⁊ in regnū propriū dominationēqȝ reuocetur. Hic aperte insinuatur in baptismo cōcu piscentiā debilitari ex quo et dicitur dimitti: non solū ideo quia reat⁹ ibi soluit. Quē remissionis modū alijs etiam pluribus testimonijs scriptura edocet. Ait enim Aug. contra Julianū. Lex que in membris est: vitium car nis est quod ex pena peccati et ex traduce mortis puenit. Sed lex ista q̄ est in membris: remissa est regeneratione spirituali: et manet in carne mortali Remissa est quia reatus solutus est sacramento quo renascuntur fideles. Manet autem q̄ opat desideria contra que dimicant etiā fideles. Idem in sermone quodam de concupiscentia carnis. Per gratiam baptismatis ⁊ la uacrum regenerationis solutus est et ipse concupiscentie reatus cum quo eras natus: et quicquid antea consensisti male concupiscentie siue cogita tione siue locutione siue actione. Idem in li. de nuptijs et cōcupiscentia. Cō cupiscentia carnis licet in generatis iam non deputetur in pctm̄ quecunqȝ tamen proles nascit: obligata est originali peccato. Item dimittitur cōcu piscentia carnis in baptismo: non vt non sit: sed vt non imputet in peccatū: Hoc est enim non habere peccatū non esse reū peccati. Quomodo ergo alia peccata pretereunt actu et remanent reatu: vt homicidiū et similia: ita ecōu erso fieri potest vt concupiscentia pretereat reatu et remaneat actu. Ex pre dictis euidenter monstratur quomodo peccatum originale in baptismo remittatur.

¶De feditate quā caro ex libidine coit⁹ ɔtrahit: vtrū i baptismo diluat.C

Quidā di cūt carnem mūdari ab illa pollu tiōe alij nō Incōuenie tiā addu cit ɔ̄ illos q̄ negant car nē mūdari a pollutōe

Solet autē hic queri vtrū et ipsa caro in baptismo ab illa feditate purgetur quā in conceptione ex concupiscentia libidinosa contra xit. Quibusdā videtur q̄ sicut anima a reatu purificat: ita et caro ab illa pollutione purgatur vt sicut duobus completur mysteriū baptismi scilicet aqua et spiritu: ita ibi duo purgentur: anima: scȝ a reatu et caro ab illa cō tagione quod quidem probabile est. Alij vero putant tantum animā ibi mundari: carnem vero non ab illa feditate purgari. Si vero remanet illa feditas vsqȝ ad procreationē filioꝝ que fit in concupiscentia carnis videt natura carnis magis ac magis corrumpi. et magis corrupta videtur caro prolis qȝ parentis: quia de carne pollutionē quam habuit a conceptu reti nente trahitur polluta et in concupiscentia concipitur vnde et polluitur: et ita ex duplici cā contaminatur. Unde et maior videtur pollutio carnis in prole qȝ fuerit in parente. Ad quod illi dicunt quia licet caro prolis ex car

Rñsio illo rum.

ne feda seminetur: et in concupiscentia concipiatur non tamen feditatem maiorem trahit qȝ caro vnde seminatur habuit. Quāuis etiā si fedior atqȝ immūdior sit caro prolis: et ideo magis corrupta qȝ caro parētis: nō tñ (vt aiunt) fit preiudiciū veritati: quia nec absurdū esse dicunt: si carnis natura magis in posterioribus corrupta trahatur neqȝ ex ipsa magis corrupta aia amplius inficiatur.

¶De quo auctore sit illa concupiscentia deo. s. vel alio. D

Preterea queri solet vtrum concupiscentia que post ba ptismū remanet: et tñ penalitas est añ baptismū ꝓ pena erat ⁊ culpa: et deo auctore sit vel ex alio? Ad qd̄ breuiter rñdetes dicim⁹: q̄ inqȝtū pena est deū hȝ auctorē: inqȝtū ꝓ culpa est: dyabolū siue hoiem hȝ auctorem.

¶Qua iustitia anime munde ex creatione illud peccatū imputetur

cum non possit vitare. E

Solet etiam queri qua iusticia teneatur illo pctō anima innocens a deo creata cum non sit in potestate sua illud vitare? Non enim per liberū arbitriū illud cōmittit quia non prius est anima ꝙ illi peccato est obnoxia. Ad hoc quidā dicunt ideo animā ream esse illius peccati licet munda a deo sit creata: quia cum infundit corpori: condelectatur carni: ex quo peccatū contrahit. Qđ si esset: iam non originale: sed actuale diceret. Potius ergo ideo recte potest dici imputari anime illud peccatuȝ, quod ex corruptione corporis ineuitabiliter trahit: quia vt ait Aug. in li. de ciuitate dei. Non fuit corruptio corporis que aggrauat animā cā primi peccati: sed pena: nec caro corruptibilis animā peccatricē fecit: sed peccatrix anima carnem corruptibilem fecit.

Rñsio quorūdā falsa.

Cōgrua rñsio & vera.

Utrū illud peccatū sit voluntariū vel necessarium. F

Illud etiam non immerito queri potest vtrum pctm̄ originale debeat dici voluntariū vel necessariū. Et necessariū potest dici: quia vitari non potest. Unde et propheta dicit. De necessitatibus meis erue me. Et voluntariū non incongrue appellatur: quia ex voluntate primi hominis processit. vt Augu. in .j. li. retractationū ostendit dicēs. Illud quod in paruulis dicitur originale peccatū cū adhuc non vtant libero arbitrio voluntatis: non absurde vocat voluntariū quia ex prima hominis mala voluntate contractū: factū est quodāmodo hereditarium.

Qđ volūtariū pōt dici & necessarium.

Quare deus animā corpori iungit sciens eam inde maculari: et ideo damnari. G

Si vero queritur cur deus qui fecit animā ipsam sine macula et scit eam ex corporis coniunctione maculā peccati contrahere: & aliquā ante baptismū seiungi ab ipso corpore et sic dānari: eā corpori iungit? Respondemus ex altitudine iudiciorū dei id prouenire: et nec iniuste id a deo fieri. Ipse enim non incongrue humane conditionis modum quem a principio instituit: licet peccata hominū intercesserint: sine immutatiōe cōtinue seruat. Corpora de materia a principio sine vitio facta fingens animasꝗ de nihilo creans: eorūꝗ coniunctione hominē perficiens. Cum ergo vtraꝗ hominis natura a deo sine vitio sit instituta licet a se peccato sit viciata: non ideo inmutabilis deus humane conditionis primariā legē mutare debuit: siue ab hominū multiplicatione desistere.

An anima sit talis qualis a deo creatur. H

Hic a quibusdā queri solet vtrum aīa talis sit ante baptismum qualis a deo creatur? Quod non esse probare conantur hoc modo. Anima in corpore creatur: in cuius cōiunctione peccato maculatur. Quā citó ergo est: peccatū habet: nec prius fuit ꝙ peccatū habuit: non est ergo talis qualis a deo creatur. Creatur enim a deo innocens et sine vitio: et nūꝗ talis est. Ad quod dici potest: quia non omnino talis est qualē eam deus fecit. Deus enim bonam eam fecit et bonitatem ei sine corruptione indidit. Et dicitur illa naturalis bonitas quam in creatiōe a cōditore suscepit: quā bonitatem propter peccatum penitus non amisit: sed viciataȝ habuit: quā deus tamen sine vitio fecit. Si enim res bona non esset anima in ea malum esse nequiret: cum non possit malum esse, nisi in bono: vt post dicetur. Non ergo omnino talis est anima qualis a deo est creata. Sicut

Quo qdā pbant non esse talem.

Solutio.

quis pollutas habēs manus non tale habuit pomum quale ego dedi mū dis manibus. Ego enim dedi mundum.

¶ An aie ex creatione sint equales in donis naturalibus. I

Illud quoqz non incongrue queri solet: vtrū omnes anime ex creatione equales sint: an alie aliis excellentiores? Pluribus nō irrationabiliter vī qd et ipsa creatione alie aliis excellāt in naturalibus donis: vt in eēntia alia aliis sit subtilior: et ad intelligendum memorandūqz habilior: vtpote acutiori ingenio, et perspicaciori intellectu predita. Quod non improbabiliter dicitur cum in angelis ita fuisse constet. Et lz naturalibus donis alie pre aliis polleant: tamen ante baptismum a corpore discedentes parem penam: et post baptismum statim equalem coronam sortiuntur: quia ingenii acumen vel tarditas premium vel penam in futuro non collocat.

Dist. xxxiij. Utrū originale pctm̄ p pctā priorū parētuz multiplicetur? itendatur.

¶ An peccata omnium precedentium patrum paruuli originaliter trahant vt peccatum Ade. A

Predictis adiiciendum videtur an peccata precedentium patrum ad paruulos transeant sicut illud primi hominis delictum in omnes carnaliter genitos diximus redūdasse: et si peccata parentum transeant in paruulos: vtrum oium qui fuerūt ab Adam vsqz ad ipsos: an aliquorum et non omnium.

¶ Quid super hoc Aug. in ench. dicere videtur. B

De hoc Aug. in enchi. ambigue disserit. videtur enim approbare peccata parentum precedentium imputari paruulis: non omniū tamen qui fuerunt ab Adam: ne importabili et nimia sarcina in pena eterna grauarentur paruuli: sed tm̄ eorū parentū q̄ eos a quarta gn̄atione p̄cesserunt. Quod confirmat illis verbis quibus in Exod. dn̄s ait. Ego sum deus visitans iniquitates patrum vsqz in tertiam et quartam generationem: quasi peccata parentum proximorum tm̄ paruulis imputentur: et non alia: quod est per moderationem diuine miserationis.

Exo. xx.

¶ Eorum ponit documenta qui dicunt transire in paruulos parentum delicta. C

Et q̄ non illud solum primi hominis delictuz paruulos teneat sed etiaz alia: illa quibus ita videtur ex eo confirmant: q̄ etiā paruuli non modo maiores dicuntur baptizari in remissionem peccatorum p pluralem numerum non per singularem in remissionem peccati. Et Dauid de legitimo matrimonio procreatus dixit. In iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea. Non dicit iniquitate vel peccato. Unde putant non tm̄ illud vnum peccatum originale: sed etiam plura que in peccato Ade reperiri possunt et alia parentum peccata paruulis imputari.

Ps. l.

¶ Quod in illo vno primo pctō plura reperiuntur. D

Quod vero in actuali peccato Ade plura notari valeant peccata. Aug. in Ench. insinuat. Possunt (inquit) intelligi plura peccata i vna transgressione Ade: si in sua quasi membra diuidatur. Nā et supbia est illic: quia homo in sua potius esse q̄ʒ dei potestate dilexit. Et sacrilegiū q̄ deo non credidit: et homicidium: q̄ se in mortem precipitauit. Et fornicatio spiritalis: q̄ integritas mentis humane serpentina suasiōe corrupta

est.Et furtum:qꝛ cibus prohibitus vsurpatus est:ꝛ auaritia:quia plusꝙ
sufficere illi debuit appetiuit.Et si quid aliud in hoc vno peccato inueni=
ri potest.Deinde de parētū precedētium pctis vtrū paruulis imputentur De parētū
magis opinando ꝙ asserendo disceptat:ita inquiens.Parentū peccatꝭ par pctis:an pa
uulos obligari:non solū primorū hominū:sed etiam suoꝝ:de quibus ipsi uulos tene
nati sunt nō improbabiliter dicitur.Illa quippe diuina sententia.Reddā ant.
peccata patrū in filios:tenet eos ante regenerationē vsqꝫ adeo:vt etiā de
legitimo matrimonio procreatus dicat.In iniq̄tatibus conceptus sum:ꝛ
in peccatis concepit me mater mea.Non dixit in iniquitate vel in peccato
cum ꝛ hoc recte dici posset:sed iniq̄tates,ꝛ pctā dicere maluit.qꝛ ꝛ i illo vno
quod in omnes hoīes pertransijt:atqꝫ tam magnum est:vt eo mutaretꝰ hu
mana natura:reperiuntur sicut supra disserui plura pctā ꝛ alia parentū:
que non ita possunt mutare naturam:reatu obligāt filios:nisi gratia dei
subueniat.Sed de pctis aliorum parentum quibus ab ipso Adā vsqꝫ ad
patrem suum pro generationibus suis quisqꝫ succedit:non immerito dis=
ceptari potest:vtrum oīm malis actibus ꝛ multiplicatis delictis origina=
libus q̄ nascitur implicetur vt tanto peius ꝙto posterius quisqꝫ nascatur
An ꝓpterea deus in tertiam ꝛ quartam generationē de pctis parētū po
steris eoꝝ cōminetꝰ:qꝛ iram suam ꝙtum ad ꝓgeneratorū culpas nō exten
dit vlterius moderatione miserationis sue.ne illis quibus regeneratiōis
gratia non confertur:nimia sarcina in ipsa eterna damnatione premeren
tur si cogerentꝰ ab ipso initio generis humani:oīm precedentium parētū
suorum originaliter peccata contrahere:ꝛ penas pro eis debitas pendere
An aliquid aliud de re tanta scripturis sanctis diligentius perscrutatis
ac tractatis valeat:vel non valeat reperiri:temere affirmare non audeo. Uide opio
Ecce perspicuum sit lectori Augustinū superiora dixisse non asserēdo: sꝫ nes varias
diuersorum opiniones referendo.

¶Ostendit Aug.sibi fore contrarium si id sentiret. E

Alioquin sibiipsi contradicere ostenderetur qui in eodē
libro omnium mitissimam dicit esse penam paruuloꝝ q̄ originali tm̄ tenē
turpctō his verbis.Mitissima sane pena eorum erit qui preter peccatū qd
originale contraxerunt nullum insuper addiderunt:ꝛ in ceteris qui addi
derunt:tanto quisqꝫ ibi tolerabiliorem habebit dānationem:ꝙto hic mi
norem habuit iniquitatem.Ecce hic aperte dicit paruulorum penam oīū
aliarum penarum esse leuissimam.Quod si est:non ergo peccatis patrum
precedentium obligantur nisi Ade.Si enim pro peccatis parentū actua=
libus eternaliter punirentur ꝛ pro suo originali:non iam minus:sed forte
magis quam ipsorum parentes punirentur.Non ergo pro peccatis parē
tum actualibus nec etiam pro actualibus primi parentis:sed pro origi=
nali quod a parentibus trahitur:paruuli damnabuntur:pro eo nullam
aliam ignis materialis vel conscientie vermis penam sensuri:nisi qd dei Determia
visione carebunt in perpetuum.Uno ergo ꝛ non pluribus peccatis paruu tio eoꝝ q̄ il
li obligati sunt.Unde etiam ea quibus illa opinio muniri videtur.scꝫ ꝙ li oppone=
peccata ꝛ iniquitates in paruulis aliquādo scriptura esse significat vtēs bant.
plurali numero:ita determinat Augustinus in eodem libro.Quia in scri Num.xxi.
ptura per singularē numerū pluralis numerꝰ sepe significari solet:vt ibi
Ora ergo ad deū vt auferat a nobis serpētē:nō ait serpētes quos patieba Mat.ij.
tur ppls:ꝛ econuerso p pluralē significatꝰ singularis numerꝰ vt i euāgelio.
Mortui sunt eī q̄ q̄rebāt aīam pueri:nō ait mortuus est cū loq̄retꝰ de He=Exo.xxxij.
rode.Et in Exod.Fecerūt deos aureos:cū vnū fecerunt vitulū:de quo dixe

sunt. Isti sunt dij tui israel. Ita et illud originale vnum plurali numero significatur cum dicimus paruulos in peccatorum remissionem baptizari: et in peccatis vel iniquitatibus concipi.

¶ An actuale peccatum ade sit grauius ceteris. F

Quare quibusdam grauius videtur esse ceteris.

Hic queri solet: vtrum peccatum Ade transgressionis ex quo processit originale: et in quo plura superius notata sunt peccata grauius fuerit ceteris peccatis. Quibusdam ita esse videtur: quia illud peccatum totam humanam naturam mutauit sicut Aug. dicit in Ench. Illud vnum peccatum in locor habitu tante felicitatis admissum tam magnum est vt in vno homine originaliter (et vt ita dixerim) radicaliter totum genus humanum damnaretur. Idem in li. de ciui. dei. Tanto maiori iniustitia violatum est illud mandatum: quanto faciliori poterat obseruantia custodiri. Nondum enim ipsi voluntati cupiditas resistebat: quod de pena transgressionis postea secutum est. His aliisque vtuntur authoritatibus: qui illud peccatum ceteris aliorum hominum peccatis grauius esse dicunt. Quod etiam ratione ostendere laborant hoc modo. Magis nocuit illud peccatum quam aliquod aliorum: quia totum humanum genus vitiauit: ac morti vtique subdidit: quod nullo alio peccato factum est. Maiorem ergo effectum mali habuit illud peccatum quam aliquod aliud.

Post autoritates posuit rationes eorum.

¶ Responsio contra illos vbi alia peccata ostenduntur illo maiora. G

Mat. ij.

Ad quod dici potest quia licet illud peccatum humanam naturam mutauerit in necessitatem mortis: et in totum genus humanum reatum diffuderit: non est tamen putandum grauius fuisse peccato in spiritumsanctum quod neque hic neque in futuro (vt veritas ait) dimittitur. Quod vero totam humanam naturam corrumpit: non ideo est quia grauius fuerit cunctis aliis peccatis: sed quia ab homine commissum est quando in vno homine tota humana natura consistebat: et ideo tota in eo corrupta est: maioremque effectum mali intulit quantum ad multiplices defectus qui ex eo manauerunt: sed non quantum ad penam eternam quam grauiorem non meruit: quam plures postea meruerunt per alia peccata: immo alios grauiorem promeruisse credimus iram quam Adam meruerit.

In quo habuit maiorem effectum mali in quo minorem.

¶ An illud peccatum sit primis dimissum parentibus: H

Si vero queritur an illud peccatum fuerit dimissum primis parentibus. Dicimus eos per penitentiam veniam consecutos: Unde Augu. in lib. de bap. paruulorum ait. Sicut illi primi parentes postea iuste viuendo creduntur per domini sanguinem ab extremo liberati supplicio: non tamen in illa vita meruerunt ad paradisum reuocari: sic et caro peccati: etiam remissis peccatis si homo in ea iuste vixerit: non continuo meretur eam mortem non pati: quam traxit de propagine peccati.

¶ Quod peccata parentum visitantur in filios: et quod non sunt aduersa que deus dicit in exodo et in Ezechiele. I

Exod. xx.

Et licet peccatis parentum nisi Ade paruuli non obligentur non est tamen diffitendum peccata parentum in filios redundare sicut dominus in exodo dicit quando ad Moysen ait. Ego sum deus fortis: zelotes: visitans iniquitates patrum in filios vsque in tertiam et quartam generationem: his qui oderunt me. His verbis aperte insinuatur quod deus reddit peccata patrum super filios tertios et quartos. Huic autem videtur aduersari quod dominus ait in ezech. Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud dicentes. Pa=

Authoritate legi aduersari videtur.

Ezec. xviij.

tres comederunt vuam acerbam: et dentes filiorum obstupescunt. Uiuo ego dicit dominus si erit vltra parabola hec in prouerbium in israel: Ecce omnes anime mee sunt vt ala patris ita et ala filii mea est. et ala que peccauerit ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris: et pater non portabit iniquitatem filii. Iustitia iusti super eum erit: et impietas impii erit super eum. His verbis videtur deus corrigere per prophetam quod male dixerit in lege. Si enim peccata patrum reddit in tertiam et quartam generationem: iniustitia videtur dei esse vt alius peccet: et alius puniatur. Quomodo enim iustum esset alium peccare: et alium peccata lugere?

¶ Determinatio premissarum authoritatum conuenientiam ostendens. K

Sed vt ait Hiero. ne lex et prophete. idest Exod. et Ezechiel immo ipse deus qui et hic et ibi locutus est/in snia discrepare videantur: attendamus finem illius authoritatis Exo. Dicto enim reddo iniquitates patrum in filios: addit his que oderunt me: per quod euidenter ostendit non ideo puniri filios: quia peccauerunt patres: sed quia eis similes quodam hereditario malo deum oderunt. Illud ergo quod in Exod. dominus dicit sicut hic. tradit non id sonat quod multi estimant: nec est simile huic prouerbio. Patres comederunt vnam acerbam: etc. Illud enim Exod. Hieremi. super Ezechi. et Aug. super ps. Deus laudem meam ne tacueris de filiis peccata patrum imitantibus accipiendum censent super quos dicitur deus reddere peccata patrum quia punit eos eo quod imitantur peccata patrum: non quia patres peccauerunt. Non itaque corrigit deus in propheta: quod ante dixerat in lege: sed quomodo intelligendum sit aperit. Unde et illos qui praue intelligebant arguit qui dicebant. Patres comederunt etc.

¶ Quare dixerat in tertiam et quartam generationem: et quare patres tantum commemorauit. L

Uerumtamen si de imitatoribus malorum illud accipitur quare tertiam et quartam generationem tantum commemorauit cum in qualibet generatione rei teneantur qui peccata patrum imitantur: et quare patres commemorauit: cum et illi omnes mali sint qui quorumlibet malorum peccata imitantur? Sed ideo patres specialiter notauit: quia maxime patres filii imitari solent quos precipue diligunt. Et tertiam et quartam generationem ideo commemorauit: quia solent parentes interdum tamdiu viuere donec filios tertios et quartos habeant qui patrum iniquitates videntes: eorum impietatis heredes per imitationem efficiuntur. Secundum hunc modum recte intelligitur ad literam quod in Exodo dicitur. Solutio

¶ Quomodo illud Exodi intelligi debeat secundum mysterium. M

Quod etiam mystice intelligendum esse ostenditur ex eo quod parabola dicitur. Si enim parabola est: vt ait Hieronymus: aliud verbis sonat: aliud sensu continet. Unde aliqui ita edisserunt. Patrem in nobis esse dicunt: leuem punctum sensuum. scilicet primum motum suggestionis vel cogitationis. Filium vero si cogitatio conceperit peccatum in quo notatur consensus et delectatio mulieris. Nepotem si quod cogitaueris atque conceperis: opere compleueris: vel complere decreueris: in quo notatur consensus viri: siue patratio peccati. Pronepotem autem si non solum feceris: sed in eo gloriieris: et hec est quarta generatio non quia tres precesserunt: sed quarta dicitur: quia quarto loco a primo motu qui est quasi pater enumeratur. Deus ergo primos et secundos stimulos Hieronymus

cogitationū quos greci ppatheos vocāt: sine quib⁹ nullus hoīm esse põt nō puniet eternaliter. Sed si cogitata q̄s facere decreuerit: et q̄ fecit corrigere noluerit: que sunt mortalia pctā: et tertia et quarta generatio.

¶ Per quid probatur q̄ primus motus non puniatur eternaliter. N

Ad probandum vero vt ait Hiero. q̄ primus pulsus cogitationis non puniatur eternaliter a deo: illud de Genes. afferendum est. (Sch.ix.) Cham enim peccauit irridens nuditatem patris: et sententiā non ipse sed filius eius chanaan accepit. Maledictus chanaan seruus erit fratrū suorum. Que enim iustitia est: vt pater peccauerit ⁊ filius punitus sit. Sed in mysterio illud dictum est.

¶ Que de peccato animaduertenda sint. A

Di.xxxiiij. De pctō actuali sm̄ eius causalitatem.

Post predicta de peccato actuali diligenti indagine quedam consideranda sunt scilicet que fuerit origo et causa primi peccati: vtrum res bona an res mala: postea in qua re sit peccatum: deinde quid sit peccatū: et quot modis fiat: ⁊ de differentia ipsorum peccatorum.

¶ Que fuit origo et causa peccati prima. B

Causa et origo prima peccati res bona extitit: q̄r ante primum peccatum non erat aliquid mali vnde oriretur. Cum enim originem et causam habuerit: aut ex bono aut ex malo habuit. Sed malū ante non erat: ex bono ergo ortum est. Prius enim in angelo ortum est pctm̄ ⁊ postea in homine. Et quid erat angelus nisi bona natura dei. Non ex deo ortū est malum quod fuit in angelo: non ex alio q̄ ex angelo: ex bono ergo ortum est. Unde Augusti. in responsionibus contra Julianum hereticum qui dixerat. Si ex natura peccatum est tunc mala est natura ait. Queso vt si potest respondeat. Manifestum est ex volūtate mala tanq̄ ex arbore mala fieri omnia opera mala tanq̄ fructus malos: sed ipsam malam voluntatem vnde dicit exortam nisi ex bono? Si enim ex angelo: q̄d est angelus nisi bonum opus dei? Si ex homine: quid erat ipse homo nisi bonum opus dei? Immo quid erant hec duo anteq̄ in eis oriretur mala voluntas: nisi bonū opus dei et bona et laudāda natura? Ergo ex bono oritur malum: nec fuit vnde oriri posset nisi ex bono. Dico ergo quia voluntatem malam nullum malum precessit: sed ex bono originem habuit. Hic aperte dicitur primam causam et originem mali bonam fuisse naturam. Et nihilominus ostenditur cuius peccati fuerit causa scilicet male voluntatis.

¶ Quod mala voluntas secundaria causa fuit malorū. C

Mala autem volūtas illa angeli et hominis causa est etiā malorum subsequentium. scilicet malorum operum et malarum voluntatum. Unde Augustinus in Ench. Nequaq̄ dubitare debemus rerum bonarum que ad nos pertinent causam non esse nisi bonitatem dei. Malarum vero ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatem: prius angeli postea hominis: hoc primum est creature rationalis malum. id est prima priuatio boni. Ecce habes primam voluntatem boni mutabilis: id est angeli et hominis deficiētem ab immutabili bono id est a deo causam esse malarū rerum ad nos pertinentiū: quia causa est tam peccatorū q̄ penarum quibus premitur humana natura. Prima ergo origo et causa peccati bonum fuit: et secunda malum quod ortum est ex bono.

¶ In qua re sit peccatum: an in bona an in mala: et dicitur quia in bona tantum. D

Ostensa origine mali: superest videre in qua re sit malum scilicet an in re bona an in re mala? Qui recte acuteq; sapit non nisi in bono malum esse intelligit. id est in natura bona. Malum enim est corruptio vel priuatio boni: vbi autem bonũ nō est nō potest esse corruptio vel priuatio boni. Peccatum ergo nō potest esse nisi in re bona. Sicut enim morbis ac vulneribus corrumpuntur corpora: que (vt ait Augu. in Ench.) sunt priuationes boni quod dicitur sanitas: ita et animorum quecunq; sunt vitia: naturalium sunt priuationes bonorum. Quid est enim aliud quod malũ dicitur: nisi priuatio boni. bonum enim minui malum est: quãuis quãtũcunq; minuatur necesse est vt aliquid remaneat: si adhuc natura est. Non enim consumi potest bonum quod est natura nisi et ipsa natura consumatur. Cum vero corrumpitur: ideo malum est eius corruptio quia eam quaslibet priuat bono. Nam si nullo bono priuetur: non nocet. Nocet autem. adimit ergo bonum. Quãdiu itaq; natura corrumpitur inest ei bonũ quo priuetur. Ac per hoc nullum est quod dicitur malum: si nullum sit bonum: sed bonum omnino malo carens: integrum bonum est. Cum vero inest malum: vitiatum vel vitiosum bonum est: nec malum vnq; potest esse vllũ vbi est nullum bonum. Unde res mira cõficitur: vt quia omnis natura inq̃tũ natura est, bonum est: nihil aliud dici videtur: cum viciosa natura est mala natura esse dicitur: nisi malum esse quod bonum est: nec malum esse: nisi quod bonum est. Hac contextione euidenter insinuatur malum nō posse esse nisi in re bona: vt etiam licet absurdum videatur manifeste dicitur esse malum quod bonum est.

¶ Quod ex premissis sequitur scilicet ꝙ cum dicitur malus homo dicitur malum bonum. E

Ex quo colligitur nihil aliud significari cum dicitur homo malus nisi bonum malum. Unde Augusti. in eodem subdit. Quid est malus homo, nisi mala natura? Quia homo natura est. Porro si homo aliquod bonum est: quia natura est: quid aliud est malus homo: nisi malum bonum? Tamē cum duo ista discernimus: inuenimus nec ideo malũ quia homo est nec ideo bonum quia iniquus est: sed bonum quia homo, malum quia iniquus. Omnis itaq; natura etiã si vitiosa sit inq̃tũ natura est: bona est: inq̃tum vitiosa est: mala est.

¶ Quod regula dialeticorum de contrariis fallit in his scilicet bono et malo. F

Ideoq; in his contrariis que mala et bona vocantur illa dyaleticorũ regula deficit: qua dicũt nulli rei duo simul inesse contraria. Nullus enĩ potus aut cib9 simul dulcis est et amar9. Nullũ simul vbi albũ ibi et nigrũ: et hoc in multis ac pene in oib9 reperit̃ ꝯtrariis: vt in vna re simul esse nō possint. Cũ aũt bona et mala null9 ambigat esse ꝯtraria: nō solũ simul esse possunt: sꝫ mala oĩno sine bonis: et nisi ĩ bonis esse nō possũt. Et hec duo contraria ita simul sunt. vt si bonũ non esset in quo esset: prorsus nec malũ esse potuisset: quia non modo vbi consisteret sed vnde oriretur corruptio nō haberet nisi esset quod corrumperetur: qm̃ nihil est aliud corruptio q̃ boni exterminatio. Ex bonis ergo mala orta sunt: et nisi in bonis non sunt: nec fuit prorsus vnde oriretur vlla mali natura nisi ex ange-

ri et hominis natura bona: vnde primitus orta est voluntas mala.

¶ Epilogum facit ad alia transiturus. G

Ex his aperitur quod primo et secundo supra inuestigandum duximus. s. que fuerit origo mali: et in qua re sit. Ex bona enim re ortum: et in re bona consistere premissis testimoniis comprobatur.

¶ Sententie illi qua dictum est bonum esse malum opponitur de prophetia que ait. Ue his qui dicunt bonum malum. H

Esa. v. Ad hoc autem quod dictum est malum esse quod bonum est: quidam sic opponunt. Si bonum malum esse dicimus/ incidimus in illam sententiam propheticam vbi legitur. Ue his qui dicunt bonum malum: et malum bonum. Igitur si hanc maledictionem vitare volumus/ nullatenus dicere debemus bonum esse malum: et econuerso. Hoc autem Augu. in eodem lib. determinat dicens. Id quod dictum est in prophetia intelligendum esse de ipsis rebus quibus homines mali sunt non de hominibus. Unde qui adulterium dicit bonum in eum cadit illa prophetica detestatio: et in eum qui dicit malum hominem vel bonum esse iniquum. Qui enim dicit hominem inquantum homo est malum esse: et bonitatem esse iniquitatem: opus dei culpat: quod est homo: et vitium hominis laudat quod est iniquitas.

Determinatio Augu.

¶ Quid sit peccatum. A

Dist. xxxv. De peccato actuali secundum eius quidditatem et diffinitionem Augu. ad Faustum. Ambrosius.

Post hec videndum est quid sit peccatum. Peccatum est vt ait Augusti. omne dictum vel factum vel concupitum quod fit contra legem dei. Idem in lib. de duabus animabus. Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat in vtraque assignatione de actuali peccato agitur et mortali non veniali. Ex prima descriptione ostenditur peccatum esse voluntas mala siue locutio et operatio praua. i. actus malus tam interior quam exterior: ex altera vero tantum ostenditur esse actus interior. Uoluntas enim vt in superioribus dictum est: motus animi est actus ergo interior est. Ambrosius quoque in libro de paradiso ait. Quid est peccatum nisi legis diuine preuaricatio: et celestium inobedientia preceptorum. Ergo in preuaricante peccatum est: sed in mandante culpa non est. Non enim consisteret peccatum si interdictum non fuisset. Non consistente autem peccato non solum malitia sed etiam virtus fortasse non esset. Que nisi aliqua malitie fuissent semina: vel subsistere vel eminere non posset. Ecce preuaricationem legis et inobedientiam diffinit Ambrosius esse peccatum.

¶ Diuersorum sententias de peccato ponit. B

Triplex opinio de peccatis. Joha. i.

Quocirca diuersitatis huius verborum occasione: de peccato plurimi diuersa senserunt. Alii enim dixerunt voluntatem malam tantum esse peccatum: et non actus exteriores. Alii voluntatem et actus: alii neutrum dicentes omnes actus esse bonos et a deo et ex deo auctore esse: malum autem nihil esse vt ait Augusti. super Joha. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil. i. peccatum quod nihil est: et nihil fiunt homines cum peccant. Supra etiam dixit Augusti. quod malum est priuatio boni vel corruptio boni: qui etiam in libr. lxxxiii. q. ait. Summum malum nullum modum habet: caret enim omni bono. At modus aliquid boni est: non igitur est: quia nulla specie continetur: totumque hoc nomen mali de speciei priuatione repertum est. Item in dogmatibus ecclesiasticis dicitur malum vel malitiam non esse a deo creatam. sed a dyabolo inuentam: qui et ipse bonus creatus est. Idem etiam in libro contra Manicheos quid sit peccatum osten-

sit dicens. Peccare quid aliud est nisi in veritatis preceptis vel in ipsa ve ritate errare? Quod si non voluntatē faciunt peccatores iniuste iudicant. Quid ergo in hac tanta varietate tenendū quidve dicendum?

¶ Uera sententia de peccato proponitur. C

Sane dici potest et libere tradi debet peccatū esse actum malum interiorem et exteriorem scilicet malā cogitationē locutionem et operationē: precipue tamē in voluntate cōsistit peccatum ex qua tanꝙ arbore mala procedunt opera mala tanꝙ fructus mali.

¶ Traditio quorundam qui dicunt voluntatem malam et actū inquantū sunt esse naturas et ideo bona inquātū vero mala sunt: esse peccata. D

Quidam autem diligenter attendentes verba Augustini quibus supra et in alijs scripture locis vtitur: nō indocte tradunt volūtatem malam et actus malos inquātum sunt vel inquātū actus sunt bona esse: inquātū vero mala sunt/ peccata esse: qui volūtatē ꝛ actū quēcūꝙ bonam dei naturam esse dicūt: inquātū actus est vel volūtas: et ex deo auctore esse: inquātū vero inordinate et contra legem dei fit: ꝛ fine debito caret peccatum est: et ita inquātū peccatum est: nihil est. Nulla enim substātia est: nulla natura est.

¶ Auctoritatib⁹ probat voluntates et actus omnes esse bona inquātū sunt. E

Quod autem voluntas omnis et actio bonum sit inquātum est: ex eo probant quod ait Augustinus in libro de .lxxxiij. questionibus. Deus boni tantūmodo causa est quo circa mali auctor non est: quia omnium que sunt auctor est: que inquātum sunt intātum bona sunt. Idē probans nihil casu fieri in mundo ait in eodem. Quicquid casu fit: temere fit: quicquid temere fit: non fit dei prouidentia. Si ergo casu aliqua fiunt in mundo: non prouidentia vniuersus mundus administratur. Si non prouidentia vniuersus mundus administratur: aliqua natura vel substātia est que ad opus prouidentie non pertinet. Omne autem quod est inquātum est bonum est. Summum enim est illud bonum: cuius participatione sunt cetera bona. et omne quod mutabile est: non per se: sed boni illius participatione inquātum est bonum est: quod diuinam etiam prouidentiam vocamus. Nihil ergo casu fuit in mundo. His testimonijs innituntur ad ōstendendum omne qđ est inquātū est/ bonū esse. Unde idē Augustin⁹ in .j. libro de doctrina christiana ait. Ille summe ac primitus est ꝙ omnino incommutabilis est: ꝛ cetera que sunt nisi ab illo esse nō possunt: et intantum bona sunt inquātum acceperunt vt sint.

¶ Quid ex predictis sequatur. F

Ex predictis colligitur atꝙ infertur: quia si mala voluntas et mala actio est: inquātū est bona est. Sed quis est qui diffitetur malam voluntatem esse et malam actionem. Mala ergo voluntas siue actio inquātū est bonū est: et inquātū voluntas est vel actio bonū similiter est: sed ex vitio mala est: quod vitiū a deo non est: neꝙ aliqđ est. Qđ Augustinus notasse videtur in libro .lxxxiij. q. dicēs. Uitium est voluntas quo est homo deterior: qđ vitiū longe abest a voluntate dei: vt ratio docet. Ex hoc loco pbat volūtatē inquātū vitiosa est: nō esse a deo: ꝛ inquātū vitiosa est/ De vitio voluntatis.

peccatū est. Et peccatum est (vt aiunt) inq̄tum non habet ordinem nec finē debitum. Ita & actio inq̄tum ex malo procedit: & ordinem non habet: & ad malum tendit.

¶Alia probatio q̄ omnis actus inq̄tum est: bonus est. g

Item & aliter probant omnem actum interiorem vel exteriorem inq̄tum est esse bonum: q2 non esset actus malus nisi esset res bona: q2 non est aliqua res mala nisi eadē res bona sit. Unde Aug. in Ench. Omnis natura bonū est: nec res aliqua mala esset: si res ipsa que mala est: natura non esset. Non ergo potest esse malū nisi esset aliquod bonū. Quod cum dici videatur absurde: conexio tamē ratiocinationis nos cōpellit hoc dicere. Ex premissis testimonijs asserunt omnes actus inquantum sunt esse res bonas: nec aliquid esse malū: id est peccatū nisi idē quoq̄ s̄m aliquid bonum sit: & omniū que sunt: inq̄tum sunt deū authorem predicant: & eius voluntate omnia esse quecūq̄ sunt que inq̄tum sunt nature sunt.

Au. i Ench.

Sūmā pre d c ortū per stringit.

¶Obiectio contra illos qui dicunt omnes actus inq̄tum sunt esse bonos. h

Quibus opponitur. Si omnia que sunt inq̄tum sunt bona sunt & nature sunt: ergo adulteriū & homicidium & similia inq̄tū sunt: bona sunt & nature sunt & deo volente fiunt. Quod si est: tunc illi qui faciunt illa: bona agunt qđ penitus absurdū est. His vero sic illi respondent. Dicunt equidem adulterium: homicidium & huiusmodi: non simpliciter actus denotare: sed actuum vitia. Actusq̄ ipsos adulterij & homicidij inq̄tum sunt vel inquantum actus sunt a deo esse & bonas naturas esse: sed nō inquantum adulterium & homicidium sunt. Et ideo non sequi dicunt: si actus qui homicidia & adulteria sunt a deo sunt. q̄ homicidia & adulteria a deo sunt.

Rñsio illorum.

¶Alia illorum oppositio contra eosdem. i

Itē aliter eis opponitur. Si aliquid non est malū quod non sit natura vel res bona quomodo ergo peccata sunt nō credere in deū: non ire ad ecclesiam & huiusmodi: cum ista non sint nature: immo omnino non sunt? Non est enim aliquid vel res aliqua non ire ad ecclesiam: vel nō credere & huiusmodi. Ad quod dicūt his atq̄ huiusmodi dictionib9 quevidentur priuationes simpliciter notare & nihil ponere q2 per negationem dicūtur vere aliqua poni actusq̄ per eas significari. Nō credere enī in christū incredulitatem dicunt & nomine incredulitatis malum mentis actū significari. Ita etiam cum dicitur non ire ad ecclesiam malum est: nō euntis contemptus significatur: id est voluntas mala vel propositū. hoc est enim declinare a bono & ideo malū est sicut econuerso declinare a malo bonū est. Sicut ergo declinatio a malo aliquid ponit. scilicet voluntatem & propositum vitandi malum. Non enim potest esse bonum quod omnino nihil est: ita declinatio a bono qđ est: significat scilicet voluntatem & propositū mali. Et s̄m hoc vera est & generalis illa peccati mortalis descriptio quā supra posuit Augu. scȝ peccatū est dictū &c.

Rñsio vbi tradūt q̄ dicunt per negationē ali qd ponere vt nō crede re in deū et huiusmōi.

¶Utrum malus actus inquantū peccatum est sit priuatio vel corruptio boni. k

Potest etiam queri ab eisdem: cum peccatum sit (vt supra dictum est) priuatio vel corruptio boni: & omnis actus malus sit peccatum

vtrum sit priuatio vel corruptio boni: inquantum peccatum est vel non?
Si enim inquantum peccatum est corruptio boni est cum corruptio vel priua-
tio boni pena sit homini: inquantum ergo peccatum est pena est. Quod si est tunc
inquantum peccatum est: bonum est videtur i. a deo esse. Si autem non
inquantum peccatum est: corruptio est. Queritur ergo secundum quid corruptio sit? Si
enim corruptio est et non inquantum peccatum est: cum non sit nisi bonum preterque in
eo quod peccatum est ergo inquantum bonum est corruptio vel priuatio boni est.
Ad quod etiam ipsi dicunt actum malum non inquantum est neque inquantum bo-
num est esse priuationem vel corruptionem boni: sed inquantum pecatum est: non
tamen inquantum peccatum est pena est: vel aliquid quod a deo sit. Ut enim ex ver
bis premissis Augusti. colligitur peccatum dicitur corruptio vel priuatio
actiue non passiue. Nam ideo malum vel peccatum dicitur corruptio boni
quia naturam bonam qualicumque priuat bono. Nam si non priuat aliquo bo-
no: non nocet: vt supra Augustinus ait. Nocet autem: admittit ergo bonum.
Non autem nocet nisi inquantum peccatum est: ergo inquantum peccatum est pri
uat bono. Itaque inquantum peccatum est priuatio est vel corruptio boni.

Responsio quibus actus malus inquantum peccatum est dicitur esse priuatio boni non tamen pena.

¶ Quomodo inquantum peccatum est possit corrumpere bonum cum nihil sit. L

Sed cum nihil sit inquantum peccatum est quomodo potest bo-
num corrumpere vel adimere. Augustinus de hoc docet in libro de natura
boni dicens. Abstinere a cibo non est aliqua substantia: tamen substantia corpo
ris si omnino abstineatur a cibo: languescit et frangitur sic non est substantia
peccatum: eo tamen natura anime corrumpitur.

Responsio Augustini per similitudinem.

¶ Quod peccatum proprie corruptio est anime et quomodo. M

Peccatum vero. id est culpa: proprie anime corruptio est.
Si autem queritur in quo possit corrumpi anima. In parabola illius qui inci Luce. x.
dit in latrones qui eum vulnerauerunt et spoliauerunt clarescit. Incidit enim
homo in latrones: quando per peccatum in potestatem dyaboli traditur et
tunc per peccatum expoliatur gratuitis bonis. id est virtutibus et naturali-
bus bonis vulneratur: que sunt ratio et intellectus memoria et ingenium et
huiusmodi: que per peccatum obtenebantur et vitiantur. Per peccatum etiam
priuatur illo bono: cuius participatione cetera bona sunt: quo tanto ma-
gis priuatur quanto magis se ab eo elongat.

¶ Qualiter homo se elongat a deo. scilicet per dissimilitudinem quam
facit hoc est peccatum. N

Ab eo autem se elongat homo per peccatum non loci distan
tia: qui vbique totus et presens est omnibus et omnia in ipso sunt: vt ait Augu
stinus in li. de. lxxxiij. questionibus. et ipse locus non est. Locus tamen dei abu-
siue dicitur templum dei: non quod eo contineatur: sed quod ei presens sit et inhabi
tans: id autem anima munda intelligitur. Per peccatum ergo non secundum
locum: aliquis longe fit a deo: et in eo longe fit quod ab eius similitudine rece-
dit: et tanto longius quanto fit dissimilior. Illa autem vt Augustinus ait
in li. de. lxxxiij. questionibus. que participatione similia sunt deo. recipiunt dis
similitudinem. At ipsa similitudo nullo modo ex aliqua parte potest esse
dissimilis. Unde fit vt cum similitudo patris filius sit ex nulla parte patri
possit esse dissimilis: cuius participatione similia sunt quecumque deo similia
sunt: et illa possunt recipere dissimilitudinem. nihil est autem quod hominem adeo
deo dissimilem faciat quemadmodum peccatum. Cum autem peccatum
sit priuatio vel corruptio boni que est in anima: est etiam priuatio vel cor-

ruptio boni corporis. Sicut corpus hominis priuauit beneficio illius immortalitatis et impassibilitatis quam habuit ante peccatum.

¶ An pena sit priuatio boni. O

Queri autem solet vtrum et pena sit priuatio vel corruptio boni: ad qd facile responderi potest: si predicta ad memoriam reuocentur. Diximus enim supra priuationem vel corruptionem boni accipi actiue vel passiue. id est sm efficiētiā vel effectum. Ideoque priuatio vel corruptio boni dicitur et peccatum et pena: sed peccatū sm efficientiā: qr priuat vel corrūpit bonum. Pena autem sm effectū. id est sm passionē que est effectus peccati. Aliud est enim culpa: aliud pena. Alterū est dei: id est pena: alterū dyaboli vel hominis est: id est culpa.

¶ Qd quedā simul sunt peccata et pena peccati: quedam peccata et causa peccati: alia vero peccata et causa et pena peccati. A

Dist. xxxvi Utrū peccatum sit pena peccati

Sciendum est tamen quedam sic esse peccata vt sint etiam pene peccatorum. Unde Augustinus super illū locum Psal. lvii. Supercecidit ignis et non viderunt solem ait. Ignis superbie et concupiscentie et ire intelligitur. Istas penas pauci vident: ideo eas maxime commemorat Apostolus in epistola ad romanos: et enumerat multa que peccata sunt et pena peccati. Inter primū enim peccatum apostasie et vltimā penā ignis eterni media que sunt et peccata sunt: et pena peccati. Gregorius quoque super Ezechi. ait. Cōtēnēti qui non vult penitere ponit deus offendiculū: vbi: scilicet grauius impingat. Peccatū enim qd per penitentiam citius non deletur: aut peccatū est: aut causa peccati: aut peccatum et pena peccati: aut peccatū simul et causa et pena peccati. Unde Moyses
Gen. xv.
Psal. lxviii.
Osee. iiii.
Nondū sunt cōpleta peccata amorreorū. Et Dauid inquit. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. Et alius propheta. Sanguis sanguinem tetigit. i. peccatum peccato additum est. Paulus quoque ait. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie etc. Et item. Ut impleant peccata sua
Rom. i.
semper. Johanni quoque per angelū dicitur. Qui in sordibus est sordescat adhuc. Et his testimonijs colligitur peccatū aliquod: et peccatum esse et penam peccati.
i. Thes. ii.
Apoc. xxii.

¶ Ex predictis questio oritur scilicet an inquantum peccatum est sit pena peccati.

Et ideo merito queritur vtrum inquantum peccatum est sit pena peccati. Quod non videtur: cū omnis pena peccati iusta sit. Unde Augustinus in libro retractationum. Omnis pena peccati iusta est et suppliciū nominatur. Si ergo peccatum quod est peccatum et pena peccati: inquantum peccatum est pena peccati est: cum omnis pena iusta de iustitia dei veniat: videtur inquantum peccatum est iustū esse et a deo prouenire. Ad quod

Responsio illorum vbi docēt ex q̄ sensu peccatum dr pena peccati vel pena.

illi respondent peccatū sic dici penam peccati: quia per peccatum in quod merito precedentis peccati homo labitur deserente deo corrūpitur bona natura. Sicut ignis eternus dicitur pena malorum: quia ea cruciantur: nec tamen ipse cruciatus malorum ignis est. sed per ignem fit in homine. Ita per peccatum corrumpitur natura et imminuitur bonum nature: et est ipsa imminutio et corruptio boni passio et pena: et non est essentialiter ipsum peccatum per quod fit: sed ideo peccatū dicitur vt premissum est: quia per peccatum illico vt peccat homo fit in homine illa corruptio: que tamen fit deo auctore. Illa enim pena siue passio que est boni corruptio a deo est. Illius ta-

nes (vt ita dicam) materia et causa est peccatum: quod a deo non est. Quod videtur Aug. notasse: et iuxta hunc sensum intellexisse: cum ait in libro de predestinatione sanctorum. Predestinatione deus ea prescivit que fuerat ipse facturus. Sed prescivit deus etiam que non est ipse facturus. id est omnia mala quia et si sunt quedam que ita peccata sunt vt etiam pene sint peccati: secundum illud Apostoli. Tradidit illos deus in passiones etc. non tamen peccatum dei est: sed iudicium scilicet pena. In scriptura enim sepe nomine iudicii pena intelligitur. Hic diligenter intendentibus insinuare videtur ea que peccata sunt et pene peccati: non inquantum peccata sunt: sed inquantum pene dei esse. Nam cum dixisset deum non esse facturum mala aliqua: id est peccata: quia posset ei obiici quedam peccata esse etiam penas peccati: et pena peccatoris iusta est: et ideo a deo est: quasi determinando secundum quid faciat ea: vel secundum quid non faciat addidit reliqua. Iuxta vero predictam intelligentiam peccata sane dicuntur pene. Unde Apostolus appellat ea passiones ignominie: quia vt ait authoritas: licet quedam peccata sint que delectant: sunt tamen passiones nature nominande: quia per ea corrumpitur natura. Augustin. Rom.j.

Quod cum omne peccatum possit dici pena: non tamen omne est pena peccati. C

Et licet in hoc sensu omne peccatum mortale possit dici pena: non tamen omne potest dici pena peccati. Pena enim peccati vt predictum est: est illud cuius causa est aliud precedens peccatum. Nam peccatum sic dicitur pena peccati respectu precedentis: sicut dicitur causa peccati respectu sequentis. Quo fit vt idem peccatum et causa sit et pena peccati: sed alterius peccati pena: et alterius causa. vt enim Gregorius in moral. ait. Peccatum quod penitentia non diluitur suo pondere mox ad aliud trahit. Unde fit vt non solum peccatum sit: sed et causa peccati. Ex illa quippe culpa subsequens oritur. Peccatum vero quod ex peccato oritur: non solum peccatum: sed et pena peccati est: quia iusto iudicio deus cor peccantis obnubilat vt precedentis peccati merito etiam in alia cadat. Quem enim liberare noluit deserendo percussit. Prouide vt Aug. ait. Precedentis est hec pena peccati et tamen etiam ipsa peccatum est. Iudicio enim iustissimi dei traditi sunt: vt ait Apostolus de quibusdam siue deserendo siue alio modo explicabili siue inexplicabili in passiones ignominie: vt crimina criminibus vindicarentur: et supplicia peccantium non tantum sint tormenta: sed et vitiorum incrementa. Illa ergo peccata que enumerat Apostolus: quia de superbia non solum peccata sed etiam supplicia sunt. Ecce ex his iam fit perspicuum quedam peccata etiam penas et causas peccati esse: et illud peccatum esse penam peccati: quod causam precedentem habet peccatum atque illud peccatum esse causam peccati quod est meritum sequentis culpe. Aug. contra Julianum

Ex predictis videtur significari ipsa eadem que peccata sunt esse et penas peccati. D

Sed cum ait crimina criminibus vindicari: videtur insinuare ea ipsa que peccata sunt essentialiter esse penas peccati. i. punitiones peccati. Ad hoc autem inquiunt illi: hec et similia dicta esse secundum rationem predictam: et ideo intelligenda fore secundum premissam expositionem. Intelligentia enim dictorum ex causis est assumenda dicendi. Hylari. lib. j. dist. xv.

Quod non obuiat veritati si quis dicat ipsa peccata esse penas peccati essentialiter. E

In nullo tamen preiudicium factum veritati putatur: si quis dicat ipsa eadem que peccata sunt essentialiter (vt ita dicam) esse penas: id est punitiones peccatorum precedentium que iuste sunt a deo sunt. nec

tamen inq̃ʒtū peccata a deo ſunt: nec inq̃ʒtū pctã ſūt/pene peccati ſunt: ⁊ tñ inq̃ʒtū peccata ſunt priuatiões boni ſunt: ſed vt ſupra dictū eſt: cauſaliter et actiue dicuntur priuationes.

¶ Aperte oſtendit peccata quedã eſſe penam peccati: et penã ipſam iuſtam eſſe a deo. F

Quod autem quedã peccata pene ſunt: et ipſa pena iuſta
ſit ⁊ a deo ſit euidenter tradit Aug. i li. retractationū. i. dicens q̃dã neceſſi
tate fieri ab homine que mala ſunt: et eadẽ iuſta pena peccati ſunt. Sunt
Rom. vij. (inquit) quedã neceſſitate facta improbanda vbi hõ vult recte facere ⁊ nõ
Galath. v. poteſt. vnde ⁊ illud apoſtoli. Nõ quod volo facio bonū: ſed quod odi malū
hoc ago. Et illud caro concupiſcit aduerſus ſpiritū: et ſpũs aduerſus car-
nem. Hec enim inuicem ſibi aduerſant: vt non ea que vultis faciatis: ſʒ hec
Gen. ij. in omnia ex illa mortis dãnatione ſunt. Nam ſi non eſt iſta pena hominis: ſʒ
quacunq; natura: nulla iſta peccata ſunt. Si enim non recedit ab eo modo quo natu
die comede raliter factus eſt homo: cum hec facit: ea vtiq; facit que debet. Si autẽ hõ:
ritis ex eo quia ita eſt non eſt bonus neq; habet in poteſtate vt ſit bonus: ſiue non vi
⁊c. dendo qualis eſſe debeat: ſiue videndo et non valendo eſſe qualẽ ſe eſſe de
bere videt: penam iſtam eſſe quis dubitet? Omnis autem pena ſi peccati
pena eſt/iuſta eſt. et ſuppliciū nominatur. Si aūt iniuſta eſt pena: qm̃ pe-
nã eſſe nemo ambigit: iniuſto aliquo dominante: homini ĩpoſita eſt. Por-
ro quia de omnipotentia dei et iuſticia dubitare dementis eſt: iuſta eſt
hec pena: et pro peccato aliquo impenditur. Non enim quiſq; iniuſte do-
minãs aut ſurripere hominẽ potuit velut ignoranti deo: aut extorq̃re inui
to tanq; inualidiori: vt hominẽ iniuſta pena cruciaret. Relinquit ergo vt
hec pena iuſta de damnatione hominis veniat. His atq; alijs pluribus te-
ſtimonijs docetur quedam eſſe peccata et pena peccati eſſe nti aliter.

¶ De quibuſdam que ſine dubio peccata ſunt et pene: vt ira: inuidia ⁊c. G

Preterea nullatenus ambigendū eſt quedã peccata abſq; vllo ſcrupulo penas eſſe: vt inuidia que eſt dolor alieni boni: et ira que etiam non inq̃ʒtum pene ſunt peccata ſunt. ita etiam de cupiditate et amore et alijs hmõi ſentiendū eſt. Unde Aug. in li. lxxxiij. q. ait. Oĩs ꝑturbatio paſſio: oĩs cupiditas ꝑturbatio: oĩs ergo cupiditas paſſio. Oĩs ꝟo paſſio cū eſt in nobis: ipſa paſſiõe patimur. Oĩs ergo cupiditas cum eſt in nobis ipſa cupiditate patimur et inq̃ʒtum cupiditas eſſe patimur ea. Omnis aūt paſſio inq̃ʒtum ipſa patimur non eſt peccatū: ita et de timore. Non enim cõſequens eſt vt ſi patimur timorem: ideo non ſit peccatū: q: multa ſunt peccata que patimur: ſed non inq̃ʒtum patimur eis.

¶ Quod verbis Aug. premiſſis quedam ſententia hierony. obuiare videtur. H

Illud autem diligenter eſt annotandū q̃ ſupra poſitis verbis Aug. dicentis quedam neceſſitate facta eſſe improbanda et mala videtur obuiare quod Hiero. ait in explanatione fidei quod licet ſupra ſit poſitum: tamen vt perfectius ſciatur: iterare non piget. Execramus inquit eorum blaſphemiã qui dicunt impoſſibile aliquid homini a deo eſſe preceptū et mãdata dei non a ſingulis: ſed ab omnibus in cõĩe poſſe ſeruari: et paulopoſt. Et tam illos errare dicimus qui cū Manicheo dicunt hominem

peccatū vitare non posse ꝙ illos qui cum Jouiniano asserunt hominē non posse peccare. Ecce hieronymus dicit errorē esse: si quis dicat hominē vitare peccatū non posse. Qui autē dicit quedā necessitate fieri: quedā dicit nō posse vitari. Cum ergo id Augustinus dicat videtur aut erroris esse quod tradit: aut non esse verū quod hieronymus ait.

¶ Determinatio cōtrarietatē submouens de sanctorū medio. J

Ad quod dici potest quia Augu. ꝑm statū huius miserie ad quam pertinet ignorantia et difficultas: vt idem ait in libro de libero arbitrio: que ex iusta dānatione descenderunt illud tradidit vbi et venialia peccata inclusit. hieronymus vero tm̄ de mortalibus peccatis loquit̄ que vnusquisq; gratia illuminatus vitare valet: vel de hoīe ꝑm statū liberi arbitrij ante peccatum illud ait.

¶ Epilogū facit ad alia transiturus. K

Satis diligenter eorū posuimus sententiā qui dicunt omnes actus naturas esse: et inq̄tū sunt bonos esse: in quo tractatu quedā interserimus: que non ex eorū tm̄ ꝑsona accipienda sunt: quia ab omnib⁹ catholice sapiētibus absq; hesitatione tenentur: atq; auctoritatū testimonijs et rationibus eorum traditionē munivimus qui dicunt omnes actus essentia sui: id est inq̄tum sunt esse bonos: quosdā vero inq̄tū inordinate fiunt peccata esse. Addunt quoq; quosdā non tantum essentia sed etiam genere bonos esse: vt reficere esurientē: qui actus est de genere operū mie quosdam vero actus absolute ac perfecte bonos dicunt: quos non solum essentia vel genus: sed etiam causa et finis cōmendat vt sunt illi qui ex bona voluntate proueniunt: et bonum finem metiuntur.

¶ Aliorū ponit sententiā qui dicunt malos actus nullomodo esse a deo nec esse bonos siue in eo ꝙ sunt siue alio modo. L

Sunt autem et alij plurimi longe aliter de peccato et de actu sentientes: asserunt enim voluntatē malā ꝛ actum malum peccata esse: et nulla ratione bona nec ꝑm aliquā rationem ex deo auctore esse: q2 sine deo fiunt. Sine eo nāq; (vt ait euangelista) factum est nihil: id est peccatū quod dicit̄ esse nihil: non quia non sit actio vel voluntas mala: que aliquid est: sed q2 a vero esse sepat hoīes: et ad malū trahit: et sic ad nō esse deducit. Qui em a summi boni participatione recedunt quod solū vere ac ꝓprie est merito non esse dicunt̄. Ideoq; Augustinus dicit super Johannē peccatū nihil esse nihilq; fieri cū peccant hoīes. hac ergo ratione astruūt peccatū nihil esse: quia a vero esse hominē elongat. Voluntatēq; malā atq; actionē siue locutionē malā peccatū esse dicunt: quia preuaricatio et inobedientia hec sunt et contra legē dei fiunt q̄ tamen sunt sed ab hoīe vel dyabolo non a deo. Nullatenus em̄ hec a deo eē dicunt siue inq̄tum sunt siue alio modo.

Di. xxxvij. Utrū actio substrata ι.ι qua peccatū cōmittitur sit a deo ꝛc. Joh. i. Quare peccatū dr̄ esse nihil.

¶ Qualiter determinēt verba Augustini ꝓmissa quibus ait: oē qd̄ est: inq̄tum est: bonum est. M

Illa quoq; Au. verba quibus dicit: omne quod est inq̄tū est bonum esse: et deum habere auctorem de naturis siue de substantijs tm̄ accipienda fore tradunt. Substantie vero nomine atq; nature dicunt significari substantias ipsas et ea que naturaliter habent: scꝫ que concreata sunt eis: sicut anima naturaliter habet intellectum et ingenium et volun-

tatē et huiusmodi quod ex verbis Augustini pmissis colligit: vbi bonū hominē appellat bonam naturam: et malū hominē malā naturā. Secundū hanc ergo assertionē vel acceptionē mali actus non sunt nature vel substātie nec etiam boni actus: quod vtiq videtur Aug. innuere in li. retractatio num distinguens inter substantias siue naturas et bonas actiōes siue malas. Aperiens enim quomodo intelligendū sit quiddā in libro de vera religione ab eo traditū ait. Hoc de substantijs atq naturis dictū est. Inde enim disputabatur: non de bonis actionibus atq peccatis. Aperte hic videt dividere inter naturas siue substantias et actiones siue peccata. Ideoq asserunt prefati doctores actiones interiores: vel exteriores non esse naturas vel substantias: que si male sunt: peccata sunt: neq a deo sunt. Quod vero mali actus non sint nature Augustinus videtur notare in prima responsione contra Pelagianos ita dicens. Opera dyaboli que vitia dicunt actus sunt non res. Idem in quarta responsione. Omne malum natura non est: sed actus accidens alicui et defectu boni. Quamobrem quod natura non est: deus non fecit: quia natura est omne quod fecit. Item. Omne quod natura bonum est: deus ex nihilo fecit non dyabolus.

Scdm qd actus mali nō sunt nature vel subere.
Augustin⁹

¶ Secundum hos res alique sunt que a deo non sunt quibus homines mali sunt. C

Ex quo colligitur res aliquas esse que a deo nō sunt: eisq homines mali sunt. Quod nihilominus et ipsi concedunt innitentes verbis Augustini superius positis qui in Ench. determinans illa verba prophete. Ue his qui dicunt bonum malum. dicit de ipsis rebus quibus homines mali sunt non de hominibus hoc esse intelligendum. Sūt ergo alique res quibus homines mali sunt. Id autē quo homo fit deterior a deo nō est quia vt ait Augustinus in lib. de. lxxxiij. q. deo auctore non fit homo deterior. Non est ergo deus auctor rerum quibus homo deterior fit. At sunt alique res vt dictum est: quibus homines mali fiunt. Sunt ergo alique res que a deo non sunt: quia peccata ipse sunt. Ideoq scriptura in pluribus contestatur locis deum non esse auctorem malorum: id est eorum que peccata sunt. D

Esa. v.

Assertionē suā Aug. testimonis muniuit.

¶ Ex parte eorum premisse oppenitur sententie in illo verbo deus auctor malorum non est.

In hoc autem verbo superiorum sententie recte opponit: qui dicunt deum non esse auctorem eorum que mala sunt inquantum mala sunt: sed inquantū sunt: et inqtum mala sunt: dicunt ea nihil esse. Quid ergo mirum. si deus dicitur non esse auctor eorum inquantum nihil sunt. cum nihili nullus auctor existere queat? Ideoq cum dicitur deus esse auctor omnium que sunt bonorum isti subintelligi volunt. Bona autem illa esse dicunt que naturaliter sunt. Ea vero naturaliter esse dicunt non solum que substantie sunt vel concreata substantijs qualiter supra acceperunt sed et omnia que naturam priuant bono. Et ita sm eosdem multiplex in scripturis fit intelligentia: vbi de natura siue de substantia vel de his que naturaliter sunt sermo occurrit. Sed super illum locū Psalmi. Non est substantia ita Augustinus de substantia disseruit: vt premisse sententie videatur consentire dicens. Substantia intelligit illud quod sumus quicqd sumus: homo: pecus: terra: sol. omnia ista substantie sunt eo ipso quo sunt nature ipse substantie dicuntur. Nam quod nulla est substantia nihil omni-

Ps. lx viij.

nõ est: substantia ergo est aliquid esse. Deus fecit hominem substantiam
sed per iniquitatem lapsus est homo a substantia in qua factus est: iniqui
tas quippe ipsa non est substantia. Non enim iniquitas est natura quam
formauit deus: sed iniquitas est peruersio quam fecit homo. Nature om-
nes per ipsum facte sunt: iniquitas per ipsum facta nõ est: quia iniquitas
non est substantia. In illo hymno trium puerorum vniuersa creatura lau-
dans deũ cõmemoratur. Laudãt enim omnia deũ: sed que fecit deus. Lau Danie. iij
dat ibi serpens deum: sed non auaricia. Omnia reptilia ibi noiata sunt:
sed non aliqua vitia. Uitia enim ex nobis et ex nostra voluntate habem⁹:
et vitia non sunt substantia. Intendant diligenter his verbis premissarũ
assertores sententiarũ: et percipere poterunt rationem et causaz dictorum:
vbi scriptura de natura vel de substantia mentionem facit. Illarum vero
sententiarum iudicium prudentis lectoris cui vtriusq; sententie noticiam
plenarie dedimus arbitrio relinquimus: ad ea que adhuc nobis supsunt
tractanda festinantes.

¶ Qđ de peccato non de pena intelligit̃ cũ dr̃ deus non est auctor mali. E

Cum igitur in hoc omnes consentiant catholici tractato
res. s. q; deus non est auctor malorũ. Cauendũ est tamen ne malorũ nomi-
ne penas sicut peccata generaliter includas. Penarũ enim deus auctor est:
sicut ipse per prophetã ait. Non est malum in ciuitate quod dominus non
fecerit. Item alibi ex persona sua ait. Ego sum deus creans malũ et faciẽs Amos. iij.
bonum. Ecce hic dicitur creasse et fecisse malum: sed mali nomine pena in- Esaie. xlv.
telligitur non peccatũ. sicut econuerso cum dicitur deus non esse auctor ma
lorum: non nisi mali peccata intelliguntur. Ideoq; Augu. qui dixerat in li
bro de. lxxxiij. q. q; deus auctor mali non sit in primo li. retracta. quomodo
intelligendũ sit aperit dicens. Uidendum est ne male intelligatur qđ dixi Sapiẽt. j.
deus auctor mali non est. qui et omnium que sunt auctor est. quia inquan Eccli. xj.
tum sunt intantum bona sunt: et ne hic putetur non ab illo esse penam ma Qđ pena
lorum que vtiq; malum est his qui puniuntur: sed hec ita dixi sicut dictum malorũ a
est: deus mortem non fecit: cum alibi scriptũ sit. Mors et vita a domino est. deo est.
Malorum ergo pena que a deo est: malum est quidem malis sed in bonis Quõ dictũ
dei operibus est: quoniam iustum est vt mali puniantur: et vtiq; bonuz est sit de⁹ mor
omne quod iustum est. Sic ergo dicitur deus non fecisse mortem: quia non tẽ nõ fecit
fecit illud pro quo mors infligit̃. i. peccatum. Audisti lector causam dicto-
rum ex qua sana intelligentia formatur cuz dicit̃ deus non est auctor mali
et deus mortem non fecit.

¶ De voluntate et fine ex quo et ipsa iudicatur. A Di. xxxviij.

Post predicta de voluntate eiusq; fine disserendum Quair in
est. Sciendũ ergo est q; ex fine suo (vt ait Augu.) voluntas cogno gñali pa-
scitur vtrũ recta an praua sit. Finis autem bone voluntatis bea ctũ volũta
titudo est: vita eterna: ipse deus. Male vero finis est aliud. s. ma tis pctĩ in
la delectatio vel aliquid aliud in quo non debet voluntas quiescere. Finez troducitur
bonum insinuat propheta dicens. Omnis consummationis vidi finem et c. Quid sit fi
Charitas ergo cuius latum mandatum est: finis omnis consummationis nis bonus:
est: id est ois bone volũtatis et actiõis ad quã oẽ p̃ceptũ referẽdũ ẽ. vñ Aug. finis ma-
in Ench. Omnia precepta diuina referunt̃ ad charitatẽ. De qua dicit Apo lus.
stolus. Finis p̃cepti est charitas de corde puro et cõscia bona et fide nõ ficta. ps. cxviij.
Ois itaq; p̃cepti finis charitas est: id est ad charitatẽ refert̃ oẽ p̃ceptũ. Qđ j. Thim. j.

vero ita fit vel timore pene vel aliqua intẽtione carnali vt non referat ad charitatem que est dilectio dei & proximi: nondum fit quemadmodũ oportet fieri: q̃uis fieri videatur. Tunc enĩ recte fiunt que mandat deus: & que consilio monet cum referuntur ad dilectionem dei & proximi. His verbis aperte insinuatur quis sit rectus finis voluntatis siue actionis bone: scz charitas que & deus est: vt supra ostendimus.

i. ¶ Quod deus est finis omnis bone actionis quia charitas est: nec tantum spiritussanctus: sed etiam christus & pater: nec hi sunt tres fines: sed vnus. B

Roma. x. Qui ergo charitatem sibi ponit finem: deum sibi ponit finẽ: vñ & christ⁹ finem legis ad iustitiam dicit apl's esse omni credenti. Et recte dicit Christus finis legis ad iustitiam: q2 vt ait Aug. in libro sententiarum prosperi in xp̃o lex iustitie non consumitur: sed impletur. Omnis enĩ perfectio ex ipso & in ipso est: & vltra quem non est quo spes se extẽdat. Finis fidelium Christus est ad quẽ cũ peruenerit currentis intẽtio nõ h3 quo ampli⁹ possit venire: sed h3 id in quo debeat permanere. Finis ergo rectus atq3 suprem⁹ de⁹ pater est & filius & spũssanct⁹: nec hi tres sunt tres fines: sed vnus finis: q2 non tres dij sed vnus deus.

¶ Quod omnes bone voluntates vnũ habẽt finem: & tñ quedã bone diuersos fines sortiuntur. C

Augustin⁹ Sed queritur vtrũ oẽs bone volũtates vnum tñ habeãt finem. De hoc Aug. in. xj. li. de tri. ita ait. Alie atq3 alie volũtates suos proprios fines habẽt qui tñ referunt ad finem illi⁹ volũtatis qua volum⁹ beate viuere: & ad eã puenire vitã q̃ nõ referat ad aliud: sed amanti per seip̃am sufficiat: queadmodũ voluntas videndi finẽ h3 visionẽ: & voluntas videndi fenestrã: finẽ h3 fenestre visionẽ. Altera vero est volũtas p fenestrã videndi trãseuntes cuius itẽ finis est visio transeuntiũ. Ad qd etiã predicte referuntur voluntates. Itẽ recte sunt volũtates & oẽs sibimet religate si bõa est illa ad quã cũcta referunt. Si aũt praua est: praue sunt oẽs: & iõ rectarum volũtatum cõnexio iter quoddã est ascẽdentium ad beatitudine3: qd certis velut passibus agitur. Prauarum autem & distortarum voluntatũ implicatio vinculum est: quo alligabitur qui hoc agit vt proijciatur in tenebras exteriores. His authoritatum testimonijs euidenter monstrat plures infidelibus rectas esse voluntates proprios ac diuersos fines habẽtes & tñ vnum eũdemq3: q2 oẽs referuntur ad vnũ qui est finis finiũ: de q̃ paulo ante dixim⁹: ita & econuerso forte est & in malis.

¶ Quedã huic snie videntur aduersari. D

Augsti. Uerũtamẽ huic sententie qua dictũ est fidelium quasda3 rectas voluntates diuersos fines sortiri: & tamen ad vnum referri videtur obuiare quod alibi Augustinus admonet: ne scilicet nobis duos fines constituamus ita inquiens in libro de sermone domini in monte. Non debemus ideo euangelizare vt manducemus: sed ideo manducare vt euãgelizemus: vt cibus non sit bonũ qd appetitur: sed necessariu3 quod adijcit

Matth. vj vt illud impleatur. Querite primum regnum dei: & hec omnia adijcientur vobis. Non dixit: primum querite regnum dei: & deinde querite ista q̃uis sint necessaria: sed ait. hec omnia adijcientur vobis. i. dest hec consequẽtur si illa queratis: ne cu3 ista queritis: illinc auertamini: aut ne duos fines constituatis: vt & regnu3 propter se appetatis: & ista necessaria ꝓpter illud

ergo propter regnum dei tantum debemus operari omnia: non solum vel cum regno dei mercedem corporalem meditari. Ecce hic apte dicit ne duos fines nobis constituamus: sed vnum tantum .i. regnum dei cum supra, dixerit bonas voluntates alias ⁊ alias proprios habere fines.

¶ Hic ostenditur quomodo licet videantur non repugnent predicta. E

Hec aũt sibi non repugnare animaduertit qui verbis premissis simplici oculo diligenter intendit. Qui enim dixit ne duos fines nobis constituamus: sed omnia propter regnum dei faciamus: ipse premisit quod debemus manducare vt euangelizemus. Cum autem hoc ita facimus actionis illius finem euangelium constituimus: sed ⁊ hunc finem ad regnum dei referimus. Manducamus enim propter euangelium: ⁊ mãducamus et euangelizamus propter regnũ dei. Duos igitur fines nobis in manducando constituimus. Sed ista facientes nunquid peccamus? absit Nam ⁊ ipse sic facere suadet si diligenter eius verba inspiciamus. Cum ergo ait ne duos fines nobis constituamus: fines in diuersa tendentes intelligi voluit. scilicet quorum alter ad alterum non referatur. Ita ⁊ cum dicit: propter regnum dei tantum omnia agenda: nec cum ipso mercedẽ temporalem meditandam: ita intelligendũ est: vt non appetendo meditemur cum regno mercedem temporalem: ita quod non propter regnum: sed propter se: vt scilicet regnum propter se appetamus: ⁊ ista propter illud sicut ipse docet. Sicut enim petimus vitam eternam: petimusq; etiam temporalia a deo: si ea petimus propter vitam eternam: non offendimus: neq; sinistra tunc scit quid faciat dextera: quia mercedem temporalem non propter se meditamur: sed propter regnum dei vt sit leua sub capite ⁊ dextera in amplexu. Alioquin si hec temporalia propter se queramus sicut eterna miscetur dextere sinistra. Ideoq; cum dominus dixerit. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis. Alibi ait. Sic luceant opera vestra bona coram hominibus: vt glorificent patrem vestrum qui in celis est. Propter deum ergo omnia facienda sunt: vt oia que facimus omniumq; fines ad eum referamus.

[Margin: Quõ itelligẽdũ sit illud ne duos fines cõstituamus nobis. — Luce.xij. — Matt.xvi. — Cantico.ij — Ibidez. — Mat.v.]

¶ De differentia intentionis voluntatis ⁊ finis. F

Solet etiam queri quid distet inter voluntatem ⁊ intẽtionem ac finem. Ad quod dici potest inter voluntatem ⁊ finem certo atq; euidenti modo distinguitur: quia voluntas est qua volumus aliquid. finis vero voluntatis est vel illud quod volumus per quod impletur ipsa voluntas: vel potius aliud propter quod illud volumus. Intentio vero interdũ pro voluntate: interdum pro fine voluntatis accipitur: q̃ diligens ac pius lector in scriptura vbi hec occurrunt discernere studeat. Finis vero voluntatis est delectatio bona vel mala: ad quã nitit̃ quisq; peruenire. Unde Augu. sup illũ locũ ps̃. Scrutãs corda ⁊ renes: sic ait. Deus solus scrutat̃ corda .i. quid quisq; cogitet: ⁊ renes .i. quid quẽq; delectet. Ut finis cure ⁊ cogitationis est delectatio: ad quã cura ⁊ cogitatione nititur q̃sq; puenire ⁊ paulopost. Opera nostra q̃ sunt in dictis ⁊ factis possunt homines videre sed quo animo fiant: ⁊ quo venire cupiant solus deus videt: qui cum videt cor esse in celo: ⁊ non delectari nos in carne: sed in domino: idest cum bone sunt cogitationes ⁊ earum fines dirigit iustum. Idem super alterius ps̃ locum illum: scilicet in laqueo isto quem absconderunt comprehensus est pes eorum: dicit. Pes anime amor est: qui si prauus, est dicitur cupiditas

[Margin: Quid sit voluntas. Intẽtio q̃s mõ accipit̃ — Augu. sup ps̃. vij. — Au. i expõne ps̃. ix]

vel libido: si rectus: dicitur charitas. Eo monetur anima quasi ad locum quo tendit: idest ad delectationem bonam vel malam quo se peruenisse p

Repetit p̄dicta subdēs exēplū

amorem letatur. Finis ergo voluntatis vt premissum est dicitur τ illō qđ volumus: τ illud propter quod volumus: τ intentio ad illud respicit propter quod volumus: τ voluntas ad illud quod volumus: vt verbigratia. Si velim esurientem reficere vt habeam vitam eternam: voluntas est qua volo reficere esurientem: cuius finis est refectio esurientis. Intentio vero est qua sic ad vitam peruenire volo. Finis vero supremus est ipsa vita ad quam τ alius finis refertur.

¶ An illa intentio sit voluntas. B

Sed queritur vtrum intētio talis sit voluntas: τ si voluntas est an in hoc opere sit vna eademqꝫ voluntas qua volo reficere esurientem τ qua volo habere vitam eternam. Videtur nempe talis intentio voluntas esse: vt enim voluntas est qua volo reficere pauperem, ita τ voluntas est qua per illud volo habere vitam. Et alia quidem videtur volūtas esse qua volo habere vitam. τ alia qua pauperi subuenire volo. Sed ista ad illam refertur. Nam τ si hoc ita placeat vt in eo cuꝫ aliqua delectatione voluntas acquiescat. nondum est tamen illud quo tēditur: sed hoc ad illud refertur vt illud deputetur tanquam patria ciuis: istud vero tanqꝫ refectio vel mansio viatoris. Et sunt iste voluntates affectus: siue motus mentis quibus quasi gressibus vel passibus tenditur ad patriam. Sicut ergo altera est voluntas videndi fenestras vt supra docente Augustino diximus altera que ex ista nectitur voluntas scilicet per fenestras videndi transeuntes. Ita nonnullis alia videtur esse voluntas elemosinas dandi pauperi. alia voluntas habendi vitam. Alij aūt putant qꝫ vna sit voluntas τ hic τ ibi: sed ꝓpter subiectoꝝ multiplicitatē diuersitas memoraꝶ voluntatum. Ceterum quodlibet hoꝝ verum sit illud nulli in ambiguū venit: quin voluntas ex suo fine penseturvtrum recta sit an praua: peccatum an gratia: et quin nomine intentionis aliquando finis: aliquando volūtas intelligatur.

¶ Cum voluntas sit de his que homo naturaliter hꝫ: quare pctm̄ fore dicatur cū nullū aliud naturale pctm̄ sit. A

Dist. xxxix Quare voluntas magis deprauetur i suo actu qꝫ aliqua alia potentia

Hic aūt oritur questio satis necessaria ex superioribus causam trahens. Dictum est enim supra voluntateꝫ inesse naturaliter homini sicut intellectus τ memoria. Que auteꝫ homini naturalia sunt: quantumcūqꝫ vitientur: bona tamen esse non desinunt: qꝛ non valet vitium bonitatem in qua deus eam fecit penitus consumere: vt verbigratia. Intellectus vel ratio τ ingenium ac memoria: τ si vitijs ac peccatis obnubilentur τ corrumpantur bona tamen sunt nec peccata nominantur sicut Augustinus de ratione que est imago dei in qua facti sumus euidenter ostendit in decimoquinto libro de trinita. Hec est inquit imago in qua homines sunt creati qua ceteris animalibus presunt: q creatura in rebus creatis excellentissima est cum a deo iustificaꝶ a deformi forma in formosam mutatur formam. Erat enim etiam intervitia natura bona: hec autem imago ratio est vel intellectus. Cum ergo voluntas de naturalibus sit: quare ipsa non semper bonum est: τ si aliquādo vitijs subiaceat. Ad hoc facile respōdent q̄ dicunt omnia que sunt inquantum sunt bona esse: quia τ ipsam voluntatem inqꝫtū bona est vel inquan-

Rñsio scdꝫ quosdam.

tum voluntas est vt supra posuimus bonum esse asserunt: sed inquantuꝫ

inordinata est: in ala est & peccatum. Ubi potest ab eis rationabiliter queri Si voluntas inquantum inordinata est peccatum est: quare ergo intellectus ratio & ingenium & huiusmodi: cum inordinata sunt: peccata nõ sunt Inordinata vero sunt sicut voluntas cum ad rectum finem non tendunt: eorumque actus preuaricationes existunt. Ad quod illi dicunt voluntatis nomine aliquando vim scilicet naturalem potentiam volendi: aliquãdo actum ipsius vis significari. Uis autem ipsa naturaliter anime insita nũquam peccatum est sicut nec vis memorandi vel intelligendi: sed act⁹ huius vis: qui & voluntas dicitur: tunc peccatum est quando inordinat⁹ est.

¶Quare actus voluntatis sit peccatum: si actus aliarum potẽtiarum non sunt peccata. B

Sed adhuc queritur quare huius naturalis potẽtie act⁹ peccatum sit: si aliarum potentiarum actus peccata non sunt: scilicet potẽtie memorandi: cuius actus est memorari, & potentie intelligendi cui⁹ act⁹ est intelligere. Ad quod & ipsi dicunt: quia alterius generis est actus ille voluntatis quam actus memorie vel intellectus. Hic enim actus est ad aliquid adipiscendum vel non admittendum: qui non potest esse de malis: quin sit malus. Uelle enim mala malum est: sed intelligere vel memorari mala malum non est. Quamuis eorum quidam etiaꝫ hos actus malos esse interdum non improbe asserant. Memorat enim interdum quis malum vt faciat: & querit intelligere verum vt sciat impugnare. Ecce qualr solnitur premissa questio ab his qui tradunt omnia esse bona inquantuꝫ sunt. Qui vero dicunt voluntates malas peccata esse et nullo modo bona: breuius respondent dicentes actum voluntatis non esse de naturalib⁹: sed vim ipsam & potentiam volendi que semper bonum est: & in omnibus est: etiam in paruulis in quibus nondum est eius actus. — Rñsio scdꝫ qsdã alios

¶Quomodo intelligendum sit illud & homo etiam qui seruus est peccati naturaliter vult bonum. C

Preterea queri solet quomodo intelligendum sit qđ ait Ambrosius exponens illud verbum Apostoli. Non quod volo illud ago: sed quod nolo illud facio. Dicit enim ꝙ homo subiectus peccato facit qđ non vult: quia naturaliter vult bonum. Sed voluntas hec semper caret effectu: nisi gratia dei adiuuet & liberet. Si homo subiectus peccato est vult quidem malum & operatur: quia seruus est peccati: & eius voluntatẽ (sicut supra dixit Augustinus) libenter facit: quomodo ergo naturaliter vult bonum? An est eadem voluntas: idest idem motus quo libenter peccato seruit: & quo naturaliter vult bonum? Si non est eadem voluntas: que ergo istarum est qua cum homo iustificatur a seruitute peccati liberatur. Ut enim diximus superius gratia dei voluntatem hominis liberat: et adiuuat que voluntatem hominis preparat ad adiuuandam: & adiuuat preparatam. Sed que est illa voluntas: an illa que naturaliter vult bonum: an illa que libẽter seruit peccato: si tamen due sunt voluntates? — Ro. vij. — An eađ voluntate velit hõ naturaliter bonũ: & libenter pctõ seruit

Proposita est qđ pfunda q̃ varia adiversis expõne determinat. Alij eĩm dicũt duos esse mot⁹: vnũ quo vult bonũ naturalr quare naturalr quare naturalis đr. Et talis fuit motus nature humane in prĩa pditiõe in qua creati sine vitio sumus q̃ ppiie natura đr. Fuit eĩm hõ creatus in voluntate rect⁹ Unñ in ecclesiasticis dogmatib⁹ scriptũ est. Firmissime tene pmos hoĩes bonos & rectos eẽ creatos cũ libero arbitrio quo possent si vellẽt ppria volũtate peccare: eosque non necessitate: sed propria voluntate peccasse. Recte — Qõnẽ ppositaꝫ exeqũt pri⁹ sm illos q̃ dicũt duos esse motus.

ergo dicitur homo naturaliter velle bonum: quia in recta et bona volūtate conditus est. Superior em̄ scintilla rationis que etiā (vt ait Hieronymus) in Chain non potuit extingui: bonum semper vult: et malum semper odit. Alium autem dicunt motum esse quo mens relicta superioris lege subijcit se peccatis eisq; oblectatur. Iste motus (vt aiunt) anteq̄ assit alicui gratia dominatur et regnat in homine alterumq; deprimit motum. vterq; tamen ex libero arbitrio est. Ueniente autem gratia ille malus motus eliditur: et alter naturaliter bonus liberatur et adiuuatur vt efficaciter bonum velit. Ante gratiam vero licet naturaliter homo velit bonū: non tamen absolute concedi oportet bonam habere voluntatem: sed potius malam. Alij autem dicunt vnam esse volūtatem id est vnum motum quo naturaliter vult homo bonū: et ex vitio vult homo malū eoq; delectatur: et inquātū vult bonum naturaliter bonus est: inquātum malum vult malus est.

¶ An ex fine omnes actus pensari debeāt: vt simpliciter boni vel mali dicantur. A

Dist. xl. Quartr ex prauitate volūtatis si at deprauatio in actu exteriori: ostēdēs ex opposito quō ex rectitudine intentiōis hēat fieri op⁹ bonū. Qui actus simplr boni dicendi sunt q̄ simplicit mali.

Post hec de actibus adijciendum videtur vtrum et ipsi ex fine sicut voluntas pensari debeant boni vel mali. Licet enim sm̄ quosdā omnes boni sint inquātū naturaliter sunt: nō tamē absolute dicendi sunt omnes boni: nec omnes remunerabiles. sed quidā simpliciter mali dicuntur: sicut et alij boni. Nā simpliciter ac vere sunt boni illi actus q̄ bonā habent causam et intentionē id est qui voluntatem bonam comitatur et ad bonum finem tendunt. Mali vero simpliciter dici debent: qui peruersam habēt causam et intentionē. Unde Ambrosius ait. Affectus tuus operi tuo nomen imponit. Et Augustinus sup psal. xxxj. Nemo cōputet bona opera sua ante finē. Ita enim videtur mihi esse vt magne vires et cursus celerrimus preter viā q2 vbi ipsa fides nō erat bonū opus nō erat. Bonū em̄ opus intentio facit: intentionē fides dirigit. Non valde attēdas quid homo faciat: sed quid cū facit attendat: quo lacertos optime gubernatiōis dirigat. His testimonijs insinuari videtur ex affectu et fine opera bona esse vel mala. Quibus cōsonat qd̄ veritas in euāgelio ait. Nō potest arbor bona fructus malos facere: neq; arbor mala fructus bonos facere. Noie arboris non natura humane mētis sed voluntas intelligit: q̄ si mala fuerit nō bona: sed mala opera facit. Si vero bona fuerit bona non mala opera facit.

Mat. vij.

¶ Utrum omnia opera hominis ex affectu et fine sint bona vel mala. B

Opinio q̄rūdā q̄ dicūt omnes actus idifferentes.

Aliorum opinio q̄ tripertitā dicunt differentiā actuum.

Sed queritur vtrum oīa opera hominis ex affectu et fine sint bona vel mala. Quibusdā ita videtur esse qui dicūt oēs actus esse indifferētes vt nec boni nec mali p se sint: sed ex intentione bona bonus: et ex mala malus sit ois actus. Scd̄m quos quilibet act⁹ pōt esse bon⁹ si bona intentiōe geratur. Alij aūt videt q̄ quidā actus in se mali sint: ita vt non possint esse nisi pctā: etiā si bonā habeant causam. Et quidā in se boni ita vt et si malā habeāt causam. nō tn̄ boni esse desināt. Qd̄ testimonio. Augu. confirmāt: q̄ dicit bonū aliqn̄ nō bene fieri. Quod em̄ qs inuitus vel necessitate facit: nō bn̄ facit: q2 nō bona facit intentione. vt ait Augusti. sup Joh. Seruilis inquit timor nō est in charitate: in quo q̄uis credatur deo: nō tn̄ in deum: et si bonum fiat nō tamen bene. Nemo em̄ inuitus bene facit etiā si bonum est quod facit. Ecce habes q̄ aliquis non bene facit illud qd̄ bonū est. Facit ergo qd̄ bonū est intentione non bona. Ideo asserunt illi que-

dam opera esse talia q̃ sic bona sunt vt mala esse nõ possunt quocunq̃ modo fiat: sicut econuerso quedã sic sunt mala vt nõ possint esse bona quacũq̃ ex causa fiat. Alia aũt esse opera q̃ ex fine vel causa bona sunt vel mala et ad illa referunt sanctorum testimonia: quibus ex affectu vel intentione iudicium operũ pensari dicit. Tripartitam edũt isti differentiam actuum.

¶ Aliter Augu. sentire videtur qui dicit opera hominis esse bona vel mala ex intentiõe et causa: preter quedam que per se peccata sunt.

Sed Augu. euidentissime docet in libro cõtra mendaciũ omnes actus fm intentionẽ et causam iudicãdos bonos vel malos: preter quosdam qui ita sunt mali vt nunq̃ possint esse boni etiã si bonã videantur habere causam. Interest inquit plurimum: qua causa: quo fine: qua intentione quid fiat. Sed ea que cõstat esse peccata: nullo bone cause obtẽtu: nullo q̃si bono fine nulla velut bona itẽtiõe faciẽda sunt. Ea q̃ppe opera hominum si causas habuerint bonas vel malas nũc sunt bona: nũc mala que non sunt per se ipsa peccata sicut victum prebere pauperibus bonũ est: si fit causa misericordie cum recta fide: ꝛ concubitus coniugalis quando fit cã generandi: si ea fide hat vt gignantur regenerãdi. Hec rursus mala sunt si malas habeant causas: velut si iactantie causa pascat paup: aut lasciuie causa cum vxore concũbitur: aut filij generẽtur non vt deo: sed vt dyabolo nutriantur. Cum vero opera ipsa per se peccata sunt vt furta stupra blasphemie: quis dicat causis bonis esse facienda: vel peccata nõ esse vel quod est absurdius iusta peccata esse. Quis dicat furemur diuitib⁹ vt habeamus quid demus pauperib⁹: aut falsa testimonia proferamus: nõ vt inde innocentes ledãtur: sed potius saluẽtur. Duo eñ bona hic sunt: vt inops alatur: ꝛ innocẽs non puniat. Aut quis dicat adulteriũ esse faciendum vt per illam cum qua fit homo de morte liberetur. Testamenta etiã vera. Cur nõ supprimimus et falsa supponimus ne hereditates habeant q̃ nihil boni agũt: s; hi potius q̃ indigẽtes adiuuãt. Cur nõ fiãt illa mala ꝓpter hec bona: si ꝓpter hec bona nec illa sunt mala. Cur nõ ab immũdis meretricib⁹ q̃s ditãt stupratores: rapiat diuitias vir bonus vt indigẽtib⁹ eas largiatur cũ nullũ malũ malũ sit si ꝓ bono fiat. Quis hoc dicat nisi q̃ res humanas moresq̃ conatur et leges subuertere. Qḋ eñ facinus non dicatur recte fieri posse nec impune tantum verumetiam gloriose: vt in eo nõ timeatur supplicium sed speretur et premiũ: si semel consenserimus in malis actibus: non qḋ fiat s; quare fiat esse querendũ: vt queecunq̃ ꝓ bonis fiunt causis: nec ipsa mala esse iudicent. At iustitia merito punit eum qui dicat se subtraxisse superflua diuiti vt preberet pauperi et falsariũ qui alienum corrũpit testamẽtũ: vt is esset heres q̃ faceret elemosynas largas: nõ ille q̃ nullas: ꝛ eũ qui se fecisse adulteriũ ostẽdit: vt per illam cuȝ qua fecit hoiem de morte liberet. Sed diceret aliq̃s: ergo equãdus est fur q̃libet furi q̃ volũtate mle furat: q̃s hoc dixerit? S; horũ duoꝶ non ideo quisq̃ est bon⁹: q: peior est vnus. Peior eñ est qui cõcupiscẽdo q̃ q̃ miserãdo furat. Sed si furtũ omne pctm̃ est ab oi furto abstinendũ est. Quis eñ dicat esse do q̃ q̃ mi peccãdũ etiam si aliud sit grauius: aliud leuius peccatũ. Nunc aũt querit q̃s actus pctm̃ sit vel non: non qḋ grauius sit vel leuius. Inde lector propositis verbis tota mentis consideratione: quenõ inutilem habẽt exercitationem: et dinosces quis actus sit peccatũ: qui s; malam habeat causam. nec ille tantũ: q: sunt nõnulli act⁹ qui et si bonã habeãt causam:

¶ Augusti.

Nõ tñ q̃re fiat attẽdẽdum est.

Peior qui cõcupiscen. (?) rando furatur.

tamē peccata sunt vtsupra positū est. Ex quo consequi videt qꝛ non semꝑ ex fine iudicatur voluntas siue actio mala sicut in illis que per se peccata sunt. Ille em̄ etsi quis gesserit pro aliqua bona causa bonum videt habere finē nec ex fine volūtas est mala nec ex volūtate actio fit mala sed ex actiōe

Intra ea q̄ voluntas fit praua. In quibus aliqui ponunt actum iudeorum qui cruci

actus ma: figendo christum arbitrabant se obsequiū prestare deo: qꝛ bonum finē di=

li sūt q̄daꝫ cunt eos sibi posuisse. s. dei obsequium: ꝛ tn̄ voluntatem eoꝝ ꝛ actionē per=

ponunt a: uersam fore asserūt. De bonis autem nulla fit exceptio in premissis verbis

ctū iudeoꝝ Augu. quin omnis volūtas bona ex fine fit bona: ꝛ ex fine ꝛ voluntate omnis actio bona: bona est. Sed non omnis mala voluntas ex fine mala est: nec ois mala actio ex fine ꝛ voluntate mala est: ꝛ ois qui habet malā cām mala est: sed non ois q̄ bonā causam habet bona est. Ideoq; cū ex affectu sit nomē impo m operi in bonis operib⁹ generaliter vera est hec regula: sed in malis excipiunt illa que per se mala sunt. Omnia ergo hominis opera sm̄ intentionē ꝛ causam iudicant bona vel mala: exceptis his que ꝑ se mala sunt: id est que sine preuaricatione fieri nequeunt.

¶ Quidam dicunt predicta non posse fieri bono fine. D

Que tamen quidā contendunt nunq̄ꝫ habere bonam cau=

Qꝺ nō fiāt sam. Qui enim aliena furatur vt pauperib⁹ tribuat: nō ꝓ bono (vt aiunt)

bono fine furat. Non enim bonū est aliena pauperib⁹ erogare. Qui em̄ de rapina sa

notatur ex crificium deo offert: idē facit vt ait auctoritas ac si filiū in ꝯspectu p̄ris vi=

ꝟbis aug. ctimet vel sacrificiū carnis deo offerat. Abominabilis nēpe deo est impiorū oblatio. Ita etiā et hoiem ꝑ adulterium a morte liberare malum esse dicunt. Et si em̄ bonū sit hoiem a morte liberare tn̄ sic hoiem liberare: malū fore asserunt. Ideoq; August. in superiorib⁹ dicūt tēperasse sermonē cauteq; locutū vbi ait. Ea q̄ cōstat esse pctā: nullo quasi bono fine nulla velut bona intētiōe facienda. Nō em̄ simpliciter dixit bono fine ꝛ bona intētione: sꝫ addidit quasi ꝛ velut: qꝛ talia non fiunt bono fine et bona intentione: sed intentione que videtur bona et fine q̄ putatur bonus: sed non est. Nec ideo accepit Augusti. ista vt aiunt quin causas habeant malas. Sed quia causas habēt qua videntur bone: sunt tamen male.

¶ An omnis intentio vel actio eorum qui carent fide

Dist. xli. sit mala.

Qualr ex A

obliq̄tate i Cumq; intētio (vt supra dictum est) bonum opus

tētiōis ha faciat: et fides intentionē dirigat non immerito queri pōt vtrū

beat fieri ois intētio omnesq; illoꝝ opus malum sit qui fidē nō habēt. Si enim fides intentionem dirigit: ꝛ intētio bonum opus facit vbi

op⁹. malū. nō est fides nec intentio bona nec opus bonū esse videtur. Quod a q̄busdā

Quidā di= nō irrationabiliter astruitur qui dicūt oēs actiones et volūtates hominis

cūt omnes sine fide malas esse q̄ fide habita bone existūt. Unde apostolus ait. Omne

actiōes ho qꝺ non est ex fide peccatū est. Qꝺ exponēs Augu. ait. Ois infidelium vita

minis sine pctm̄ est ꝛ nihil bonum est sine summo bono vbi deest agnitio eterne verita

fide eē ma tis: falsa virtus est etiam in optimis morib⁹. Et Iacobus in epistola cano.

las q̄ i fide ait. Qui offendit in vno; scꝫ in charitate fact⁹ est oīm reus. Qui ergo fidē ꝛ

bone sunt charitatē non habet: ois eius actio pctm̄ est: qꝛ ad charitatē non refertur.

Rom. xiiij. Quod em̄ ad charitatem non refertur (vt supra meminit Augustinus non

Aug. in li. fit quemadmodum fieri oportet. Ideoq; malum est. Non ergo mādata cu

sentētiarū stodit qui charitate caret: quia sine charitate nullum mādatorū custodi=

ꝓsperi. tur. Unde Augustinus super Epistolam ad Gal. ait. Custoditionem legis

dicit Apostolus: non inebriari: non occidere: non mechari: et alia hmõi ad bonos mores pertinẽtia q̃ sine charitate fide ⁊ spe impleri nõ possunt. Nullum ergo mãdatũ implet: nullũ bonũ opus facit. q̃ fidẽ ⁊ charitatẽ nõ hꝫ. Impossibile est eñ (vt ait apl's) sine fide aliquid placere deo. Que ergo sine fide fiunt bona nõ sunt: qꝛ omne bonum placet deo.

Jacobi. ij.
Auctoritatib⁹ muniunt suam opinionẽ.

¶ Que pmisse sentẽtie obijciunt ex verbis Augu. B

His autẽ obijcitur quod supra dixit Augu. scꝫ ꝙ in seruili timore: ⁊ si bonũ fiat nõ tñ bene. Nemo eñ inuit⁹ benefacit etiã si bonũ est qđ facit. Hic eñ dicit bonũ fieri: sꝫ nõ bñ ab illo q̃ charitatẽ nõ hꝫ. Qui eñ seruiliter timet charitate vacuus est de quo tñ hic dicit: qꝛ bonũ facit sꝫ nõ bene. Qui etiã sup illũ locũ psal. Turtur inuenit sibi nidũ vbi reponat pullos suos. dicit ꝙ iudei heretici ⁊ pagani opa bona faciunt: quia vestiũt nudos ⁊ pascunt pauperes ⁊ huiusmodi: sed non in nido ecclesie. i. in fide: et ideo conculcantur pulli eoꝝ. Quibus illi respondẽt dicentes bona opera appellari hmõi q̃ sine charitate fiũt: nõ qꝛ bona sint qñ sic fiunt: quod euidẽter supra Augu. docuit: sed qꝛ bona essent si aliter fierent que in suo genere sunt bona: sed ex affectu fiunt mala.

Quod sine charitate non custodiunt mãdata.
Heb. xi.
ps. lxxxiij.
Qualr ad hec illi respõdeant.

¶ Aliorum sentẽtia de premissa q̃stione qua querebat si omnis actio eorũ mala est qui fidem non habent. C

Alij vero qui triphariam distinctionem actuũ faciũt: opera cũcta que ad nature subsidium fiunt semper bona esse astruunt. Sed ꝙ Augu. mala esse dicit: si malas habeãt causas: nõ ita accipiẽdũ est quasi ipsa mala sint: sed qꝛ peccãt ⁊ mali sunt q̃ ea malo fine agunt. Itẽ et illud aliud: scꝫ bonũ opus intẽtio facit: ⁊ intentionem fides dirigit: determinãt dicẽtes ibi bonum vocatũ quod remunerabile est ad vitam: nõ ꝙ illud sit solũ bonum opus immo etiam alia plura: licet nõ ea ratiõe qua illud sint bona. Bonum eñ multipliciter accipitur: scꝫ pro vtili: p remunerabili: pro signo boni: pro specie boni: pro licito ⁊ alijs forte modis. Solaqꝫ illa intẽtio remunerabilis est ad vitam quam fides dirigit: sed non illa sola bona est vt aiunt. Nam si quis iudeus vel malus christianus necessitatem proximi releuauerit naturali pietate ductus: bonum fecit: et bona fuit voluntas qua illud fecit.

Determinat pdicta verba Augustini Quib⁹ modis dicat bonum.

¶ Hic ponit quedã Augu. capitula q̃ retractauit: non quasi praue dicta. sed quo sensu dixerit insinuans. D

Post hec inuestigari oportet qualiter intelligendum sit qđ Augu. ait in libro de vera religione. Usqꝫ adeo inquit peccatũ voluntariũ malum est vt nullo modo sit pctm̃ si non sit voluntarium. Huius dicti rationẽ Augu. aperiẽs in lib. retrac. dicit. Põt videri falsa hec diffinitio: sꝫ si diligẽter discutiatur inuenitur esse verissima. pctm̃ quippe illud cogitãdũ est qđ tantũmodo peccatũ est non qđ est etiã pena peccati scꝫ pctm̃ primũ hoĩs qđ fuit pctm̃ ⁊ causa pcti: sed nõ pena. Quãuis ⁊ illa que non voluntaria pctã nõ immerito dicũtur: qꝛ vel a nesciẽtib⁹ vel a coactis ppetrãtur: nõ omni modo possunt sine voluntate committi: quoniam ⁊ ille q̃ peccat ignorãs volũtate vtiqꝫ facit: quod cum faciẽdũ non sit: putat esse faciẽdum: et ille qui concupiscente aduersus spiritum carne/ nõ ea que vult facit: concupiscit quidem nolens: et in eo non facit quod vult: sed si vincitur concupiscentie consentit volens: et in eo nõ facit nisi quod vult: et illud qđ in paruulis est originale peccatũ: ex prima hominis volũtate mala cõtra-

Cplꝫ pma Retractatio Augu. geminã cõtinẽs detestationẽ.

ctum est. Nō itaq; falsum est qd̄ dixi: vsq; adeo peccatum voluntariū est rc. Ecce qualiter accipiendum sit illud scʒ vel de primo peccato hominis: vel de omnibus generaliter peccatis mortiferis: quorum licet quedā dicantur nō voluntaria que scʒ per ignorantiā vel per infirmitatē fiunt eadem tamē ea ratione possunt dici voluntaria: q2 sine volūtate nō cōmittuntur.

¶Aliud capitulum. E

Illius etiam intelligentia perquirenda est: qd̄ in libro de duabus aīabus edidit inquiēs. Nusq; nisi in voluntate peccatū est. Quod etiam in libro retrac. plane determinat dicens. Potest putari ista falsa esse sentētia qua diximus. Nusq; nisi in volūtate esse peccatū. cū A postolus dicat. Quod nolo hoc facio rc. Sed peccatū quod nusq; est nisi in voluntate illud precipue intelligēdū est quod iusta dānatio cōsecuta est. i. primū hominis peccatū. In eodē quoq; libro de duabus animabus aliud tradidit cōsideratione dignū. ait enim. Nō nisi voluntate peccatur: ipsamq; voluntatem diffinit dicens. Volūtas est animi motus cogente nullo ad aliquid vel non admittendum vel adipiscendum. Huius dicti causam aperiens r intelligentiam pandens in libro retrac. ait. Hoc propterea dictum est: vt hac diffinitione volens a nolente discerneretur: r sic ad illos refertur intentio: q2 in paradiso fecerunt originem mali nullo cogente peccando. id est libera voluntate: quia r scientes contra precep tū fecerunt: r ille tentator suasit vt hoc fieret: nō coegit. Nam qui nesciens peccauit nō incōgrue nolens peccasse dici potest: q̄uis r ipse quidē nesciens fecit volens tamē fecit. Ita nec tale peccatū sine volūtate esse potuit: sed voluntas facti ibi fuit nō peccati voluntas: quod tamen factum fuit peccatum. hoc enim factum est quod fieri non debuit. Quisquis autē sciens peccat: si potest cogenti ad peccatum sine peccato resistere: nec tamen facit vtiq; volens peccat. q2 qui potest resistere nō cogitur cedere: quapropter peccatum sine voluntate esse nō posse verissimū est. Ex his liquet qualiter superiora accipienda sint.

Retractatio Augu. Rom. vij. Aliud capl'm

¶Qd̄ mala voluntas est voluntariū peccatū. F

Si autem omne peccatum mortale voluntarium est: cum voluntas mala peccatū sit mortale: cōstat ipsam esse voluntariū peccatuʒ. Quid enim vt ait Aug. tam in voluntate q̄ ipsa voluntas sita est. Voluntas itaq; mala recte voluntarium dicitur peccatum: quia in voluntate cōsistit. Voluntas quippe (Ut ait Aug. in eodē) est prima causa peccādi: aut nullū pctm̄ est prima cā peccādi: nec est cui recte imputet peccatū nisi peccanti. Nō ergo est cui recte imputetur nisi volūtati. Hoc aūt de pctō actuali r mortali intelligēdū est. Nec his verbis aliud voluit ostendere Aug. vt ipse ait in retractationib9 nisi q2 voluntas est qua peccatur r qua recte viuitur.

Au. in li. de libe. arbi.

¶An voluntas r actio mala in codeʒ homine r circa eandem rē sint vnū peccatū an plura. A

Dist. xlij. Descendit ad spāles dr̄as pcti. i cōmuni. Opi. cōtra

Cum autem voluntas mala r operatio sunt peccatum queri solet vtrum in eodem homine r circa eandem rem hec duo vnū sint peccatū vel diuersa: vt si quis volūtate furatur: voluntatē habuit malam: que peccatū est r actum malum qui itē illos quidā peccatum est. Hec autem duo diuersa sunt. scilicet voluntas r actio. Sed nū cūt vnū esse quid diuersa sunt peccata an vnum? Quidam dicunt vnum esse peccatum: peccatum. alij vero dicunt diuersa esse peccata. Quia cum constet hec duo esse diuersa: Responsio aut diuersa duo peccata dicūtur: aut duo diuersa nō pctā. Quib9 alij resp̄

Mat.xxvi. uit: qui caput nostrum est: ⁊ ad eum sicut membra pertinemus. Pater in
quit si fieri potest transeat a me calix iste. Hec humana voluntas erat pro
prium aliquid ⁊ tanq̄ priuatū volens. Sed q2 rectum vult esse hominem:
Super ps. ⁊ ad deū dirigi: subdit. Non quod ego volo: sed qd̄ tu vis. Acsi diceret. Ui
xxxiij. de te in me q2 potes aliquid ꝓpriuum velle: vt deus aliud velit. Conceditꝛ
hoc humane fragilitati. Idē alibi Xp̄s in passione duas expressit volūta
tes in se ſm̄ duas naturas. Ait em̄ Pater si fieri potest, transeat a me calix
iste. Ecce habes hoīs voluntatem quam ad diuinā continuo dirigens ait.
Uerumtn̄ non sicut ego volo: sed sicut tu. Ambro. etiā in li. ij. de tri. scriptū
Ambro. Pater si fieri pōt transfer a me calicem hunc. Uerba xp̄i sunt. Sed qūo ⁊ in
Marc.xiiij qua forma dicanꝛ aduerte. Hoīs subām gerit: hoīs assumpsit affectū. Nō
ergo quasi de⁹: sed quasi hō loquiꝛ. Suscepit quidē voluntatē meā/ Mea
est voluntas quā suā dixit cū ait. Non sicut ego volo: sed sicut tu vis. Cuȝ
aūt dixit oīa q̄ hȝ p̄r mea sunt q2 nihil excipiꝛ: sine dubio quā pater hȝ eā
dem ⁊ filius hȝ volūtatē. Eadem est xp̄i voluntas que paterna. Una ergo
Joan.xvij. volūtas est patris ⁊ filij: sed alia est voluntas hoīs: alia dei: vt scias vitā
in voluntate esse hoīs: passionem aūt xp̄i in voluntate diuina: vt patereꝛ
pro nobis. His testimonijs euidenter doceꝛ in xp̄o duas fuisse voluntates/
qd̄ quia negauit Macharius archiepiscopus in constantinopolitana sin

do condemnatus est. Et ex affectu humano sensualitatis quidē non ratio=nis illud voluit & petijt quod non impetrauit. Nec ideo petijt vt impetra=ret: qꝛ sciebat deum non esse facturum illud. Nec illud fieri volebat affectu rationis: vel voluntate diuinitatis. Ad quid ergo petijt? Ut membris for=mam preberet imminente turbatione clamandi ad dñm: & subijciendi vo=luntatē suā diuine volūtati: vt si pulsante molestia tristent: ꝑ eiusdē amo=tione orent. Sed si nequeūt vitare dicāt qꝫ ipse xp̄s. Nō ergo ad insipien=tiā fuit qꝫ xp̄s clamans nō exaudit ad salutem corporalē. Bonum quidez petijt. s. vt non moreretur: sed melius erat vt moreretur: qđ & factū est.

¶ De eo qđ Amb. dicit xp̄m dubitasse affectu humano. D

Ceterum non parum nos mouent verba Ambr. quibus significare vr̄ xp̄m ſm humanum affectum de patris potētia dubitasse, sic dicens in li. iij. de tri. De quo dubitat de se an de patre? De eo vtiqꝫ cui di=cit transfer dubitat hoīs affectu. Nā de⁹ nō de patre dubitat: nec de mor=te formidat. Propheta etiam nō dubitat qui nihil deo esse impossibile as=serit. Omnia quecūqꝫ voluit fecit. Nū infra hoīes constitues deū? prophe=ta non dubitat: & filium dubitare tu credis. Ut homo ergo dubitat vt hō lo=cutus est. His verbis innui videt qꝫ xp̄s non inq̄ꝫtum deus vel dei filius: sꝫ inq̄ꝫtum homo dubitauerit affectu humano. Quod ea ratione dictum ac=cipi potest: non qꝛ ipse dubitauerit: sed qꝛ modū gessit dubitantis: & hoi=bus dubitare videbatur.

¶ Uerba hylarij longe diuersam exprimentia sentētiam a premissa. E

Illud etiam ignorandū nō est qđ Hyla. asserere videtur xp̄m non sibi sed suis orasse: cum dixit. transfer a me calicē hunc: sicut nec sibi sed suis timuit. Nec eum voluisse vt sibi non esset passio: sed vt a suis trāsiret calix passiōis ita inquiēs. Si passio honorificatura eū erat sicut Juda exeūte ait. nūc honorificat⁹ est fili⁹ hoīs. q̄uo tristē eū met⁹ passiōis effecerat: nisi forte tā irrationabilis fuerit vt pati mortē timuerit q̄ patiē=tē se glorificatura esset. Sꝫ forte timuisse vsqꝫ eo estimabit vt trāsferri a se calicē dep̄cat⁹ sit dicēs. Pr̄ trāsfer calicē hūc a me. q̄uo ei per patiēdi metū trāsferri dep̄caret a se qđ ꝑ dispēsatiōis studiū festinaret implere. Nō em̄ cōuenit vt pati nolit q̄ pati venit: & cū pati velle cognosceres: religiosi⁹ fue=rat hoc confiteri: qꝫ ad id impie stultitie ꝓrumpere: vt eū assereres ne pu=taret orasse quē pati velle cognosceres. Nō ergo sibi tristis: neqꝫ sibi orat trāsire calicē, sed discipulis: ne in eos calix passiōis incūbat, quē a se trā=sire orat: ne in his. s. maneat. Non em̄ rogat ne secum sit: sed vt a se trans=eat. Deinde ait. nō sicut ego volo: sed sicut tu vis: humane in se sollicitu=dinis significans cōsortiū: sed nō discernēs sententiā sibi cōis cū patre volū=tatis. Pro hoībus ergo vult transire calicē ꝑ quē oēs discipuli erāt tentā=di: & ideo ꝓ Petro rogat ne deficiat fides eius. Sciens ergo hec oīa post mortem suam desitura vsqꝫ ad mortem tristis est: & scit hunc calicem non posse transire nisi biberit. ideo ait. Pater si non pōt transire calix iste nisi bibam illū: fiat volūtas tua. Sciens se in cōsummata passione metū cali=cis trāsiturū: qui nisi eū bibisset trāsire nō posset: nec finis terroris nisi cō=summata passiōe terrori succederet: qꝛ post mortē ei⁹ ꝑ virtutū gloriā apo=stolice infirmitatis scandalū pelleret. Intende lector his verbis pia dili=gentia ne sint tibi vasa mortis.

¶ Si xp̄s meruit sibi & nobis & qđ sibi & quid nobis. A

Marginal notes: x. li. de tri. (beside "Illud etiam…"); Joan. xiij. (beside "Juda exeūte…"); Marc. xiiij (beside "calicē dep̄cat⁹…"); Hyl. l. x. li. de trini (beside "rat hoc confiteri…"); Luc. xxij. (beside "mortem suam…"); Mat. xxvj. (beside "bibam illū…")

Dist.xviij. Quod verbi seu xpi incarnatio ordinat ad nostram redeptionem quantum ad usum voluntatis put respicit exercitium merendi. Phil.ij. Augusti. Ambrosi⁹.

De merito etiam christi pretermittendum non est de quo quidam dicere solent quod non sibi sed membris tantum meruerit. Meruit quidem membris redeptionem a dyabolo: a peccato a pena et regni reseratione ut amota ignea rumphea libere pateret introitus: sed et sibi meruit impassibilitatis ac immortalitatis gloriam: sicut ait Apostolus. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem: mortem autem crucis: propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Aperte dicit apostolus christum propterea exaltatum per impassibilitatis gloriam quia est humiliatus per passionis obedientiam. humilitas ergo passionis meritum fuit exaltationis et exaltatio premium humilitatis. Unde Aug. exponens premissum capitulum ait. Ut christus resurrectione clarificaretur: prius humiliatus est passione. humilitas claritatis est meritum: claritas humilitatis est premium. Sed hoc totum factum est in forma serui. In forma enim dei semper fuit et erit claritas. Item Ambr. idem capitulum tractans ait. Quid et quantum humilitas mereatur hic ostenditur. his testimonijs euidens fit quod christus per humilitatem et obedientiam passionis meruit clarificationem corporis: nec id solum: sed etiam impassibilitatem anime. Ala enim ipsius ante mortem erat passibilis sicut caro mortalis/ sed post mortem merito humilitatis et anima impassibilis facta est et caro immortalis. Utrum autem anima sit facta impassibilis. quando caro facta est immortalis. s. ipso resurrectionis momento de auctoritate nobis certum non est. Sed vel mox post carnis separationem anima impassibilitate donata est: aut in resurrectione quando caro refloruit.

Quod ala xpi sit facta impassibilis.

¶ Quod a conceptu meruit sibi christus hoc quod per passionem. B

Nec solum hoc meruit christus quando patri obediens crucem subijt: sed etiam ab ipsa conceptione ex quo homo factus est per charitatem et iustitiam et alias virtutes in quarum plenitudine fuit secundum hominem conditus: sibi tantum meruit quantum post per martyrij tolerantiam. Tanta enim plenitudo spiritualium charismatum in eo fuit quod in eis proficere non potuit: et ideo melior ipsius ala fieri non potuit quam ab initio sue conditionis extitit: quia proficere in meritis non valuit. Unde Greg. ait. Non habuit omino xps iuxta aie meritum quo potuisset proficere: in membris autem quae nos sumus quotidie proficit. Non ergo plus meruit sibi per crucis patibulum quam a conceptione meruit per gratiam virtutum. Non ergo profecit secundum anime meritum quantum ad virtutem meriti: profecit tamen quantum ad numerum meritorum. Plura enim habuit merita in passione quam in conceptione sed in maioris virtutis non extiterunt in merendo plura quam ante fuerant pauciora. Meruit ergo a conceptione non modo gloriam impassibilitatis et immortalitatis corporis: sed etiam impassibilitatem anime. Per quod? Per obedientiam et voluntatem perfectam quam non tunc primo habuit nec maiorem cum pati cepit et mori. Obediens enim perfectus et bonus extitit secundum hominem ex quo fuit homo. habuit ergo aia illa aliquod bonum in se post mortem quod non habuit ante. Non ergo beatior vel melior fuit quam ante? Absit quod melior fuerit quia nec sanctior: nec gratia cumulatior. Nec etiam beatior fuit in dei contemplatione in quo precipue beatitudo consistit. Potest tamen dici in hoc beatior fuisse: quia ab omni miseria immunis. Ex quo nequit inferri simpliciter quod beatior fuerit.

¶ De eo quod scriptum est. Donauit illi nomen quod est super omne nomen. C

Nec tantum gloriam impassibilitatis et immortalitatis me-

ruit:sed etiam donari sibi nomen quod est sup omne nomē.s. honorificentiam: q vocatur deus:hoc tñ ante mortem habuit. Habuit em̄ hoc nomen dei filius inquātū de⁹ est ab eterno p naturā.inquātū vero homo fact⁹ est habuit ex tēpore per gratiā.Uerūtamē Augu. dicit homini donatū esse illud nomē non deo:qz illud nomē habuit cū in forma dei tm̄ erat.Sed cum dz ppter qd illum exaltauit:7 donauit illi nomē:qd est super omne nomē: satis apparet ppter quid exaltauerit.i.propter obedientiam:7 in qua forma exaltatus sit.In qua em̄ forma crucifixus est:in ea exaltatus est: et in ea donatū est ei nomen vt cum ipsa forma serui nominet̄ vnigenitus filius dei:hoc illi donatū est vt homini:qd iam habebat idē ipse deus. Hoc ergo p gratiā accepit:vt ipse ens homo vel subsistēs in forma serui.i. in anima et carne nominet̄ vt sit de⁹ .Sed nunquid hoc meruit:supra em̄ dictum est: qz hoc tantū bonū homo ille non meruit.Quō ergo hic dz ppter obediētiā donatum est ei hoc nomen?Scđm tropū illū in scriptura creberrimum hoc capiēdū est:quo dz res fieri qñ innotescit. Post resurrectionem vero quod ante erat in euidenti positum est vt scirent homines et demones. Manifestationem ergo illius nominis donauit ei deus post resurrectionem: sed illam meruit per obedientiam passionis:qui eo q obediuit patiendo: exaltatus est resurgendo:et p hoc manifestatum est nomen. Hoc eodem tropo vsus est etiam dn̄s post resurrectionem dicens.Data est mihi omnis potestas in celo et in terra non q tunc primo acceperit sed quā ante habebat: tunc manifestata est potestas.Ceterū Amb. dicit nomen illud donatū esse deo:nō homini et videtur sm̄ verborum superficiem oppositus Augu. sed intelligentia non obuiat:licet diuersum sapiat.Nam Ambrosius de naturali donatione id dictū intelligit:qua eternaliter pater generādo dedit filio nomē qd est sup omne nomen.s.esse deum per naturā: qz genuit ab eterno filiū plenū et sibi equalē deū.Qd tamē nomē apostolus propter passionis obedientiam Christo donatum dicit. Sed premisso locutionis modo accipiendum est.

Aug. in li. cōtra Maximinum. Qd nomen illi datum ē homini 7 nō deo.

mat.xxviij.

Ambrosi⁹ q datum fuit deo et nō hoī.

¶Si xp̄s sine omni merito illam habere potuit. D

Si vero queritur vtrū christus illam immortalitatis 7 impassibilitatis gloriam 7 nois dei manifestationē sine omni merito habere potuerit:sane dici potest:qz humanam naturā ita gloriosam suscipere potuit:sicut in resurrectione extitit.Nomenq3 suū etiā aliter hominib⁹ manifestare potuit:sed homo passibilis esse nō potuit sicut fuit:7 ad illā gloriā sine merito peruenire.Potuit quidem peruenire ad illā sine merito passionis:qz potuit consumpta mortalitate immortalitatis gloria vestiri: s3 nō sine merito iustitie 7 charitatis aliarūq3 virtutū.Nō em̄ Christ⁹ homo esse potuit:in quo plenitudo virtutū 7 gratie non fuerit.Nec virtutes ei inesse potuerūt cilicio mortalitatis induto quin p eas mereret̄. Habē s ergo has virtutes sm̄ hominem passibilem ac mortalem non potuit non mereri gloriā immortalitatis.Non ergo potuit factus mortalis sine merito gloriam impassibilitatis7 immortalitatis ac manifestationē dei nominis cōsequi. Potuit tamen hoc assequi sine merito passionis:quia per passionē nil sibi meruit:quod non ante per virtutes meruerit.

¶De causa mortis et passionis christi. E

Ad quid ergo voluit pati et mori si ei virtutes ad merendū illa sufficiebāt?Pro te nō p se.Quō p me?Ut ipsius passio et mors tibi esset forma et cā.Forma virtutis et humilitatis:causa glorie et libertatis.

forma deo vsq ad mortem obediendi: et causa tue liberationis ac beatitudinis. Meruit enim nobis per mortis ac passionis tolerantiam: quod per precedentia non meruerat. s. aditum paradisi et redemptionem a peccato: a pena: a dyabolo: et per mortem eius hec nos adepti sumus. s. redemptionem et filiorum glorie adoptionem. Ipse enim moriendo factus est hostia nostre liberationis. Sed quomodo per mortem redemit mortem nos a dyabolo et a peccato redemit: et aditum glorie aperuit? Decreuerat autem deus in mysterio. vt ait Ambr. propter primum peccatum non intromitti hominem in paradisum. i. ad dei contemplationem non admitti: nisi in vno homine tanta existeret humilitas: quod omnibus suis proficere posset: sicut in primo homine tanta fuit superbia quod omnibus suis nocuit. Non est autem inuentus inter homines aliquis quo id posset impleri nisi leo de tribu iuda qui aperuit librum et soluit signacula implendo in se omnem iustitiam. i. consummantissimam humilitatem qua maior esse non potest. Nam omnes alij homines debitores erant et vix vnicuique sua virtus sufficiebat et humilitas. Nullus ergo eorum hostiam poterat offerre sufficientem reconciliationi nostre. Sed christus homo sufficiens et perfecta fuit hostia: qui multo amplius est humiliatus amaritudinem mortis gustando quam ille Adam superbijt per esum ligni vetiti noxia delectatione perfruendo. Si ergo illius superbia olim extitit ruina: ipsum de paradiso mittens foras: alijsque accludens ianuam multomagis christi humilitas qua mortem gustauit: ingressum regni celestis omnibus suis impleto dei decreto aperire valuit atque decreti delere cyrographum. Ut enim ait Amb. Tantum fuit peccatum nostrum: vt saluari non possemus: nisi vnigenitus dei filius pro nobis moreretur debitoribus mortis: et sic dignos nos fecit testamenti et promisse hereditatis. Quod non ita est intelligendum: quasi non alio modo saluare nos potuerit quam per mortem suam: sed quia per aliam hostiam non potuit nobis aperiri regni aditus et fieri salus: nisi per mortem vnigeniti: cuius tanta fuit (vt dictum est) humilitas et patientia: vt eius merito pateret credentibus in eum aditus regni. Magna ergo in morte vnigeniti prestita sunt nobis vt liceat nobis redire in patriam: sicut olim in morte summi pontificis. his quod ad ciuitatem refugij confugerant secure ad propria remeare. Ecce aliquatenus ostensum est: qualiter per christi mortem aditus regni sit nobis paratus.

Quauliter per mortem. | aperuit. | Apoca. iij. | Ambrosius sup epistolam ad Hebre.

¶ hic qualiter a dyabolo et a peccato nos redemit per mortem. A

Nunc ergo queramus quomodo per mortem ipsius a dyabolo et a peccato et a pena redempti sumus. A dyabolo ergo et a peccato per christi mortem liberati sumus: quia vt ait apostolus. In sanguine ipsius iustificati sumus et in eo quod sumus iustificati. i. a peccatis soluti a dyabolo sumus liberati qui nos vinculis peccatorum tenebat. Sed quomodo a peccatis per eius mortem soluti sumus? Quia per eius mortem vt ait apostolus. commendatur nobis charitas dei. i. apparet eximia et commendabilis charitas dei erga nos in hoc quod filium suum tradidit in mortem pro nobis peccatoribus. Exhibita autem tante erga nos dilectionis arra et nos mouemur accendimurque ad diligendum deum quod pro nobis tanta fecit et per hoc iustificamur. i. soluti a peccatis iusti efficimur. Mors ergo christi nos iustificat: dum per eam charitas excitatur in cordibus nostris. Dicimur quoque et aliter per mortem christi iustificari: quia per fidem mortis eius a peccatis mundamur. Unde Apostolus. Justitia dei est per fidem Jesu Christi. Et item. Quem deus proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. i. per fidem passionis: vt olim aspicientes in serpentem eneum in ligno erectum a morsibus serpentum sanabantur. Si ergo recte fidei intuitu in illum respicimus: qui pro nobis pependit in ligno a vinculis dyaboli soluimur. i. a peccatis: et ita a dyabolo libera-

Dist. xix. De redemptione nostra facta per passionem christi quantum ad efficaciam et vtilitatem. | Rom. v. | Ibidem. | Rom. iij. | Nu. xxi.

mur vt nec post hãc vitã in nobis inueniat qđ puniat. Morte quippe sua vno verissimo sacrificio quicqđ culparũ erat vnde nos dyabolus ad luẽda supplicia detinebat: xp̃s extinxit: vt in hac vita tentando nobis non p̄ualeat. Licet enim nos tentet post christi mortẽ: quib⁹ modis ante tentabat, nõ tñ vincere potest/sicut ante vincebat. Nã Petrus: qui ante christi mortem voce ancille territus negauit post mortem ante reges et p̄sides ductus non cessit. Quare? q: fortior id est Christus veniẽs in domũ fortis id est in corda nostra vbi dyabolus habitabat: alligauit fortẽ.i.a seductiõe cõpescuit fideliũ: vt tentationẽ que ei adhuc permittit̃ non sequatur seductio. Itaq; in Christi sanguine qui soluit q̄ nõ rapuit: redẽpti sumus a peccato/ & per hoc a dyabolo. Nã vt ait Augu. in ipso vincitur inimice nobis inuisibiles potestates. vbi vincuntur inuisibiles cupiditates. Fuso em̃ sanguine sine culpa õim culparũ cyrographa deleta sunt quib⁹ debitores q̄ in eũ credũt a dyabolo ante tenebãtur. Un̄. Qui p̄ multis effundet̃. Per illũ ergo redẽpti sumus: in quo princeps mũdi nihil inuenit. Un̄ Augu. causam & modũ nostre redemptionis insinuans ait. Nihil inuenit dyabolus in xp̃o vt monstrarct̃: sed p̄ volũtate patris mori xp̃s voluit/ nõ habens mortis causam de peccato: sed de obedientia & iustitia mortẽ gustauit: per quã nos redemit a seruitute dyaboli. Incideram⁹ em̃ in principẽ huius seculi/ q̄ seduxit Adã et seruũ fecit: cepitq; nos quasi vernaculos possidere/ sed venit redẽptor: et victus est deceptor. Et q̄d fecit redẽptor captiuatori nostro. Tetẽdit ei muscipulam crucẽ suã: posuit ibi quasi escã sanguinẽ suũ. Ille autẽ sanguinẽ suũ fudit nõ debitoris per qđ recessit a debitorib⁹. Ille quippe ad hoc sanguinẽ suũ fudit: vt pctã nostra deleret. Un̄ ergo nos dyabolus tenebat deletũ est sanguine redẽptoris. Nõ em̃ tenebat nos nisi vinculis peccatorum nostrorum: iste erãt cathene captiuorum. Uenit ille alligauit fortẽ vinculis passionis sue intrauit in domũ eius.i. in corda eorum vbi ipse habitabat: et vasa ei⁹.s. nos eripuit: q̄ ille impleuerat amaritudine sua. Deus aũt noster vasa eius eripiens & sua faciẽs fudit amaritudinẽ & impleuit dulcedine p̄ mortem suã a peccatis redimẽs et adoptionẽ glorie filiorum largiens.

Luce. xj. | Aug. in li. de agone xp̃iano. | Mat. xxvj. | Joh. xiiij. | Augusti. | Mat. xij. | Mar. iij.

¶Cur deus homo et mortuus. B

Factus est ergo homo mortalis: vt moriẽdo dyabolũ vinceret. Nisi em̃ hõ esset q̄ dyabolũ vinceret nõ iuste sed violẽter homo ei tollit̃ videret̃ qui se illi spõte subiecit. Sed si eũ homo vicit iure manifesto hominẽ perdidit. & vt homo vincat necesse est vt de⁹ in eo sit qui eum a pctis immunem faciat. Si em̃ p̄ se homo esset vel angelus in hoie: facile peccaret cũ vtrãq; naturam per se cõstet cecidisse. Ideo dei filius hoiem passibilem sumpsit in quo & mortẽ gustauit: q: eo celũ nobis aperuit & a seruitute dyaboli.i.a pctõ (seruitus em̃ diaboli pctm̃ est) et a pena redemit.

¶Quomodo & a qua pena xp̃s nos redemit per mortẽ. C

A qua pena tẽporali & eterna. ab eterna quidẽ relaxando debitum. A temporali vero penitus nos liberabit in futuro quãdo nouissima mors inimica destruetur. Adhuc enim expectamus redemptionem corporis: secundum animas vero iam redempti sumus ex parte/ non ex toto. a culpa non a pena. Nec omnino a culpa. Non enim ab ea sic redempti sumus vt non sit: sed vt non dominetur.

¶Quomodo penam nostram portauit. D

Peccata quoq; nostra: id est penã peccatorũ nostrorum di-

in corpore suo super lignū portasse: qr per ipsius penā quā in cruce tulit omnis pena tēporalis q̄ p peccato cōuersis debetur in baptismo penitus relaxat: vt nulla a baptizato exigatur: ⁊ in penitētia minoratur. Nō enim sufficeret illa pena qua penitētes ligat ecclesia: nisi pena Christi cooperaretur q̄ pro nobis soluit. Unde pctā iustorū q̄ fuerūt ante aduentū in sustentatione dei fuisse vsq; ad Christi mortē dicit Apostolus ad ostensionē iusticie eius in hoc tpe. Ecce apte expositū est quō ⁊ quid Christus p mortem nobis meruit ⁊ impetrauit.

Rom. iij.

¶ Si solus Christus debet dici redēptor vt sol⁹ dr̄ mediator. E

Unū ipe vere dicit mūdi redēptor: ⁊ dei hoīm q; mediator. Sed mediator in scriptura dicit solus filius. Redēptor vero aliqñ etiam pater vel spūssanctus. Sed hoc ppter vsum potestatis nō ppter exhibitionem humilitatis ⁊ obediētie. Nā ſm potestatis simul ⁊ obediētie vsum filius pprie dicit redemptor/ quia ⁊ in se expleuit p que iustificati sumus: ⁊ ipam iustificationē est opatus potētia deitatis cū p̄re ⁊ spiritusancto. Est ergo redēptor inquātū est deus potestatis vsu: inquātum hō humilitatis effectu. Et sepius dr̄ redēptor ſm humanitatē: quia ſm eā ⁊ in ea suscepit ⁊ impleuit illa sacramenta que sunt causa nostre redemptionis proprie: ergo filius dicitur redemptor.

¶ De meditatore. F

Qui solus dicit mediator: non pater vel spiritussanctus. De quo Apostolus: Unus mediator dei ⁊ hominū hō Christ⁹ Jesus id est per hominē quasi in medio arbiter est ad componendā pacē: id est ad recōciliādū homines deo. Hic est arbiter quē Job desiderat: Utinam esset nobis arbiter. Recōciliati em̄ sumus deo: vt ait Apl's per mortē xp̄i: Qđ non sic intelligēdum est quasi nos ei sic recōciliauerit xp̄s: vt inciperet amare quos oderat: sicut recōciliat inimicus inimico: vt deinde sint amici q̄ ante se oderāt: sed iā nos diligēti deo recōciliati sumus: nō em̄ ex quo ei recōciliati sumus p sanguinē filij nos cepit diligere: sed ante mūdū priusq; nos aliqd essemus. Quō ergo nos diligēti deo sumus recōciliati. Propter peccatū cū eo habebamus inimicitias: qui habebat erga nos charitatē etiā cum inimicitias exercebamus aduersus eū operādo iniquitatē. Ita ergo inimici eramus deo sicut iustitie sunt inimica peccata: ⁊ ideo dimissis peccatis tales inimicitie finiuntur ⁊ reconciliamur iusto quos ipse iustificat. Christus ergo dr̄ mediator eo q medius inter deū ⁊ homines ipsos reconciliat deo. Recōciliat aūt dū offendicula hominū tollit ab oculis dei. i. dū pctā delet quib⁹ deus offendebat ⁊ nos inimici eius eramus. Sed cū peccata deleat nō solus filius: sed ⁊ pater ⁊ spūssanctus quorū dilectio est nostra ad deū recōciliatio quare solus filius dr̄ mediator. Nā de p̄re legitur q recōciliauerit sibi mūdū. Ait em̄ Apl's: Deus em̄ erat in xp̄o mūdū sibi recōciliās. Cū ergo recōciliet/ quare nō dicit mediator. Quia nec medi⁹ est inter deū ⁊ homines/ nec in se habuit illa sacramēta quorū fide ⁊ imitatione iustificamur. i. recōciliamur deo. Recōciliauit ḡ nos tota trinitas virtutis vsu scz dū pctā deleuit: sed fili⁹ sol⁹ impletiōe obediētie in q̄ patrata sunt ſm humanā naturā ea per que credentes ⁊ imitātes iustificantur.

j. Timo. ij. Job. xxj. Rom. v. Aug. sup Joannem. Questio. ij. Cor. vj. Responsio

¶ Scdm quam naturam sit mediator. G

Unde ⁊ mediator dicitur ſm humanitatē: ⁊ non ſm diuinitatē. Nō em̄ est mediator inter deū ⁊ deū/ qr tm̄ vnus est deus: / sed inter

Aug. in sermone cdā

Aug. i lib. cōfessionū.

deū ꝛ hominē quasi inter duo extrema / qꝛ melius esse nō potest nisi inter aliqua. mediatoꝛ est ergo inquātū homo. Nā inquātū deus nō mediatoꝛ sed equalis patri est. hoc idē qđ pater / cū patre vnus deus. Mediat ergo inter homines ꝛ deū trinitatem. ſm hominis naturā in qua suscepit illa per que recōciliamur deo trinitati ꝛ ſm eandē habet aliquid simile deo / ꝛ aliquid simile hominibꝰ / qđ mediatori cōgruebat: ne ꝑ omnia similis hominibus longe esset a deo aut per omnia deo similis longe esset ab hominibus / ꝛ ita mediatoꝛ nō esset. Verus ergo mediatoꝛ Christus inter mortales peccatores ꝛ immortalē iustū apparuit mortalis cū hominibꝰ / iustus cū deo ꝑ infirmitatē ꝓpinquās nobis per iustitiā cū deo. Recte ergo mediatoꝛ dictus est / qꝛ inter deū immortalē ꝛ hominē mortalē est deus ꝛ hō / recōcilians hominē deo. Intātū mediatoꝛ inquantū est hō. Inquantū autem verbū nō est medius: qꝛ vnus cū patre deus. Si ergo Christus ſm vos heretici vnā tantū habet naturā vnde medius erit / ꝛ nisi ita sit medius vt deus sit ꝓpter diuinitatis naturā / ꝛ homo propter humanitatis naturam quomodo humana in eo reconciliātur diuinis? Nam ipse veniens prius in se humana sociauit diuinis per vtriusq; nature coniūctionē in vna ꝑsona. Deinde oēs fideles per mortē recōciliauit deo dū sanati sunt ab impietate quicunq; humilitatē Christi credendo dilexerunt ꝛ diligēdo imitati sunt. Ecce hic aliquatenus insinuatur: quare Christus solus mediatoꝛ dei dicitur ꝛ hominum: ꝛ ſm quā naturā mediet scꝫ humanā ꝛ cui mediet scꝫ deo trinitati. Trinitati eīm nos recōciliauit ꝑ mortē ꝑ quam etiā nos redemit a seruitute dyaboli. Nā vt Petrus ait: Non corruptibilibus auro ꝛ argento redempti sumus: sed precioso sanguine agni immaculati.

Vigilātiꝰ contra Enticen.

Sūmam intelligentie ꝑmisse ꝑstringit.

j. Pet. j.

¶ Qđ alio mō potuit deus liberare hominē ꝛ q̄re potiꝰ isto. A

Dist. xx. De redemptione nr̄a facā ꝑ passionē xp̄i q̄ꝫ tū ad ꝯgruentiā ꝛ necessitatem.

Si vero queritur vtrū alio modo posset deus hominē liberare q̄ꝫ per mortē Christi. Dicimus ꝛ aliū modū fuisse possibilē deo cuius potestati cuncta subiacent: sed nostre miserie sanande cōuenientiorem modū aliū nō fuisse: nec esse oportuisse. Quid eīm mētes nostras tātum erigit ꝛ ab immortalitatis desperatione liberat q̄ꝫ ꝙ tanti nos fecit deus vt dei filius immutabiliter bonus in se manēs qđ erat ꝛ a nobis accipiens quod nō erat dignatusꝰ nostrum inire consortiū mala nostra moriendo perferret. Est ꝛ alia ratio quare isto potius modo q̄ꝫ alio liberare voluit: qꝛ sic ꝛ iusticia superatur dyabolus: nō potētia. Et quō id factū sit explicabo vt potero. Quadā iusticia dei i potestate dyaboli traditū est genus humanū peccato primi hominis in oēs originaliter trāseūte: ꝛ illius debito omnes obligāte. Unde oēs homines ab origine sunt sub principe dyabolo. Unde Apostolus: Eramus natura filij ire: natura scꝫ vt est deprauata a peccato: nō vt est recta creata ab initio. Modus autē ille quo traditꝰ est hō in dyaboli potestatē: nō ita debet intelligi tanq̄ꝫ deus hoc fecerit aut fieri iusserit: sed ꝙ tantū permiserit iuste tñ. Illo eīm deserente peccātem: peccati autoꝛ illico inuasit: nec tñ deus cōtinuit in ira sua miseratiōes suas: nec hominē a lege sue potestatis amisit cū in dyaboli potestate esse ꝑmisit: qꝛ nec dyabolus a potestate dei est alienus sicut nec a bonitate. Nā qualicunq; vita dyabolꝰ vel hō non subsisteret nisi per eū qui viuificat omnia. Nō ergo deus hominē deseruit. vt nō se illi exhiberet ꝛ deū: sed inter mala penalia etiā malis multa ꝯstituit bona ꝛ tādem hominē quē cōmissio peccatorū dyabolo subdidit remissio peccatorū per sanguinē Christi data a dyabolo eruit: vt sic iusticia vince=

Aug. lib. x. ꝺ trinitate Rn̄sio q̄re isto mō.

Eph. ij.

Quod diabolꝰ nō est alienꝰ a potestate dei.

retur dyabolus: nō potētia. Sed qua iusticia? Jesu Christi. Et quō victus
Heb.ij. est ea. Quin eo nihil dignū morte inueniēs: occidit eum tñ: ꝛ vtiq3 iniustē: vt debitores quos tenebat liberi dimittantur in eū credētes: quē sine vllo debito occidit. Ideo autē potentia vincere noluit: q2 dyabolus vicio peruersitatis siue amator est potētie ꝛ desertor: oppugnatorq3 iusticie: in quo homines magis eū imitantur qui neglecta vel etiā perosa iusticia: potentie magis student eiusq3 vel adeptione letātur/ vel cupiditate inflammātur. Ideoq3 placuit deo: vt nō potētia sed iusticia vincēs hominē erueret in quo homo eū imitari disceret. Post vero in resurrectione secuta est potentia: q2 reuixit mortuus: nunq3 postea moriturus. Sed nōne iure equissimo vinceret dyabolus: si potentia tātū Christus cū illo agere voluisset? vtiq3: sed postposuit xp̄s qd̄ potuit vt prius ageret qd̄ oportuit. Justicia ergo humilitatis hominē liberauit quem sola potētia equissime liberare potuit.

Qua iusticia sit vict⁹ dyabolus.

¶ De causa inter deum: ꝛ hominem: ꝛ dyabolum. B

Si enim tres illi in causam venirent. s. deus/ dyabolus/ ꝛ homo/ dyabolus ꝛ homo quid aduersus deū dicerent nō haberēt. Dyabolus em̄ de iniuria dei cōuinceretur: q2 seruū eius. s. hominē ꝛ fraudulenter abduxit: ꝛ violēter tenuit. Hō etiā iniurius deo cōuinceretur: q2 precepta eius cōtempsit: ꝛ se alieno dño mancipauit. De hominis etiā iniuria conuinceretur diabolus q2 ꝛ illū prius fallaci promissione decepit: ꝛ post mala inferendo lesit. Iniuste ergo dyabolus quātū ad se tenebat hominem: sed homo iuste tenebat: q2 dyabolus nunq3 meruit potestatē habere super hominē sed homo meruit per culpā pati dyaboli tyrānidē. Si ergo deus qui vtriq3 preerat potentia hominem liberare vellet: sola iussionis virtute hominē potuit rectissime liberare: sed ob causam ꝑmissam iusticia humilitatis vti voluit. Qui dum in carne mortali crucifixus est iustificati sumus. i. per remissionē peccatorū eruti de potestate dyaboli: ꝛ ita a Christo iustitia dyabolus victus est non potentia. Quomodo autem in eius sanguine nobis peccata sunt dimissa supra expositum est.

Aug. in li. de trinita.

¶ De traditione Christi que facta dicit̄ a patre ꝛ a filio a Juda ꝛ a Judeis. C

Psal. cix. Esa. liij. Rom. viij. Ephe. v. Mat. xxvi. Luc. xxiij.

Christus ergo est sacerdos idēq3 hostia: ꝛ preciū nostre redemptionis. qui se in ara crucis non dyabolo sed deo trinitati obtulit pro omnibus quantū ad preciū sufficiētiam: sed pro electis tantū quantū ad efficaciam quia predestinatio tantū salutem efficit. De quo ꝛ legit̄ q₂ sit traditus a patre: ꝛ q₂ seipsum tradidit: ꝛ q₂ Judas eū tradidit ꝛ Judei. Ipse se tradidit: quia sponte ad passionem accessit. Et pater eū tradidit: quia voluntate patris immo totius trinitatis passus est. Judas tradidit ꝓdendo ꝛ Judei instigādo: ꝛ fuit actus Jude ꝛ Judeorū malus: ꝛ actus Christi ꝛ patris bonus. Opus Christi ꝛ patris bonum quia bona patris ꝛ filij voluntas: malum fuit in opus Jude ꝛ Judeorū: q2 mala fuit intentio. Diuersa fuerūt ibi facta siue opera. id est diuersi actus ꝛ vna res siue factū: scilicet passio ipsa. Ideoq3 doctores aliquando vniunt in facto illo patrem filiū Judam: Judeum aliquādo disiungunt. Respicientes enim ad passionem vnū opus illorum dicunt. Attendentes intentiones ꝛ actus facta diuersa discernunt. Unde Aug. Facta est inqt traditio a patre facta est traditio a filio: facta est traditio a Juda vna res facta est. Quid ergo discernit inter eos? Quia hoc fecit filius ꝛ pater in charitate. Judas vero in proditione. Uidetis quia non quid faciat homo: sed qua voluntate

Aug. sup epistolā. j.

considerandum est. In eodẽ facto inuenimus deum quo Judam: deum benedicimus Judam detestamur: quia deus cogitauit salutem nostram: Judas cogitauit preciũ quo vẽdidit dominũ: filius precium quod dedit pro nobis. Diuersa ergo intentio diuersa facta facit/ cum tamen sit vna res ex diuersis. Ecce vnam rem dicit ibi fuisse et diuersa facta: quia vna ibi fuit passio: diuersi actus. Et actus quidem Jude ac Judeorum mali quibus operati sunt Christi passionem que bonum est ⁊ opus dei est.

¶ Q̃ Christi passio dicitur opus dei ⁊ Judeorũ ⁊ quõ. D

Passio ergo Christi ⁊ opus dicit̃ Judeorũ q̃r ex actibus eorũ ꝓuenit ⁊ opus dei: quia ⁊ eo autore: id est eo volẽte fuit. Unde Aug. Nemo aufert animam Christi ab eo qui potestatem habet ponendi ⁊ sumendi eam. Ecce habes autorem operis: Ponet animã. Ecce habes opus autoris. Et vt generaliter cõcludam: quotiens in carne Christus aliquid patitur opus autoris est: quia enim sua voluntate non alio cogẽte perpetitur. ipse autor est operis. Cum autem passio Christi opus dei sit: ⁊ ideo bonum eamq; operati sint Judas ⁊ Judei: queritur an concedendum sit eos operatos ibi esse bonum. Hic distinguendum est: Potest enim dici: q̃ operati sunt bonũ: quia ex actibus eorũ bonũ prouenit. i. passio Christi: ⁊ item quod operati non sunt bonum sed malum: quia actio eorum non fuit bona sed mala.

Aug. in expositiõe fidei catholice cõtra Felicianũ

Si Judei sunt op̃ati bonum.

¶ Si in xp̃o diuisio in morte fuit anime vel carnis a verbo. A

Dist.xxj. De morte

Post predicta considerandum est vtrum in morte Christi a verbo sit separata anima vel caro. Quidã putauerũt q̃ carnẽ: sicut ab anima ita a diuinitate in morte fuisse diuisam. Si enim inquiunt anima media diuinitas sibi carnem vniuit sicut superius pretaxatum est: ergo quando diuisa est caro ab anima: diuisa est etiam a diuinitate: quia non potuit ab anima seiungi per quam verbo erat vnita: quin a verbo divideretur. Fuit autem diuisa ab anima in morte: alioquin vera mors ibi non fuisset: q̃r vt ait Aug. Mors quam timent homines separatio est anime a carne. Mors autem quam non timẽt separatio est aïe a deo. Utraq; vero dyaboli suasu hoi propinata est. Si ẽ in Christo hoïe vera mors fuit: diuisa est ibi anima ac per hoc diuinitas a carne. Huic sue probabilitati addunt autoritatis testimoniũ. Amb. enĩ tractans de Christi derelictione qui in cruce voce magna clamans dixit: Deus deus meus vt quid me dereliquisti ait: Clamat homo separatione diuinitatis moriturus. Nã cũ diuinitas mortis libera sit: vtiq; mors ibi esse non poterat: nisi vita descenderet: quia vita diuinitas est. Hic videtur tradi q̃ diuinitas separata sit in morte ab homine que nisi discessisset homo ille mori non posset. Quod illi ad carnem referunt quam dicunt a deo separatam. Quibus respõdemus illam separationem sic esse accipiẽdam sicut intelligitur derelictio que illis verbis significatur: Ut quid me dereliquisti. Quo ergo Christus derelictus erat a patre cũ in cruce derelictum se clamabat. Non recesserat deus ab homine: ita q̃ esset soluta vnio dei et hominis. Alioquin fuit quoddam tempus quando Christus adhuc viuus homo erat ⁊ non deus. quia adhuc viuus se derelictum clamabat non derelinquendum. Si ergo illa derelictio vnionis intelligatur solutio ante facta fuit solutio dei et hominis quam Christus mortuus esset. Sed quis hoc dicat. Fateamur ergo deum quodã modo illum hominem in morte deseruisse: quia potestati persequentiũ eũ exposuit ad tempus

cõsecuta est passionem xp̃i.

Opinio q̃rundã asserentiũ carnẽ a deitate diuisaz.

Aug. sup psal. lxviij.

Auctẽ idu cũt Amb. in expositione psal.

Ma. xxvij. Joan. xiiij

Respõsio.

nō suā potentiā exercendo illū defendit vt non moreret. Separauit se diui-
nitas quia subtraxit protectionē sed non soluit vnionē. Separauit se foris
vt non adesset ad defensionē sed non intus defuit ad vnionē. Si non ibi co
hibuisset potentiā sed exercuisset non moreret. Christus. Mortuus est Chri
Leuit. xvi. stus diuinitate recedente. i. affectum potentie defendendo non exhibēte hic
est hyrcus apōpeius qui altero hyrco immolato in solitudinē mittebat vt
legitur in leuitico. Duo enim hyrci humanitas et diuinitas Christi intelli-
Esici⁹ super guntur. Humanitate ergo immolata diuinitas. Christi in solitudinē abijt
Leuiticum id est in celum. Unde Esicius. In solitudinē. i. in celum tempore passionis
diuinitas abijsse dicitur: non locum mutans sed quodāmodo virtutē cohi
bens vt possent impij consummare passionē. Abijt ergo. i. virtutē cohibuit
Esai. liij. et portauit iniquitates nostras: non vt haberet: sed vt consumeret: de⁹ em
ignis consumens est. Ex his satis ostenditur premissa verba Ambrosij sic
esse accipienda vt prediximus.
Deut. iiij. ¶ Alij ad idem inducunt auctoritatem. B

Alij quoqꝫ auctoritati innituntur qui asserunt diuinitatē
Athanasi⁹ in morte recessisse ab homine secundū carnem. Ait enim Athanasius. Ma-
ledictus qui totum hominem quem assumpsit dei filius denuo assumptū
vel liberatū: tertia die a mortuis resurrexisse nō cōfitet fiat fiat. Si inquiunt
Qualr de denuo assumptus est homo in resurrectione quē assumpserat in incarna-
hac aucto- tione: deposuit ergo eū in morte: separata ergo fuit diuinitas in morte ab
ritate argu humanitate. Quibus respondemus ꝙ si in his verbis assumptio talis in-
mētando p telligatur que fit secundū vnionē non carnem tantū sed totū hominē: id
cedunt. est aiaꝫ et carnē denuo sibi vniuit i resurrectiōe: qꝛ nō simplr hoieꝫ: sꝫ totū
Responsio hominē assumptū dicit. Totum ergo hominē in morte deposuit: id est ani-
mam et carnem. Sed quis nisi hostis veritatis dicat animā a verbo depo-
sitam. Et tamen nisi hoc fateant ꝙ totus homo sit assumptus non pro eis
facit illa auctoritas que totum dicit assumptū. Sciendū est ergo Athana
sium id dixisse contra illorū perfidiā qui resurrectionē Christi negabant
putantes in morte detineri eum qui solus inter mortuos liber est. Ideo il-
lum maledicit qui non cōfitet totū hominē denuo assumptū resurrexisse. i.
Christū animā denuo corpori coniunxisse et illis duobus denuo coniūctis
Determina in resurrectione vere secundū hominē vixisse sicut ante mortē. Nam in mor-
tio auctori te separata est anima a carne. Unde vere dicitur Christus mortuus: sꝫ neu
tatis. trum separatum est a verbo dei.
¶ Auctoritatibus astruit a verbo carnem in morte non esse diuisam. C

Johan. x. Sicut Augu. super Johannē docet: tractans illud dñi ver
bū. Ego pono animā meā vt iterū sumā eam. Nemo tollit eam a me sꝫ ego
pono eam. a meipso potestatē habeo ponendi eam et iterū sumendi eā: hic
animā dicit emissaꝫ A quo emissa est. A seipsa non est emissa qꝛ seipsaꝫ nō
posuit: nec verbū animā posuit nec carnē. Caro ergo animā posuit: sed po-
testate in se manentis deitatis. Potentia ergo deitatis anima diuisa est
a carne: sed neutrū a verbo dei. Unde Augu. Uerbū ex quo suscepit hoiem
id est carnē ⁊ animā nunqꝫ deposuit animā vt esset anima a verbo sepata:
sed caro posuit animā qn expirauit: qua redeūte resurrexit. Mors ergo ad
Aug. super tēpus carnē ⁊ animā separauit: sed neutrū a verbo dei. Caro ergo ponit ⁊ sumit
Joannem. alam: nō ptāte sua sed ptāte inhabitātis carnē deitatis. His euidenter tra
dit nec alam nec carnē a verbo dei in morte esse diuisam: vt aliquo mō soluta
fuerit vnio. Unde Aug. cōtra Felicianū. Absit vt Christ⁹ sic senserit mortē

vt ꝗtū in se est vita vitā ꝑdiderit: si em̄ hoc ita esset vite fons aruisset. Sēsit ergo mortē participatione humani defectus quē sponte susceperat non nature sue perdidit potētiā per quā cuncta viuificat. Sic in sepulchro xp̄s carnē suā cōmoriendo nō deseruit: sicut in vtero virginis connascendo formauit. Mortuus est ergo non discedēte vita: sicut passus est non pereunte potentia. Nemo tollit animā eius ab eo: quia potestatē habet ponendi et sumendi. Ecce et hic habes Christū non deseruisse carnē in morte: ⁊ vitā nō discessisse a mortuo: ⁊ ꝙ sponte tradidit spm̄ non alius extorsit. Un̄ Ambro. Emisit christus spm̄: et tn̄ quasi arbiter exuendi suspendendiqꝫ corporis emisit spm̄ non amisit: pendebat in cruce ⁊ oia cōmouebat. Sed vn̄ emisit. Ex carne. Quo emisit. Ad patrem. Johan. x. Am. i li. iij de spū̄scto.

¶ Qua ratione christus dicitur mortuus et passus. D

Recedente vero aīa: mortua est Christi caro. et qꝛ caro mortua est mortuus est christus. Sicut em̄ mortuus dicit̄ deus: qn̄ mortuus est homo: ita mortuus homo dicit̄ qn̄ mortua est caro. Sepatio aīe mors carnis fuit. Propter carnē ergo vnitā verbo que mortalis dicitur deus mortuꝰ: et propter carnē et animā que vtraqꝫ dolorē sensit dicitur deus passus cum diuinitas omnis doloris exors existeret. Unde Aug. Uerbū caro factū est vt per carnē panis celestis ad infantes transiret: et sm̄ hoc ipsum verbū crucifixū est: sed non est mutatū in hominē: homo in illo mutatus est: vt melior fieret ꝙ̄ erat. Per illud ergo quod hō erat mortuus est deus: et per illud qđ deus erat homo excitatus est et resurrexit. Quicquid passus est hō: nō pōt dici nō passus deus: qm̄ deus erat homo. Quō nō potes dicere te nō passū iniuriā si vestis tua cōscidat̄ ꝗ̄uis vestis tua non sit tuꝰ: Multomagis ergo quicquid patit̄ caro vnita ꝟbo: dꝫ dici deus pati: lꝫ verbū nec mori: nec corrumpi nec mutari potuerit. Sed quicquid horū passus est in carne passus est. De hoc etiā Amb. in li. iij. de spū sancto ait. Qđ verbi caro patiebatur. manens in carne verbū in se ꝑ corporis assumptione referebat: vt pati diceret: qꝛ caro patiebat̄ sicut scriptū est. Christo i carne passo. Hic docet̄ qua rōne deus vel dei filius passus vel mortuꝰ dicit̄: nō qꝛ mortē senserit inꝗ̄tū deus est: sed qꝛ caro ei vnita mortua est. Scđm quā rōnē dicit Aug. Si ꝗs dixerit atqꝫ crediderit filiū dei deū passum anathema sit. Cuiꝰ dicti cām et qua intelligentia sumēda sit aperiēs: in eodē subdit. Si ꝗs dixerit ꝙ i passione dolorē sentiebat filius dei deus et nō caro tm̄ cū aīa quā sibi accepat: anathema sit. Sane ergo dici pōt ꝙ mortuꝰ est deꝰ ⁊ nō mortuus: passus est dei filius et nō passus. Passa est tertia persona et nō passa: crucifixū est verbū et non crucifixū: sed sm̄ alterā naturā passus est: sm̄ alterā impassibilis. Un̄ Amb. Generalis ista est fides: qꝛ Christus est dei filius: et natus ex virgine: quē quasi gygantē ꝓpheta describit: eo ꝙ biformis gemineqꝫ nature vnus sit. cōsors diuinitatis ⁊ corpis. Idē ergo patiebat̄ et nō patiebat̄: moriebat̄ et nō moriebat̄: sepeliebat̄ et nō sepeliebat̄: resurgebat et nō resurgebat. Resurgebat bꝫ carnē q̄ mortua erat nō bꝫ ꝟbū qđ apđ deū sp manebat.

Augu. sup ps. cxxix.

Ambrosiꝰ.

i. Pet. iiij.

Aug. in sermōe đ fide

Nota ꝙ h̄ magr̄ nō tenetur vt habes retro i erroribus.

Amb. i lib. iij. de spū sancto.

¶ Si Christus in morte fuit homo. A

Hic queritur vtruꝫ in hoc triduo mortis. Christus fuerit homo: quod non videtur quibusdam: quia mortuus erat et homo mortuus non est homo. Addunt etiam ꝙ si tunc erat homo vel mortalis vel immortalis. sed mortalis non: quia mortuus nec immortalis quia tantum post resurrectionem. Quibus respondemus quia licet homo mortuus fuerit: erat tamen in morte deus homo nec

Di. xxij. De ꝯsequētibꝰ mortē christi.

Opi. quorūdam.

d

mortalis quidē nec immortalis et tamen vere erat homo. Ille enim hindi[illegible]
Ratio q cō arguitur in creaturis locū habent: sed fidei sacramentū: a philosophicis ar
firmatur gumentis est liberū. Unde Ambro. Aufer argumenta vbi fides queritur. In
hō z qualr ipsis gymnasiis suis iam dialectica taceat: piscatoribus creditur non dia
Ambro. in lecticis. Dicimus ergo in morte christi deum verum fuisse hominem: et ta
li. ij. de tri. men mortuum. Et hominē quidem nec mortalē nec immortalē: quia vnitus
erat anime et carni seiunctis. Alia enim ratione dicitur deus homo: vel ho
mo deus: q̄ Martinus vel Johannes. Homo cū dicit deus z econuerso pro
pter susceptionē hominis .i. anime carnis. Unde Aug. Talis erat susceptio
illa que deū hominē faceret: et hominē deū. Cum ergo illa susceptio p mor
Aug. i li. s. tem non defecerit: sed deus homini et homo deo sicut ante vnitus erat vere:
de trini. et tunc deus erat homo et econuerso: quia vnitus anime et carni z homo
mortuus erat: quia anima a carne diuisa erat. Propter separationē anime
a carne mortuus. sed propter vtriusq̄ semper secum vnionē homo. Non au
tem sic erat homo vt ex anima et carne simul iunctis subsisteret. Et qua rō
ne dicitur aliquis alius homo: et ipse forte ante mortē, hoc etiam mō erat
homo et post resurrectionē fuit. In morte vere homo erat tm̄ propter anime
et carnis secū vnionē, et mortuus propter inter illa duo diuisionem.

¶ Si Christus in morte erat homo alicubi et si vbicunq̄ sit homo sit. B

Hic queritur si christus in morte alicubi erat homo z si vbi cunq̄ est homo sit. Ad quod dicimus q: non vbicunq̄ erat homo erat: nec
modo vbicunq̄ est homo est: quia vbiq̄ sm̄ deitatē nec vbiq̄ est. homo quia
vbiq̄ homini vnitus sed vbicunq̄ est sm̄ hominē ibi homo est. Tempore au
Oppositio tem mortis et vbiq̄ erat sm̄ deū: et in sepulchro sm̄ hominē: et in inferno s3
hominē. sed in inferno sm̄ animā tm̄. et in sepulchro sm̄ carnē tm̄. In sepul
chro ergo erat homo: quia humanitati vnitus erat et si non toti: quia carni
tantū. et i iferno erat homo: quia humanitati vnitus, sed non toti: q: anime
tantum. Sed si in inferno anime tantum et in sepulchro carni tantū vnitus
Oppositio erat. ergo nec in inferno vnitus erat anime et carni, nec in sepulchro. Quo
modo ergo ibi vel hic homo esse dicit. Que est ratio dicti? Quia vna eadēq̄
vnione vnitus erat anime in inferno, et carni in sepulchro. Et sic erat illis
duobus tūc separatis vnitus. sicut ante separationē .i. ante mortē. Ad hoc
autem opponit. Si christus animā tantū vel carnē tantū assumpsisset non
fuisset verus homo sed propter vtriusq̄ assumptionē verus homo fuit. Sic
ergo vbi carnē et animā sibi vnitam non habebat verus homo ibi non erat.
Responsio Sed tpe mortis nusq̄ illa duo vere vnita habebat. q: nec in sepulchro nec
in inferno nec alibi: nusq̄ ergo erat homo. Ad quod dicimus quia christus
vtiq̄ verus homo non fuisset. si carnē et animam non assumpsisset. Sed tm̄
Nota q h quia ex quo assumpsit: neutrū deposuit: sed cum vtroq̄ eandē vnionē inde
magr̄ nō te sinenter tenuit: quā assumendo contraxit. Ideo nō incongrue vbicunq̄ ale
nec vt hes vel carni: vel vtriq̄ vnitus est: ibi homo esse dicitur: quia ibi humanat9 est:
retro i erro ergo et in sepulchro erat homo. et in inferno erat hō: q: vtrobiq̄ humanat9
rib9 vbi dr erat xp̄s z vnā eandēq̄ cū ala et carne l3 sepatis hēbat vnionē: z vno eodēq̄
q xp̄s i tri= tpe in sepulchro iacuit xp̄s z ad infernū descēdit: sed i sepulchro iacuit sm̄
duo mortu solā carnē: et in infernū descendit sm̄ solā animā. Unde Aug. Quis non est
us fuit hō. derelict9 in inferno? Xp̄s. sed in anima sola Quis iacuit in sepulchro? Xp̄s.
Augu. sup sed in carne sola, quia in singulis xp̄s est. Xp̄m in his oībus confitemur et
Johannem singulis. Ex his euidenter oñdit q carni iacēti in sepulchro vnit9 erat xp̄s:

sicut ale in inferno. Alioquin si carni mortue non esset vnitus: non in ea diceretur iacuisse in sepulchro. Anima ergo ad infernū descendit caro in sepulchro iacuit: sapientia cū vtroqȝ permansit: que in inferno positus vt ait Amb. Lumē vite fundebat eterne. Radiabat illic lux vera sapiētie: illuminabat infernū: sed in inferno non claudebat. Quis eñ locus est sapiētie de qua scriptū est? Nescit hō vias eius nec inuenta est inter hoīes. De qua abyssus dicit: non est in me: mare dicit non est mecū. ergo nec in tēpore: nec i loco sapiētia est cui nec mors tribuēda est. In ligno eñ caro: nō illa opatrix olim substātia diuina pēdebat. Confitemur tamen Christum pepēdisse in ligno et iacuisse in sepulchro sed in carne sola et fuisse in inferno: sed in anima sola. In.iij. li. ꝺ spū sancto. Job. xxviij

¶ Quod christus vbiqȝ totus est/ sed non totū vbiqȝ totus est hō vel deus sed non totum. C

Et vtiqȝ totus eodē tempore erat in inferno. in celo totus vbiqȝ totus. Persona eñ illa eterna non maior erat vbi carnē et animam simul vnitā sibi habebat ꝙ vbi alterū tm̄: nec maior erat vbi vtrūqȝ simul vel alterū tm̄ vnitū habebat ꝙ vbi erat neutrū habens vnitū. Totus ergo xp̄s et perfectus vbiqȝ erat. Vñ Aug. Non dimisit patrē xp̄s cū venit in virginē vbiqȝ totus: vbiqȝ pfectus. Uno ergo eodēqȝ tpe totus erat in inferno/ totus in celo. Erat apud inferos resurrectio mortuorū. Erat super celos vitā viuē tium vere mortuus/ vere viuus/ in quo et mortē susceptio mortalitatis excepit: et vitā diuinitas nō pdidit. Mortē ergo dei filius et in anima nō ptulit: et in maiestate nō sensit: sed tñ participatione infirmitatis rex glorie crucifixus est. Ex his apparet ꝙ christus eodē tēpore totus erat in sepulchro: totus in inferno: totus vbiqȝ. sicut et modo totus est vbicunqȝ est: sed nō totū. Nec in sepulchro: nec in inferno totum erat et si totus sicut Christus totus est deus totus homo: sed non totū: quia non solum est deus vel homo: sed et deus et homo. Totū enim ad naturā refert. totus aūt ad hypostasim: sicut aliud et aliquid ad naturā alius vero et aliquis ad personā referunt. Unde Johannes Dam. Totus Christus est deus perfectus, non aūt totus deus est. Non eñ solum deus est: sed et homo et totus hō pfectus. Non aūt totū hō: non solū eñ homo: sed et deus. Totū enim nature est representatiuū. Totus autem hypostaseos: sicut aliud quidē est nature alius aūt hypostaseos: sic et huiusmodi. Aug. ꝫ felicianū in expositiōe fidei. Joh. Dam.

¶ Si ea que dicunt de deo vel de filio dei possunt dici de homine illo vel de filio hominis. D

Solet etiam queri si congruēter dici possit filius hoīs vel ille homo descendisse de celo vel vbiqȝ esse: sicut dicitur filius dei vel deus de trinitate de celo venisse et vbiqȝ esse? Ad quod dicimus si ad vnitatem persone referatur dicti intelligentia: sane dici potest. Si vero ad distinctionem naturarum: nullatenus concedendum est. Unde Augustinus. Una persona est christus deus et homo. Ideo dicitur. Nemo ascendit in celum nisi qui de celo descendit etc. Si ergo attendas distinctionem substantiarum filius dei descendit: et filius hominis crucifixus est. Si vero vnitatem persone et filius hominis descendit: et filius dei est crucifixus. Propter hanc vnitatem persone non solum filium hominis descendisse de celo: sed etiam dixit esse in celo cū loqueret in terra. ppter hanc eandē dicit deus glorie crucifixus qui tñ ꝙ forma serui tm̄ crucifixus est. Non tñ ideo hoc ꝙ deus glorie est. et ideo ꝙ Aug. i li. ꝺ trinita. Joh. iij. i. Cor. ij.

Amos.ij.

glorificat suos: ꝛ tñ dr̃ deus glorie crucifixus. Recte quidem non ex virtute diuinitatis: sed ex infirmitate carnis. Quid ergo ꝓpter qđ. ꝛ quid ſm qđ dicat. prudens ꝛ diligens ꝛ pius lector intelligat. Hec de corrigia calciamenti dominici dicta sufficiant. Ne ossa regis idumee consumantur vsqꝫ in cinerem.

¶ Si xp̃s habuerit fidem ꝛ spem vt charitatem. A

Dist. xxiij. de ꝟtutib⁹ theologicis ꝛ p̃mo de fide ꝗ̃tũ ad ei⁹ ẽentiã. De trib⁹ ꝗ tractãdũ e ꝛ p̃mo d̃ fid.

Cum vero supra perhibitum sit christum plenum gratia fuisse nõ est superuacuũ inquirere vtrũ fidẽ ꝛ spem sicut charitatem habuerit. Si em̃ his caruit nõ vr̃ plenitudinẽ grãꝫ habuisse. Ut aũt hec questio valeat apti⁹ explicari: de his singulis aliqua in mediũ ꝓferenda sunt. Et primũ de fide ſm mensuram cuius precepit Apl̃s vnicuiqꝫ sapere.

¶ Quid sit fides. B

Rom. xij. Scđz aug. in Ench.

Fides est virtus qua creduntur que nõ videntur. Quod tñ nõ de oĩbus q̃ non videntur accipiendum est: sed de his tm̃ q̃ credere: vt ait Aug. ad religionẽ pertinẽt. Multa em̃ sunt que si xp̃ian⁹ ignoret nihil metuendum est: q2 non ideo a religione deuiat.

¶ Quot modis dicitur fides. C

Aug. in. iij li. de trini.

Accipitur autem fides tribus modis. s. pro eo quo credit ꝛ est virtus: ꝛ ꝓ eo quod credit ꝛ nõ est virt⁹ ꝛ ꝓ eo qđ credit qđ aliud est ab eo quo credit. Unde Aug. inquit. Aliud sunt ea que creduntur: aliud fides qua credit. Illa em̃ in reb⁹ sunt que vel esse vel fuisse vel futura esse credunt. Hec aũt in aĩo credentis est: ei tm̃ cõspicua cui⁹ est: ꝛ tñ noĩe fidei censetur vtrũqꝫ ꝛ illud. s. qđ credit: ꝛ id quo credit. Id quo credit dicit fides: sicut ibi. Hec est fides catholica quã nisi quisqꝫ firmiter fideliterqꝫ crediderit: saluus esse nõ poterit. Fides aũt qua creditur si cum charitate sit virtus est: q2 charitas vt ait Amb. Mater est oĩm virtutũ q̃ oẽs informat sine qua nulla vera virtus est. Fides ergo operans per dilectionẽ virtus est: qua non visa credunt. Hec est fundamentum quod mutari nõ potest: vt ait Apl̃s. q̃ posita in fundamento neminẽ perire sinit. Unde Aug. Fundamentum est xp̃s Iesus. i. xp̃i fides. s. que per dilectionẽ operatur: per quã xp̃us habitat in cordibus que neminẽ perire sinit. Alia vero non est fundamentum. Fides em̃ sine dilectione inanis est. Fides cũ dilectiõe xp̃iani est: alia demonis est. Nã ꝛ demones credũt ꝛ contremiscũt. Sed multũ interest vtrũ quis credat xp̃m: vel xp̃o vel in xp̃m. Nã ipsum esse xp̃m demones crediderunt: nec tñ in xp̃m crediderunt.

Ambr. sup ep̃lam ad Roma. j. Cor. i. Aug. de fid ad petrum. Gal. v. Ephesi. iij. ij. Cor. xv. Aug. de ꝟbis dñi.

¶ Quid sit credere in deum: vel deo vel deum. D

Aliud est enim credere in deum: aliud credere deo: aliud credere deum. Credere deo: est credere vera esse que loquitur: quod ꝛ mali faciunt: ꝛ nos credimus homini: sed non in hominẽ. Credere deũ est credere qꝫ ipse sit de⁹ qđ etiã mali faciunt. Credere in deum est credendo amare credendo in eum ire: credendo ei adherere: ꝛ eius membris incorporari. Per hanc fidem iustificatur impius: vt deinde ipsa fides incipiat per dilectionẽ operari. Ea em̃ sola bona opera dicenda sunt que fiunt per dilectionem dei. Ipsa enim dilectio opus fidei dicitur. Fides ergo quam demões ꝛ falsi christiani habent qualitas mentis est: sed informis: quia sine charitate est. Nam ꝛ malos fidem habere cum tamen charitate careant. Apostolus ostendit dicens. Si habuero omnem fidem charitatem autem non ha-

ij. Cor. xiij.

beant &c. Que fides etiam donum dei dici potest: quia & in malis quedam dei dona sunt.

¶ An illa informis qualitas mentis que in malo xpiano est. fiat virtus cum sit bonus. E

Si vero queritur vtrum illa informis qualitas qua malus xpianus vniuersa credit que bonus christianus accedente charitate remaneat & fiat virtus: an ipsa eliminetur & alia qualitas succedat que virtus sit. Utrumlibet sine periculo dici potest. Mihi tamen videtur quod illa qualitas que prius erat remaneat: & accessu charitatis virtus fiat.

¶ Ex quo sensu dicatur vna fides. F

Cum diuersis modis dicatur fides fatendum est tamen vnam esse fidem. vt ait Apostolus. Unus dominus: vna fides. Siue enim fides accipiatur pro eo quod creditur: siue pro eo quo creditur: recte dicitur fides vna. Eph. iiij.
Si enim pro eo quod creditur accipiatur vt hac intelligentia dicitur vna fides quia idem iubemur credere: & vnum idemque est quod creditur a cunctis fidelibus. Unde fides catholica dicitur. idest vniuersalis. Si vero accipiatur fides pro eo quo creditur ea ratione vna dicitur esse fides non quia sit vna numero in omnibus: sed genere. idest similitudine. vnde Augustinus in li. xiij. de trinitate. Fidem quam qui habent fideles vocantur: & qui non habent infideles: communis est omnibus fidelibus: sicut pluribus hominibus Augu.
facies communis esse dicitur: cum tamen singuli suas habeant. Non enim fides numero est vna: sed genere. que cum sit in vno est & in alijs: non ipsa sed similis: & propter similitudinem magis vnam dicimus esse quam multas. Sicut idem volentium dicitur vna voluntas: cum tamen cuique sit sua voluntas & duorum similimorum dicitur facies vna.

¶ Quod fides est de his que non videntur proprie que tamen videntur ab eo in quo est. G

Notandum quoque est quod fides proprie de non apparentibus tantum est. Unde Greg. Apparentia non habent fidem sed agnitionem. Ideo cum Paulus dicat. Fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium: hoc veraciter dicitur credi quod non valet videri. Nam credi iam non potest quod videri potest. Thomas aliud vidit: & aliud credidit: hominem vidit: & deum confessus est dicens. Dominus meus & deus meus. De hoc etiam Aug. ait. Fidem ipsam videt quisque in corde suo esse si credit vel non esse si non credit. Non sicut corpora que videmus oculis corporeis & per ipsorum imagines quas memoria tenemus etiam absentia cogitamus: nec sicut ea que non videmus & ex his que vidimus cogitatione vtcunque formamus: & memorie commendamus. Nec sicut hominem cuius animam: & si non videmus ex nostra conijcimus & ex motibus corporis hominem sicut videndo didicimus intuemur etiam cogitando: non sic videtur fides in corde in quo est ab eo cuius est: sed eam tenet certissima scientia. Cum ergo ideo credere iubeamur: quia id quod credere iubemur videre non possumus: ipsam tamen fidem quando est in nobis videmus in nobis: quia & rerum absentium presens est fides: & rerum que foris sunt intus est fides: & rerum que non videntur videtur fides: & ipsa temporaliter fit in cordibus hominum: & si ex fidelibus infideles fiant perit ab eis. His verbis euidenter traditur fidem ipsam in corde hominis ab ipso homine videri non corporaliter non imaginarie sed intellectualiter: & ipsam tamen absentium & eorum que non vi-

Gre. i omel sup Ezech.
Heb. x.
Joann. xx.
Aug. in li. xiij. de tri.

Augu. sup Joannem. dentur esse. Ut enim Aug. alibi ait. Credimus vt cognoscamus, non cognoscimus vt credamus. Quid enim est fides nisi credere quod nō vides. Fides ergo est quod nō vides credere, veritas quod credidisti videre. Unde recta fides dicitur argumentum vel conuictio rerum non apparentium qꝛ fides est ex eo conuincitur ꝛ probatur aliqua esse non apparentia cū fides nō sit nisi de non apparentibus.

¶ Descriptio fidei. h

Hebꝛ. xi. Ait enim apostolus. fides est substantia rerum sperandarum argumentum vel conuictio non apparentium: quia per fidem subsistunt in nobis etiam modo speranda: ꝛ subsistent in futuro per experientiā ꝛ ipsa est probatio ꝛ conuictio non apparentium: quia si quis de his dubitet per fidem probātur, vt adhuc probatur futura resurrectio: quia ita crediderunt patriarche ꝛ alij sancti. Uel probatio est ꝛ certitudo ꝙ sint aliqua non apparentia vtsupra dictum est. Proprie tamen fides dicitur substantia rerū sperandarum, qꝛ sperandis substat: ꝛ qꝛ fundamentuȝ est bonorum quod nemo mutare potest.

¶ Si illa descriptio spei conueniat. i

Si vero queritur an hec descriptio spei conueniat: sane cōcedi potest vtrumlibet. Si autem dicatur conuenire sunt ꝛ alia plura quibus differunt fides ꝛ spes: sed non improbe dici potest soli fidei conuenire non spei: qꝛ fides sola fundamentū dicitur. Non qꝛ fides virtus possit esse sine spe ꝛ charitate. Unde Aug. Fides operans per dilectionem vtiqꝫ sine spe esse non potest: nec amor sine spe, nec sine amore spes: nec vtrunqꝫ sine fide, ꝛ fides sine amore nihil prodest: potest tamen credi aliquid quod non speratur: nihil autem potest sperari quod non creditur: ideoqꝫ credere qđ est actus fidei naturaliter precedit sperare quod est actus spei: qꝛ nisi aliquid credatur non pōt sperari. Creditur enim aliquid quod non sperat̄. Inde est ꝙ in scriptura plerunqꝫ reperitur ꝙ fides precedit spem, ꝛ spes sequitur fidem: non qđ virtus fidei precedat virtutem spei tempore vel causa: sȝ qꝛ actus fidei naturaliter precedit actum spei, qđ etiam quidam cōcedūt de ipsa virtute fidei vt naturaliter precedat spem non tempore. Unde ꝛ recte ea sola dicitur fundamentum omnium virtutum ꝛ bonorum operū nō aūt fundamentū est charitatis, qꝛ non ipsa charitatis sed charitas ipsi⁹ virtutis fidei causa est. Charitas enim causa est ꝛ mater omnium virtutum que si desit frustra habentur cetera. si autem assit habentur omnia. Charitas enim spūssanctus est vt in superioribus pretaxatū est. Ipsa est ergo causa omnium virtutum, non ipsius aliqua virtutum causa est: quia oīa munera excellit. Unde Aug. Respice ad munera ecclesie, ꝛ vniuersis excellēt⁹ charitatis munus cognosces: que vt oleum non potest premi in imo sed superexcellit. Non ergo eius causa vel fundamentum fides est. Grego. tamē super Ezech. dicit quia nisi prius fides teneatur nullatenus ad spiritualē amorē attingitur. Nō ei charitas fidē: sed fides charitatē p̄cedit qꝛ nemo pōt amare qđ nō crediderit sicut nec sperare. Sȝ hoc accipi pōt dictū de fideq̄ vt⁹ nō est: Ipsa ei spem ꝛ charitatē frequēter p̄cedit vel de actu fidei q̄ forte naturaliter actum charitatis precedit: sicut actum spei: quod verba premissa diligenter notata innuūt: ꝛ ea etiam que addit dicens. Nisi ea inquit que audis credideris ad amandum ea que audis non inflammaberis: que tn̄ de non visis est, vt ante diximus: vnde Chrysostomus. Fides in anima nostra facit subsistere ea que non videntur de quibus proprie fides

Margin notes: Aug. lench. — Quare dr sola fides fundamētū — Augu. sup ps. viij. — Gregorius — Chrisosto.

est: de visis enim non est fides: sed agnitio.

¶ Quomodo intelligitur quod scriptum est, cum factum fuerit credatis. A

Hic queritur si fides tantum de non visis est: quomodo veritas apostolis ait. Nunc dico vobis priusquam fiat ut cum factum fuerit credatis. ubi innui videtur quod fides illis fuerit de factis et visis. Super quo Augustinus movet questionem et absolvit ita inquiens. Quid sibi vult: ut cum factum fuerit credatis. hec est laus fidei: si quod creditur non videtur. Nam et Thomas cui dictum est quia vidisti me credidisti: non hoc credidit quod vidit. Cernebat enim, et tangebat carnem viventem quam viderat morientem: et credebat deum in carne ipsa latentem. Credebat enim mente quod non videbat: per hoc quod sensibus corporis apparebat. Si vero dicuntur credi que videntur sicut dicit: unusquisque oculis suis credidisse: non ipsa est que in nobis edificatur fides: sed ex rebus que videntur agitur in nobis ut ea credantur que non videntur. Ex his aperte intelligitur: quod proprie fides non apparentium est. Nec illa est fides qua in Christo edificamur: qua dicimus usitata locutione nos ea credere que videmus. Alibi tamen dicit Aug. fidem esse de rebus presentibus quod erit in futuro: cum per speciem deum presentem contemplabimur: que tamen non proprie dicitur fides: sed veritas. Est inquit fides qua creduntur ea que non videntur. Sed tamen est etiam fides rerum: quando non verbis: sed rebus ipsis presentibus creditur: quod erit cum per speciem manifestam se contemplandam sanctis prebebit dei sapientia. Sed non proprie hec dicitur fides: immo fidei merces ad quam credendo pervenitur: ut ex fide verborum transeat iustus in fidem rerum.

Dist. xxiiii. De fide eorum ad eius obiectum sive materiam. Joan. xiiii. Augu. super Joannem. Joann. xx. Quod etiam de rebus presentibus fides sed improprie Aug. in li. q. no. et ve. test. Aug. in li. quonsi euangelij.

¶ Si petrus habuit fidem passionis quando vidit hominem Christum pati. B

Si vero queritur utrum petrus fidem passionis habuerit cum hominem Christum oculis pati cernebat. Dicimus eum fidem passionis habuisse: non in eo quod credebat hominem pati: quia hoc videbat: sed in eo quod credebat deum esse qui patiebatur: Non enim virtus fidei erat quod credebatur homo pati et mori quod iudeus cernens credebat: sed quod credebatur deus esse qui patiebatur. Unde Augustinus super illum locum psal. Respondit ei in via virtutis sue. Laus fidei est non quia credit hominem illum mortuum: quod et paganus credit: sed quia credit eum glorificatum, et verum deum. Credit ergo fides deum mortuum: et hominem glorificatum. Non ergo fuit Petro fides credere hominem illum mori quod oculis cernebat: sed credere deum esse qui moriebatur. Nec nobis etiam fides in hoc meretur quod credimus hominem illum mortuum quod et iudeus credit: sed quia credimus hominem deum mortuum esse.

Augu. super ps.

¶ Si aliqua sciantur que creduntur. C

Post hoc queri solet cum fides sit de non apparentibus et non visis: utrum etiam sit de incognitis tantum? Si enim de incognitis tantum est, de his videtur esse tantum que ignorantur. Sed sciendum est quod cum visio alia est interior: alia exterior: non est fides de subiectis exteriori visioni: est tamen de his que visu interiori utcunque capiuntur. Et quedam sic capiuntur ut intelligantur et si non ut in futuro: quedam autem non: quia cum fides sit ex auditu non modo exteriori sed interiori: non potest esse de eo quod om-

Quod fides nullo capitur sensu

An.l.xiiij. de trini. nino ignoratur q̃ ipſa ad ſenſum corporis nõ pertinet: vt ait Augu. dicẽs. Quã uis ex auditu fides in nobis ſit: nõ tñ ad eũ ſenſum corporis pertinet qui dr̃ auditus: q2 non eſt ſonus: nec ad vllum ſenſum corporis qm̃ cordis eſt res iſta: nõ corporis. Quedã ergo fide creduntur q̃ intelligunt̃ naturali
Eſa.vij. ratiõe. Quedã vero q̃ non intelligũtur. Vñ propheta. Niſi credideritis nõ
Augu.ſup octauanũ. intelligetis. Qḋ Auguſtin⁹ aperte diſtinguit. Alia ſunt inquit q̃ niſi itelligamus non credimus: alia q̃ niſi credamus non intelligemus. Nemo tñ
x. pot credere in deũ niſi aliquid intelligat cum fides ſit ex auditu p̄dicatio
Roñ.x. nis. Idẽ in libro de trini. Certa fides vtcũꝗ inchoat cognitionẽ. Cognitio
Ambro. in viij. de tri. vero certa nõ perficit̃ niſi poſt hanc vitã. Ambroſi⁹ quoꝗ ait. vbi fides: nõ ſtatim cognitio/ vbi cognitio eſt fides p̄cedit. Ex his apparet aliqua credi que non intelliguntur vel ſciũtur niſi prius credantur. Quedã vero intelligi al: quãdo etiã anteꝗ̃ credantur. Nec tñ ſic intelliguntur modo vt in futuro ſciantur: ⁊ nunc etiã p fidẽ qua mundantur corda amplius intelligũ:
An.l.viij. de trini. tur: q2 niſi per fidẽ diligatur deus nõ mũdatur cor ad ſciẽdum eũ. Vñ Auguſti. Quid eſt deum ſcire niſi eũ mẽte cõſpicere: firmeꝗ̃ percipere. Sed et priuſꝗ̃ valeamus pſpicere/ ⁊ peipere deũ ſicut percipit̃ a mundis cordib⁹ niſi per fidẽ diligatur: nõ poterit cor mundari quo.i. vt ad eũ videndũ ſit aptũ. Ecce hic apte habes q2 nõ poteſt ſciri deus niſi prius credẽdo diligatur. Supra aũt dictũ eſt: ꝙ nemo poteſt credere in deũ niſi aliquid intelligatur. Unde colligitur non poſſe ſciri ⁊ intelligi credẽda q̄dam niſi prius credãtur: ⁊ q̄dã nõ credi niſi prius intelligã tur: ⁊ ipſa per fidem amplius intelligi. Nec ea que prius credũtur ꝙ̃ intelligantur penitus ignorant̃ cũ fides ſit ex auditu. Ignorant̃ tñ ex parte: q2 nõ ſciuntur. Creditur ergo qḋ
Qḋ credũt̃ ⁊ amant̃ q̄ ignorãtur. Auguſti. ignoratur. ſed non penitus ſicut etiã amatur qḋ ignorat̃. Unde Augu. Sciri aliq̇d et non diligi poteſt. Diligi vero qḋ ne ſcitur quero vtrũ poſſit? Si non poteſt nemo diligit deũ anteꝗ̃ ſciat. Ubi aũt ſunt illa tria: fides: ſpes: charitas: niſi in animo credẽte qḋ nondũ ſcit et ſperante et amante qḋ credit. Amatur ergo ⁊ qḋ ignoratur: ſed tamen creditur.

¶De fide antiquorum. A

Diſt.xxv. De ſufficiẽtia fidei. Predictis adiiciendũ eſt de ſufficientia fidei ad ſalutem. Illis enim qui preceſſerunt aduentum chriſti ⁊ q̇ ſequuntur videtur profeciſſe fides ſm tẽporis ꝓceſſum: ſicut ꝓfecit cognitio. Fides quippe magna dicitur cognitiõe ⁊ articulorũ quã
heb.xi. titate vel conſtantia et deuotione. Eſt aũt quedam fidei menſura ſine qua
Qḋ ſine fide mediatoris nũꝗ̃ fuerit ſal⁹. Auguſti. nunꝗ̃ potuit eſſe ſalus. Unde Apoſtolus. Oportet accedentem credere: q2 deus eſt: et ꝙ remunerator eſt ſperantium in ſe. Sed queritur vtrũ hoc credere ante aduentum et ante legem ad ſalutem ſuffecerit? Nam tẽpore gratie conſtat certiſſime hoc non ſufficere. oportet enim vniuerſa credi que in ſymbolis continentur. Sed nec ante aduentum: nec ante legem videtur hoc ſuffeciſſe: quia ſine fide mediatoris nullum hominẽ vel ante vel poſt fuiſſe ſaluum ſanctorum auctoritates conteſtantur. Unde Aug. ad optatũ. Illa fides ſana eſt qua credimus nullum hominem ſiue maioris ſiue minoris etatis liberari a contagione mortis ⁊ obligatione peccati quod prima natiuitate contraxit niſi per vnũ mediatorẽ dei et hominũ Jeſum chriſtũ cuius hois eiuſdemꝗ̃ dei ſaluberrima fide etiã illi iuſti ſalui facti ſunt qui
Aug. I li.ḋ ꝑdeſtiõe et gratia. priuſꝗ̃ veniret in carnem: crediderunt in carnẽ venturum. Eadem enim fides eſt ⁊ illorum et noſtra. Proinde cum oẽs iuſti ſiue ante incarnationem ſiue poſt nec vixerint nec viuant: niſi ex fide incarnatiõis xp̃i. Profecto qḋ

scriptũ est nõ esse aliud nomen sub celo in quo oporteat saluari nos ex illo tp̄e valet ad saluandũ genus humanũ ex quo in Adã viciatũ est. Idē. Nemo liberatur a dãnatiõe q̄ per Adam facta est nisi per fidē Jesu xp̄i. Idē. Eadē fides mediatoris q̄ nos saluat saluos iustos faciebat antiquos pusillos cũ magnis: qr sicut credimus xp̄m in carne venisse: ita illi venturũ: & sicut nos mortuũ: ita illi moriturũ: & sicut nos resurrexisse: ita illi resurrecturũ: et nos et illi ad iudiciũ viuorũ et mortuorꝝ venturũ. Grego. sup Ezechie. & qui preibãt & q̄ sequebãtur damabãt dicētes. Osanna filio Dauid: qr oēs electi q̄ in iudea esse potuerũt: siue q̄ nũc in ecclesia sunt: in mediatorē dei & hoīm crediderũt & credũt. His alijsq̧ plurib⁹ testimonijs perspicue docet: nulli vnq̄ salutē esse factam nisi per fidem mediatoris. Oportet ergo accedentē credere q̄ supra dixit aplus. sed non sufficit. — Actu.iiij. — Au.l.li.de nuptijs et gratia. — Grego.sup Ezechiele. — Mat.xxi.

¶ De fide simplicium. B

Quid ergo dicetur de illis simplicibus quib⁹ non erat reuelatum mysterium incarnationis qui pie credebãt qd̄ eis traditum fuit. Dici põt nullũ fuisse iustũ vel saluũ cui non esset facta reuelatio vel distincta vel velata vel in apto: vel in mysterio. Distincta vt Abrahe et Moysi: alijsq̧ maiorib⁹ q̄ distinctionē articulorꝝ fidei habebãt. Uelata/ vt simplicibus qb⁹ reuelatũ erat ea esse credēda: q̄ credebãt illi maiores & docebãt: sz eorũ distinctionē apertã nõ habebãt: sicut in ecclesia aliq̄ minus capaces sunt q̄ articulos symboli distinguere & assignare nõ valent: oia tñ credunt q̄ in symbolo cõtinent. Credũt eñ q̄ ignoãt habētes fidem velatam in mysterio: ita et tunc minus capaces ex reuelatione sibi facta maioribus credēdo inherebant. quib⁹ fidem suam quasi committebãt. Un̄ Job. Boues arabãt & asine pascebant iuxta eos. Simplices & minores sunt asine pascētes iuxta boues: qr humilitate maiorib⁹ adherēdo in mysterio credebãt q̄ & illi in mysterio docebant qualis forte fuit vidua sareptana. — Job.i.

¶ Que ante aduentum christi de mediatore credere sufficiebant. C

Sed queritur cũ sine fide mediatoris antiquis non fuerit salus sicut nec modernis: vtrum oportuerit illos credere omnia illa de mediatore q̄ nũc credimus? Quibusdã videtur q̧ suffecerit illis quatuor tñ credere. scz natiuitatē/ mortē/ resurrectionē/ aduentũ ad iudiciũ q̧ ex p̄missis v̄bis Augu. colligũt vbi ista q̄tuor posuit. Alijs aũt videt habita fide trinitatis id de mysterio incarnatiõis fidei suffecisse: vt dei fili⁹ crederetur nasciturꝰ de hoīe & iudicaturus: q̄ de Johanne baptista documentũ huius rei assumũt: q̄ de morte xp̄i & descēsu ad inferos in euangelio dubitasse videt: s̄m expositionē Grego. qñ interrogauit per discipulos. Tu es q̄ venturus es an aliũ expectam⁹? Quasi diceret/ es tu per teipsum descensurus ad infernum: an aliũ ad hec sacramēta missurus es? Quidã tamē dicũt eũ nõ dubitasse de ignorãtia: sed de pietate. i. dubitare se ostendisse non qr ignorauerit sed pietatis affectu compassum esse christo et eius humilitatē ammirando in sinuasse. — Mat.xi. — Luce.vij.

¶ De fide cornelij. D

Solet etiã queri de Cornelio: vtrum fidem incarnationis habuerit cum dictum est ei per angelum/ accepte sunt elemosyne tue: et exaudite sunt orationes tue. Si enim fidem incarnationis non habebat tunc ergo sine fide incarnatiõis erat ei iustitia quia de illo scriptũ est q̧ iustus

Actuū. iij. erat et timēs deū. Si vero fidē incarnationis habebat: q̄d ergo missus est ad eū petr⁹? Sane dici potest eū sicut fidē vnitatis: ita ꝛ incarnationis habuisse dei reuelatiōe: sed incarnatū iā esse dei filiū ignorasse: ꝛ ideo missus est ad eū. Petrus vt iam natū dei filiū ei annunciaret: ꝛ sacramētū regeneratiōis ei conferret. Habebat ergo fidē incarnatiōis: sȝ an facta vel futura esset: nō nouerat: ꝛ ita p fidē venit ad opera et p opera amplius solidatus est in fide. Per fidē eīn vt ait Grego. venit̄ ad opera. Cornelius etiā p fidē venit ad opa. Deū enim vnū credebat: sed filiū eius nesciebat incarnatuȝ. Per fidē placuerūt deo opera ei⁹. Sine fide eīn impossibile est aliquē placere deo. Aug. vero dicit Cornelio dictū esse p angelū. Accepte sunt elemosyne tue ꝛ oratiōes tue anteꝙ̄ in xp̄m crederet: nec t̄n sine aliqua fide donabat ꝛ orabat. Nā quō inuocabat in quē nō credebat. Sȝ si posset sine fide xp̄i esse salus: non ad eum mitteretur architectus ecclesie. Petr⁹ Attēde q̄d ait sine fide xp̄i non posse esse salutem: et t̄n cornelium ex auditū anteꝙ̄ crederet in Christū. Quod ita potest intelligi scilicet anteꝙ̄ sciret Christū incarnatum in quem credebat in mysterio.

Hebr. xj. Augusti.

¶ De equalitate fidei: spei: charitatis et operis que secundū aliquid sunt equalia. E

Gre. super Ezechie. ij. Illud etiam non est pretermittendum ꝙ fides: spes: charitas: ꝛ operatio s̄m aliquid equalia sunt in presenti. Unde Grego. Fidem: spem: charitatē atq̧ operationē dum in hac vita viuim⁹ equales sibi esse apud nos inuenim⁹: q: q̄tum credimus tantū amamus ꝛ q̄tū amamus: tantum de spe presumimus. Quisq̧ enim fidelis t̄m credit q̄tum sperat et amat: et tantū operatur q̄tū credit et amat et sperat. Sed t̄n maior spe et fide charitas dr: quia cum ad dei speciem peruenitur spes ꝛ fides transit: sed charitas permanet. Et quia charitas mater est omnium virtutum que nō ideo post fidē ꝛ spem ponit̄ ꝙ ex eis oriatur: sed quia post illā remanebit aucta. Charitas enim nunꝙ̄ excidit. Premissa autē equalitas propter s̄m interiorum actuum intentionē consideranda est. Huic vero ꝙ hic et superius dictū est scilicet ꝙ charitas non est ex fide et spe: sed econuerso. videtur obuiare quod ait Apostol⁹. Finis precepti est charitas de corde puro et conscientia bona: ꝛ fide non ficta. Qđ exponens Aug. Cor accipit pro intellectu ꝛ cōscientiā pro spe. Qualis inquit charitas est finis p̄cepti procedens de corde puro. i. de puro intellectu: vt nihil nisi de⁹ diligat̄: et cōsciētia id est de spe bona: et fide non ficta id est simulata. Non ergo charitas fidem et spem sed fides et spes charitatem precedere videntur. Hoc ergo ea ratione traditum intellige non ꝙ fides et spes causa vel tempore charitatem omnium bonorum matrē precedant sed quia charitas sine illis in aliquo esse non potest: sed illa sine charitate possunt esse q̄uis non sit pria fides vel spes sine charitate. Ideo ergo ex fide et spe procedere dicitur charitas: quia nulli prouenit sine istis.

j. Cor. xiij

j. Tim. j.

Augusti.

¶ De spe quid sit. A

Dist. xxvj. De spe. Est autē spes virtus qua spiritualia et eterna bona sperantur id est cum fiducia expectant̄. Est eīn spes certa expectatio future beatitudinis veniens ex dei gratia et meritis precedētibus vel ipsam spem quam natura preit charitas vel rem speratam id est beatitudinem eternaȝ. Sine meritis enim aliquid sperare nō spes sed presumptio dici potest.

¶ De quibus sit spes. B

Et sicut fides ita et spes est de inuisibilibus. Unde Aug. Fidē appellamus earum rerum que nō videntur. De spe quoqȝ dr̄ Spes q̄ videt non est spes. Qđ em̄ videt qs quid sperat qđ attinet ad non videre: vel que creduntur: vel que sperātur fidei speiqȝ commune est. Distinguitur tñ fides a spe sicut vocabulo ita rationabili differentia. Est em̄ fides malarū rerum ꝛ bonarū: qꝛ et bona creduntur et mala: et hoc fide bona non mala. Est etiā fides et preteritarū rerum ꝛ presentium ꝛ futurarū. Credim⁹ enim mortem Christi que iam preteriit: credimus sessionē que nūc est. Credim⁹ venturum ad iudicandum qđ futurum est. Item fides ꝛ futurarum rerum est ꝛ alienarū. Nam ꝛ se quisqȝ credit esse cepisse nec fuisse vtiqȝ sempiternū et alia atqȝ alia nō modo de aliis hoib⁹ multa q̄ ad religionē pertinent: verumetiā de angelis credimus. Spes autē non nisi bonarū rerū est: nec nisi futurarū ꝛ ad eum pertinentiū que earum spem gerere exhibentur. Au. in Enchiridion. Rom. viij. Quō differunt fides et spes.

¶ Redit ad premissam questionem scilicet an fides et spes in Christo fuerint. C

Post hoc superest inuestigare vtrum fides ꝛ spes in Christo fuerint vñ tractat⁹ iste sumpsit exordium. Quibusdā nō indocte videtur fidē virtutē et spem in eo nō fuisse: sicut in sanctis iam beatificatis: vel in angelis non sunt ꝛ tamē sancti credūt et sperant resurrectionē futuram: et angeli eandē credūt nec tamē in eis fides vel spes virtus est: quia et deo per speciē contēplando fruuntur: ꝛ in deo verbo resurrectionem futurā siue iudiciū nō p speculū in enigmate: sed preclarissime inspiciūt. Si em̄ qꝛ credunt resurrectionē futurā: ideo verū est eos fidē habere: ergo ea cōsummata post iudiciū similiter et fidē habere dicētur qꝛ credūt eā ꝑteritā. Sed sicut tunc credēt nec tñ fidē que fideles facit habebunt: qꝛ non credunt absqȝ scientia: q̄ nō erit enigmatica sed per speciē: ita et modo credunt ꝛ sperant resurrectionē: nec tñ fidē habent qꝛ credendo agnoscūt. Uenit em̄ eis quod perfectū est ꝛ euacuatū est qđ ex parte est. Uenit em̄ cognitio ꝛ euacuata est fides. Uenit species et desiit spes. Ita ꝛ Christus in quo fuerūt bona pr̄is credidit quidem et sperauit resurrectionē tertia die futuram pro qua et patrem orauit: nec tamen fidem: virtutem: et spem habuit: quia non enigmaticam et specularem: sed clarissimam de ea cognitionem habuit qꝛ nō perfectius eam cognouit preteritam ꝙ intellexit futuram. Sperauit tamen christus sicut in psalmo ait. In te domine speraui: nec tamen fidē vel spem virtutem habuit: quia per speciem videbit ea que credebat. De antiquis vero patribus qui apud inferos vsqȝ ad passionem tenebantur non incongrue dici potest ꝙ fidem et spem virtutem habuerint quia credebāt et sperabant se visuros deum per speciem qualiter eum tunc non videbant: quia non patuit eis cognitio dei per speciem ante passionem Christi qua cōsummata a fide transierunt ad speciem. Supra dis. xxiij. j. Cor. xiij. Ps. xxx. Si iusti apud iferos tēti fidē e spē habuerunt.

¶ De charitate qua diligitur deus et proximus que in Christo et in nobis est. A

Cum autem christus fidē et spem non habuerit dilectionē tñ habuit inquātū homo tantā qua maior eē nō valet: q̄ ex charitate eximia aiam posuit ꝑ amicis ꝛ inimicis. Habuit em̄ in corde charitatē quā ope nobis exhibuit: vt in exhibitiōis forma nos ad diligendū instrueret. Hic aliquid dicendum est de charitate: et modo et ordine diligendi deum et proximum. Dis. xxvij. De charitate ꝑtum ad ei⁹ essentiā ꝛ diffinitionem.

B

¶ Quid sit charitas.

De charitate q̄ dilīgit de⁹ et p̄ximus q̄ in xp̄o et i nobis est. Charitas est dilectio qua diligitur deus propter se: et proximus propter deū vel in deo. Hec habebat duo mandata: vnum pertinēs ad dilectionē dei: quod est maximū in lege mandatū: et alterū pertinēs ad diligendum proximū illi simile. Primū est: Diliges deum ex toto corde et tota mente: et ex tota anima. Quod scriptū est in Deut. Secundū est: Diliges proximum tuū sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet et pphete. Finis em̄ p̄cepti est dilectio: et ea est gemina. i. dei et p̄ximi.

De duob⁹ mandatis charitatis.

¶ Si eadem charitate diligitur deus et proximus. C

Deut. vi. Mat. xxvi. i. Timo. i.

Hic queritur si ex ea ipsa dilectione diligitur deus qua diligitur p̄ximus: an alia sit dilectio dei: et alia proximi. eadē sane dilectio est: qua diligit deus et p̄ximus q̄ spiritussanctus est: vt supra dictū est: quia deus charitas est. Unde Aug. Joannes ait: Non potest deum diligere quē non videt: qui fratrē quē videt nō diligit. Sed si eū quem videt humano visu spirituali charitate: diligere: videret: deū q̄ est ipsa charitas visu interiori quo videri potest. Qui ergo fratrē quē videt nō diligit deū qui est dilectio qua caret qui fratrē nō diligit quō potest diligere? Ex vna enim eademq̄ charitate deū proximumq̄ diligimus: sed deū propter deū: nos vero et proximū propter deum. Si vero vna eademq̄ charitas est dei et proximi: quare dicitur gemina. Propter duo dilecta: id est deū et p̄ximū. Et si vna sit charitas: duo tñ diuersa ea diligūtur. s. deus et homo vel angelus. Pro quo etiā duo sunt mādata q: cū eadem charitas vtroq̄ commendetur: diuersa tamē diligi precipiūtur. Unde Aug. Arbitror ideo spiritū sanctū bis datū: semel in terra et iterū de celo: vt commēdarētur nobis duo precepta: charitatis scilicet dei et proximi. Una est charitas et duo p̄cepta: vnus spiritus et duo data: q: alia charitas nō diligit proximum: nisi illa qua diligit deū. Qua ergo charitate proximū diligimus eadem deū diligimus. Sed q: aliud est deus aliud proximus: et si vna charitate diliguntur: ideo forte duo precepta dicuntur et alterū maius et alterū minus: vel propter duos motus qui in mente gerunt: dū deus diligitur: et proximus. Mouetur em̄ mens ad diligendū deū: mouetur et ad diligēdū proximum: et multomagis erga deum q̄ erga proximum.

Aug. li. viij. de trinitate. Joan. iiij.

Quare dī charitas gemina.

Aug. in sermone de ascēsione.

Au. I li. i. d doct. xp̄ia.

¶ De modo diligendi. D

Consequenter modum vtriusq̄ dilectionis aduertamus.

Hec regula vt ait Aug. dilectionis diuinitus cōstituta est: vt deū p̄pter se ex toto corde et p̄ximū diligas sicut teip̄m. i. ad qđ et p̄o q̄ teip̄z diligere debes. In bono q̄ et pp deū teip̄m diligere debes. In bono q̄ diligēd⁹ ē p̄ximus nō i malo: et pp deū. Proximū vero oēm hoīem op3 intelligi: q: nēo est cum quo sit operandū male. Qui ergo amat homines vel quia iusti sunt: vel vt iusti sint amare debet: hoc est in deo vel propter deum. Sic em̄ et seipsum amare debet. s. in deo vel p̄pter deū. i. q: iustus est vel vt iustus sit. Qui em̄ aliter se diligit: iniuste se diligit q: ad hoc se diligit vt sit iniust⁹. Ad hoc ergo vt sit malus: nō ergo iam se diligit: Qui em̄ diligit iniq̄tatem odit animā suā. Modus ergo diligēdi precipiēdus est homini. i. quō se diligat vt p̄sit sibi. Quin autē se diligat et p̄desse sibi velit: dubitare demētis est. Modus aūt precipit̄ cum ait: sicut teipsum: vt proximū diligas ad quod teip̄m. Si ergo te nō p̄pter te diligere debes: sed p̄pter illū vbi dilectionis tue rectissimus finis est: nō succēseat alius aliquis homo: si teip̄m

Aug. viij. d tri. cap. v.

Psal. x. Au. de do. xp̄iana.

propter deum diligis. Huius dilectionis modū veritas insinuat dicens: Mandatum nouū do vobis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos: id est ad quod dilexi vos: scilicet vt filij sitis vt vitam habeatis. Joan. xiij.

¶ De modo diligendi deum. E

Dilectionis aūt dei modus insinuat cū dicit ex toto corde. i. ex toto intellectu: ex tota aia. i. ex tota volūtate: ex tota mēte. i. memoria: vt oēs cogitationes z oēm vitā z oēm intellectū i illū cōferas a q̄ hēs q̄ ea q̄ cōfers. Hec dicens nullam partem vite nostre reliquit que vacare debeat: sed quicquid venerit in animum illuc rapiatur quo dilectionis impetus currit: z diligere deum propter se modus est diligendi deum: z sunt isti duo modi diligendi deum vt quibusdam placet. Aug. l li. j. d do. xpiana.

¶ De impletione illius mandati. F

Illud autē preceptū nō penitus implet ab homine in hac mortali vita: sed ex parte: nō ex toto: quia ex parte diligim⁹ sicut ex parte cognoscimus. In futuro aūt implebitur ex toto. Unde Aug. Cū adhuc est aliqd carnalis cōcupiscentie: non omni modo ex tota anima diligit deus. Caro autē nō dicitur cōcupiscere nisi q2 aia carnaliter cōcupiscit. Cū autē venerit qđ perfectū est vt destruat qđ ex parte est. i. vt iā nō ex parte sit sed ex toto charitas nō auferetur sed augebit z implebit. In qua plenitudine illud p̄ceptū charitatis implebit: Diliges dñm deū tuū ex toto corde zc. Tūc erit iustus sine pctō. q2 nulla erit lex repugnās mēti. Tūc p̄rsus toto corde: tota aia: tota mēte: diliges deū: qđ est summū preceptum. Aug. in li. de pfectiōe humāe iustitie. j. Cor. xiij.

¶ Questio de precepti ratione. G

Sed cur precipitur homini ista perfectio cum in hac vita eam nemo habeat? Quia nō recte curritur si q̄ currendū est nesciatur. Quō autē sciretur si nullis preceptis ostēderetur. Ecce habes cur illud preceptū est qđ hic penitus impleri nō pōt. Implet tā ex parte. s. bm pfectionē vite. Alia est eīm perfectio currētis alia puenietis. Facit hoc mādatū vt cursor: qui deū ante oia z pre oibus diligit: nec tamen omnino perficit. Au. i eodē.

¶ Qđ alterum mādatū in altero est. H

Cum autem sint duo precepta charitatis: pro vtroq3 sepe vnū ponitur: nec immerito q2 nec deus sine proximo nec p̄ximus sine deo diligi potest. Unde Apostolus omne mādatū legis dicit instaurari id est cōtineri z impleri in hoc verbo: Diliges p̄ximū tuū sicut teipsum. Et Christus dilectionē proximi specialius commemorat dicēs: Mādatū nouum do vobis vt diligatis inuicē sicut dilexi vos: vbi illud maius mādatum dilectionis dei videt pretermissum: sed bene intelligētibus vtrunq3 inuenitur in singulis: quia q̄ diligit deū non potest eū contēnere quē deus precipit diligi: z qui diligit proximū: quid in eo diligit nisi deū? Ipsa est dilectio ab omni mūdana dilectione discreta: quā distinguēs dñs ait: sicut dilexi vos. Quid eīm nisi deū dilexit in nobis nō quē habebam⁹ s3 vt haberem⁹: sicut medic⁹ egrotos z quid in eis diligit nisi salutē: quā cupit reuocare: non morbū quē venit expellere: sicut z nos inuicē diligamus: vt quantum possumus inuicē ad habēdū in nobis deū ex dilectione attrahamus. Aug. sup Joannem. Ro. xiij. z Gal. v. Joan. xiij. Aug. sup Joannem.

¶ Que charitate diligenda sint. I

Sed que hac dilectione diligenda sint iam inquiramus. Non eīm omnia: vt ait Aug. quibus vtendū est diligenda sunt: sed ea sola Au. l li. de do. xpiana

quē vel nobiscum societate quadā referuntur in deū sicut est homo vel angelus: vel ad nos relata beneficio dei per nos indigent vt corpus: qđ ita precipiendū est diligi: vt ei ordinate prudenterq̄ cōsulatur.

℄ Si illo p̄cepto iubemur diligere totū proximū ⁊ nos totos. A

Dist. xxviij. De charitate quatuor ad diligibiliū numerum ⁊ distinctionē.

Aug. i li. de doct. xp̄iana.

Hic potest queri vtrū in illo mandato dilectionis proximi totū proximū: id est animā ⁊ corpus nosq̄ ipsos totos diligere precipiamur. Ad quod dicimus omne genus diligēdarum rerum in illis duobus mandatis cōtineri. Quatuor enim diligēda sunt. vt ait Aug. Unū quod supra nos est: scilicet deus: ⁊ alterū quod nos sumus. tertiū quod iuxta nos est: scilicet proximus. quartū quod infra nos est: scilicet corpus. De secundo ⁊ quarto nulla precepta danda erant: scȝ vt diligeremus nos vel corpus nostrum: precipitur autem deus diligi ⁊ proximus. Ut aūt quisq̄ se diligat precepto nō est opus. Quantūlibet enim homo excidat a veritate remanet illi dilectio sui ⁊ dilectio corporis sui: quia nemo vnq̄ carnem suam odio habuit. Nam viri iusti qui corpus suum cruciant non corpus: sed corruptiones eius ⁊ pondus odērūt.

Ephe. v.

Hic videtur Aug. tradere q̄ ex precepto nō teneamur diligere nosmetipsos vel corpus nostrum: qđ si est: non omne genus diligendarum rerum illis duobus preceptis cōtinetur: quia cum ⁊ nosipsos ⁊ corpus nostrum diligere debeamus: ad quid necessariū est preceptū cum scriptū sit: Qui diligit iniquitatē odit animā suā. Sed speciale de hoc preceptū nō erat dandum nec speciali precepto opus erat id tradi: vt quisq̄ se vel corpus suū diligeret: quia hoc in illo precepto continetur: Diliges proximū tuū sicut teipsum. Ibi enim ⁊ proximū totū ⁊ te totū intelligere debes. Unde Aug. in eodem: Si te totū diligas: id est animā ⁊ corpus ⁊ proximū totū: id est animā ⁊ corpus: homo enim ex anima cōstat ⁊ corpore: nullū rerū diligendarum genus in his duobus preceptis pretermissum est. Cū enim precurrat dilectio dei: eiusq̄ dilectiōis modus prescriptus appareat: ⁊ sequatur dilectio proximi: de tua dilectione nihil dictum videtur. Sed cū dictū est: Diliges proximū tuū sicut teipsum simul ⁊ tui abs te dilectio pretermissa non est. Ecce hic aperte dicit in illo precepto nō tantūmodo proximi: sed ⁊ tui dilectionem contineri ⁊ totius proximi totiusq̄ tui. Ex quo apparet q̄ dictū est de secundo ⁊ quarto: scilicet de dilectione nostri ⁊ corporis nostri nulla precepta dāda: ita esse intelligendū: scilicet specialia ⁊ diuisa: quia in illo vno totū cōtinetur: ⁊ q: id quod sumus ⁊ qđ infra nos est ad nos tamen pertinens nature lege diligimus que in bestijs etiam est. Ideoq̄ ⁊ de illo qđ supra nos est: ⁊ de illo qđ iuxta nos est diuisa precepta sumpsim⁹. In quorū altero eius qđ sumus ⁊ illius qđ infra nos est dilectio cōtinet̄. Sic cōdita est mēs humana vt nunq̄ sui nō meminerit: nunq̄ se nō intelligat: nunq̄ se nō diligat: sed quoniā qui odit aliquē nocere illi studet. Nō immerito ⁊ mens hominis quādo sibi nocet se odisse dicitur. Nesciens eñ sibi vult male: dū nō putat sibi obesse qđ vult: sed tñ male sibi vult qñ illđ odit qđ obsit sibi sm illud: Qui diligit iniquitatē odit animā suā. Qui ergo diligere se nouit deū diligit. Qui vero nō diligit deū: etiā se nō diligit: qđ ei naturaliter inditū est: tamen nō incōgrue se odisse dicitur cū id agit qđ sibi aduersat̄: ⁊ seipsum tanq̄ suus inimicus sequitur.)

Psalm. x.

Au. de doc. christiana.

Hic text. in li. antiqs nō inenit̄ imo est qdā expositio ipsius text⁹.

Psal. x.

℄ Si in illo p̄cepto cōtineatur dilectio angelorum. B

Au. i li. de doct. xp̄ia.

Oritur autē hic de angelis questio: vtrū ad illud preceptū dilectionis proximi etiā dilectio ptineat angelorū. Nā q̄ nullū hominem

exceperit qui p̄cepit proximū diligere dn̄s in parabola semiuiui relicti ostē dit: eū dicens proximū qui erga illum extitit misericors. Deinde subdit. Va de ꝛ tu fac similiter. Ut eū proximū intelligamus, cui vel exhibendū est offi cium misericordie si indiget: vel exhibendū esset si indigeret: nullū vero ex ceptum esse cui misericordie negandū sit officiū: quis nō videat cū vsq̧ ad inimicos etiā porrectū sit domino dicente. Diligite inimicos vestros ꝛ be nefacite his qui oderunt vos. Manifestū est ergo omnē hominē proximum esse reputandū. Proximū vero nomen ad aliquid est: nec quisq̧ esse proxi mus nisi proximo potest. Unde cōsequens est ꝛ cui prebendū ꝛ a quo prebē dum est officiū misericordie recte proximū dici. Manifestū est ergo p̄cepto di lectionis ꝛ proximi etiā sanctos angelos cōtineri: a quibus tāta nobis mi sericordie impenduntur officia. Ex quo ꝛ dn̄s proximum se nostrū dici vo luit: vt in parabola saucij ostendit ꝛ in propheta. Quasi proximū ꝛ quasi fratrē nostrū sic cōplacebam. Sed q꞉ excellentior ac supra nostrā naturam est diuina substantia: preceptū dilectionis dei a proximi dilectione distin ctum est. Ideoq̧ licet nobis deus omnia impendat beneficia: nō tamē no mine proximi includitur in illo precepto quem non sicut nos diligere debe mus: sed plusq̧ nos in toto corde ꝛ anima. Christum vero inquantum ho mo est sicut nos diligere debemus eiusq̧ s̄m hominem dilectio illo cōtinet mandato: quem etiam s̄m hominem magis q̄ nos sed non q̄tum deum de bemus diligere: q꞉ inq̄tum est homo: minor est deo.

Quis sit proximus.

Luce. vij.

Q̄d angeli in illo pcepto ptinēt.

Ps. l.xxiiij.

Q̄d et xp̄s prim⁹ noster est s̄m q̄ homo.

¶ Quibus modis dicitur proximus. C

Hic notandum est proximum dici diuersis modis. scꝫ con ditione prime natiuitatis: spe cōuersionis: propinquitate cognationis: ra tione beneficij exhibitionis.

¶ De ordine diligendi quid prius quid posterius. A

Post predicta de ordine charitatis agendum est: q꞉ dicit sponsa. Introduxit me rex in cellam vinariam: ꝛ ordinauit in me charitatem. Videamus ergo ordinem quid prius quid po sterius esse debeat. Peccat em̄ qui prepostere agit. Nā scire quid facias ꝛ nescire ordinem faciendi: non est perfecte cognitionis. Ordinis nā q̧ ignorantiā conturbat meritorum formam. Ordinem autem diligēdi Au gustinus insinuat dicens. Ipse est qui ordinataꝫ habet dilectionem: ne aut diligat quod non est diligendum: aut non diligat quod diligendū est: aut eque diligat quod minus vel amplius diligendum est: aut minus vel am plius quod eque diligendum est. Omnis peccator inq̄tū peccator est: non est diligendus: ꝛ omnis homo inq̄tum est homo: diligendus est propter deū: deus vero propter seipsum: ꝛ deus propter se omni homini amplius diligē dus est: ꝛ amplius quisq̧ debet deum diligere q̄ seipsum. Item amplius alius homo diligendus est q̄ corpus nostrum quia propter deum omnia ista diligenda sunt: ꝛ potest nobiscum deo homo perfrui: quod non potest corpus nostrum: quia corpus per animam viuit qua fruimur deo. Audisti aliqua de ordine charitatis vbi expressum est nos amplius debere diligere deum q̄ omnes homines vel nosipsos ꝛ amplius animam alicuius homi nis q̄ corpus nostrum. In enumeratione etiam quatuor diligendorum su perius posita prius ponitur quod supra nos est: scd̄o q̄d nos sumus: tertio q̄d iuxta nos est. quarto q̄d infra nos est. vbi ordo diligendi insinuari vide tur ex ratione numerationis. Nō est aūt apertū vtrum omnes homines pa riter diligere debeamus ꝛ tantum q̄tum nos vel minus.

Dist. xxix. De charitate q̄tum ad diligēdi ordinem.

Au. i li. de doct. xp̄ia.

Nota ordinē charitatis.

¶ An omnes homines pariter diligendi sint. B

Unde etiam super hoc sepe mouetur questio quã perplexã faciunt sanctorũ verba varie prolata. Quidã em̃ tradere videntur ꝙ pari affectu omnes diligendi sint/sed in effectu.i.in exhibitione obsequij distinctio obseruanda sit. Unde Augu. Oẽs hoies eque diligendi sunt/ sed cum oibus prodesse non possis his potissimũ consulendũ est qui pro locorũ et tẽporũ vel quarũlibet rerũ oportunitatibus constrictius tibi quasi quadã sorte iunguntur. Pro sorte em̃ habendũ est quo quisqꝫ tibi tpaliter colligantius adheret ex quo legis potius illi datũ esse. Idẽ super epistolã ad Gal. Operemur bonũ ad omnes maxime autẽ ad domesticos fidei.i.ad christianos. Omnibus em̃ pari dilectione vita eterna optanda est/ et si non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia q̃ fratribus maxime sunt exhibenda/qꝛ sibijnuicẽ membra qui habent eundem patrẽ scꝫ deum. His alijsqꝫ testimonijs innituntur qui dicunt omnes hoies pariter diligẽdos esse charitatis affectu: sed in operis exhibitione differentiam.

Au. li. de do. xpiana

Auctoritates ponit q̃ videtur dicere oẽs pꝛ diligẽdos eẽ.sed i effectu dr̃a3 eẽ

Gal.vj.

¶ Que his repugnare videntur. C

Mat. xxij.

Quibus obuiat illud preceptũ legis de diligendis parentibus. Honora patrem tuũ et matrẽ.vt sis longeuus super terrã. Ut qd em̃ spiritualiter illud preciperetur de parentibus nisi maiori dilectione forent diligendi. Sed hoc illi referendũ dicunt ad exteriorẽ exhibitionẽ: in qua ꝑponendi sunt parentes. Unde honora dixit non dilige. Obuiat etiam illud qđ hieronỹ. super Ezechielẽ ait scꝫ vt ordine charitatis sicut scriptũ est. Ordinauit in me charitatẽ. Post omnium patrem deum carnis quoqꝫ pater diligatur/et mater et filius ꝛ filia frater ꝛ soror. Am. quoqꝫ diligendi exprimẽs ordinẽ super illud canti.ca.ij. Ordinauit in me charitatẽ ait. Multorũ charitas inordinata est qđ in primo est ponunt tertiũ vel quartũ. Primo deꝰ diligendus est: secundo parentes: inde filij post domestici qui si boni sunt malis filijs preponendi sunt. Secundũ hoc in euangelio ad cuiusqꝫ dilectionem propriũ ponit. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo/ et ex oibus viribus tuis/et proximũ tuum sicut teipsuꝫ et inimicos non ex tota virtute: nec sicut teipsum/sed simpliciter. sufficit enim ꝙ diligimus et nõ odio habemus. Ecce ex premissis aperte insinuatur que in affectu charitatis distinctio sit habenda/ vt differenti affectu non pari homines diligamus/ ꝛ ante omnia deum ẽm nosipsos/tertio parentes/inde filios et fratres: post domesticos/demum inimicos diligamus. Sed inquiunt illi que de ordine dilectionis supra dicuntur esse referenda ad operum exhibitionem: que differenter proximis exhibenda sunt. Primo parentibus: inde filijs: post domesticis demũ inimicis. Deum vero tam affectu q̃ obsequij exhibitione ante omnia diligendum.

Deut.v.

hieronỹ.

Canti.ij.

Ambrosiꝰ

Mat. xxij.

Ordoꝰ diligẽdi hic oñditur.

¶ Quod aliqui eorũdem tantũ proximos q̃tũ nos debere diligere tradunt. D

Quorum etiã nonnulli tradunt affectu charitatis tantum proximos esse diligẽdos q̃tum nosipsos diligimus quod confirmant auctoritate Aug. qui ait. Nec illa tam q̃stio moueat: q̃tũ charitatis fratri debeamus impẽdere q̃tũ deo. Incõparabiliter plus deo q̃ nobis/fratri vero q̃tũ nobis. Nos aũt tantomagis diligimus q̃tomagis diligimus deũ. Ex hoc et p̃missis testimonijs Aug. asseruit oẽs hoies pariter esse diligendos a nobis ꝛ tm̃ q̃tum nos/deum aũt pluꝰqꝫ nos corpus vero nostrũ minꝰ q̃

Au. in lib. viij. de tri.

nos vel proximos. Nec in enumeratione premissa diligendorũ ordinem di-ligendi assignari dicunt: sed tantum que sunt diligenda.

Secundũ alios non pari affectu omnes diligendi sunt. E

Uerũ quia premissa verba Ambrosij ordinē diligendi ƀm affectũ magis ꝗ̃ scđm effectũ diligenter intuentibus explicare videꝰ: non indocte alij dicunt non modo in exhibitione operis: sed etiã in affectu charitatis ordinē differentē esse statutũ: vt añ oīa diligamus deũ secũdo nos: tertio parentes: quarto filios vel fratres et hmōi / postea domesticos: demũ inimicos. Quod vero Aug. dicit pariter oēs esse diligendos: et pari dilectione oibus vitam optandã / ita accipi pōt vt paritas non ad effectũ referatꝰ / sed ad bonũ quod eis optatꝰ: quia charitatē oibus optare debemus vt pa-ria bona mereantꝰ. Sicut Apl's dicit. Uolo oēs homines esse sicut me. Optã da est eñ minoribus pfectio maiorũ vt ipsi fiant pfecti / et sic parē mereantꝰ beatitudinē. Uel pari dilectione. i. eadē dilectione omnes diligendi sunt. Item quod ait / vt tantũ diligamus fratres ꝗ̃tum nos: ita intelligi potest id est ad tantum bonuz diligamus fratres ad ꝗ̃tum nos vt tñ bonum eis optemus in eternitate ꝗ̃tũ nobis / et si non tanto affectu. Uel ibi ꝗ̃tum si-militudinis est non quantitatis.

Determinatio auctoritatũ q̃ videntur aduersari.

j. Cor. v.

Questio de parentibus bonis et malis quō diligendi sunt. F

Solet etiam queri si parentes nostri mali sunt: vel filij vel fratres an magis vel minus diligendi sint alijs bonis hac ratiōe nobis nō copulatis. Uidetur ꝙ magis sint diligendi boni / qui nobis carne nō sunt coniuncti ꝗ̃ mali carne coniuncti: quia nobis sunt coniuncti corde glutino charitatis. Sanctior est eñ copula cordiũ ꝗ̃ corporũ. Unde Beda de illis verbis dñi. Mater mea et fratres mei hi sunt qui verbũ dei faciunt / ait. Nō iniuriose negligit matrē nec mater negatꝰ que etiã de cruce agnoscitꝰ: sed re-ligiosiores mōstrantꝰ copule mentiũ ꝗ̃ corporũ. Uerũ tñ latebrosa questio est hec / nec a nobis plene absoluēda properantibꝰ ad alia. Mouemur eñ ex verbis illis quibus inimicos non ex tota virtute non sicut teipsum iubet di-ligere: sed simpliciter. Sufficit eñ ꝙ diligimus et non odio habemus. Qđ non ita accipiendũ est quasi sufficiat tibi diligere inimicũ et nō sicut teipz / qꝛ omnes et amicos et inimicos sicut teipsum diligere debes. Sed ad ostē-dendũ gradus diligendi deum et proximũ et inimicũ qui tamen proximus est propria dñs ponit cum ait. Diliges deum ex tota virtute tua: ⁊ proximũ sicut teipsum / non ait ex tota virtute vt ostendat proximũ diligendũ minꝰ ꝗ̃ deum. Dicit etiam diligite inimicos / nec addit ex tota virtute nec sicut teipsum sed simpliciter. Sufficit eñ ꝙ diligimus et non odio habemus. i. sufficit dicere vt diligamus et non odio habeamus non quin eos diligere debeamus sicut nos: quia proximi sunt: sed sufficit si eos minus diligimꝰ ꝗ̃ alios proximos quod dilectionis genus innuit.

Beda.
Math. xij.
Luce. viij.
Marci. iij.
Joh. xix.

Mat. xxij.

Luce. vj.

Questio Aug. in libro retractationum. G

Queri etiam solet cur dñs preceperit diligere inimicos: cũ alibi precipiat odio habere parentes et filios. Ad quod dicendũ est duo eē diligenda in homine naturam et virtutē: vitiũ vero et peccatũ odiendũ. Et parentes ergo inꝗ̃tũ mali sunt odiendi sunt: et inimici diligendi inꝗ̃tum homines. Diligamus ergo inimicos lucrandos regno dei et odiamus pro-pinquos si impediunt nos a regno dei et in omnibus cōmuniter naturam diligamus: quam deus fecit.

Luce. xiiij.
Aug. i lib. retractati.

¶De gradibus charitatis. b

Augu. sup epl'as Jo. Phil. j. Joha. xv.

Sciēdū quoqꝫ est diuersos esse gradus charitatis. Est em̄ charitas incipiens: proficiens: perfecta: perfectior, perfectissima. Vn̄ Aug. perfecta charitas est hec vt quis paratus sit ꝓ fratribus etiā mori. Sz nū-quid mox vt nascit̄ iam prorsus ꝑfecta est: immo vt ꝑficiat̄: nascit̄: cū fuerit nata nutrit̄: cū fuerit nutrita roborat̄: cū fuerit roborata ꝑficit̄: cū ad perfectionē venerit dicit: cupio dissolui ⁊c. Hic apte progressus et ꝑfectio charitatis insinuat̄ quā ꝑfectionē etiā veritas cōmendat dicens. Maiorē hac dilectionē nemo hꝫ q̄ꝫ vt animā suā ponat q̇s pro amicis suis. Qḋ vtiqꝫ dictū est de opere dilectionis q: maior dilectionis effectus non est: q̄ꝫ ponere animā pro alijs. Nec te moueat quod ait pro amicis: qui em̄ ponit animā pro amicis: ponit ⁊ pro inimicis ad hoc vt ipsi fiant amici.

Dist. xxx. De charitate ꝗꝛum ad meriti passionē.

¶Si melius est diligere amicos: q̄ꝫ inimicos vel econuerso. a

H Ic solet queri quid potius sit plurisqꝫ meriti diligere amicos an diligere inimicos? Sed hec cōparatio implicita est. Si enim conferat̄ dilectio amicorū tm̄ dilectioni amicorū ⁊ etiā inimicorū ꝑspicua est absolutio. Sed si in aliquo vno homine q̇ diligit simul amicū et inimicū quid horū potius sit querat̄ obscura est rn̄sio. q: de motu mentis agitur: de quo non est nobis facile iudiciū: an vnus ⁊ idē motus sit erga amicū et inimicū: sed erga amicū intensior: an duo: vnus erga inimicū: qui dicit̄ difficilior: alter erga amicū qui videt̄ feruentior, nec incongrue putat̄ melior qui est feruentior. Uel si vnus idēqꝫ est: idē potior vbi est ardentior: non improbe extimat̄. Aug. tm̄ sentire videt̄ maius esse diligere inimicū q̄ꝫ amicū quia ꝑfectorū esse dicit diligere inimicos et bn̄facere eis: neqꝫ hoc tanta multitudine impleri quanta exaudit̄ in oratione dn̄ica cū dicit̄. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Illā em̄ sponsionē dicit a multis impleri q̇ nondū diligunt inimicos. Ait em̄ sic. Magnū est ergo cū qui tibi nihil mali fecerit esse beniuolū et bn̄ficū: illud multo grandius ⁊ magnificētissime bonitatis est: vt tuū quoqꝫ inimicū diligas: et ei q̇ tibi malū vult et si pōt facit: tu semꝑ bonū velis faciasqꝫ qḋ possis, audiens dicentē Jesum. Diligite inimicos vr̄os et bn̄facite his q̇ odiunt vos et orate ꝓ ꝑsequētibus ⁊ calumniātibus vos. Sed q̇m̄ ꝑfectorū filiorū dei est istud quo quidē se dꝫ ois fidelis extēdere, et humanū animū ad hunc affectū orando deū secūqꝫ agēdo luctādoqꝫ perducere: tm̄ q: hoc tā magnū bonū tante multitudinis nō est quātā credimus exaudiri cū dicit̄ in oratione. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: procul dubio verba sponsionis huius implentur si hō qui nondū ita ꝑfectꝰ vt etiā diligat inimicū: tm̄ qn̄ rogatur ab homine q̇ peccauit in cū vt ei dimittat, dimittit ex corde qui etiā sibi roganti vult dimitti, cum orat ⁊ dicit, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Quicūqꝫ vero rogat hominē in quē peccauit si pctō suo mouet̄ vt roget: nō est adhuc deputādus inimicus, vt cū diligere sit difficile sicut erat qn̄ inimicitias exercebat. Quisquis vero rogāti ⁊ penitēti nō dimittit nō estimet a dn̄o sua pctā dimitti, q: mētiri veritas nō pōt, q̇ cū docuisset orōnē hāc in ea positā sentētiā cōmēdauit dicēs. Si dimiseritis hoibus pctā eoꝝ dimittet ⁊ vobis pr̄ vester. Si vero non dimiseritis, nec pr̄ vr̄ dimittet vobis pctā vestra. Ecce hinc haberi vr̄ qḋ et preta xauimus. s. maioris virtutis esse diligere inimicū et bn̄facere ei q̄ꝫ illū q̇ nihil mali fecit nobis vel amicū. Qḋ si q̇s concedere simpliciter voluerit dicens intensius diligit amicus q̄ꝫ inimicus, ⁊ tō

Aug. i Enchiridion. Math. vj. In Ench.

Math. v. Luce. vj.

illud potius isto: determinet ista sm̄ premissam intelligentiā dicens ibi cō-
parationē factā inter dilectionē qua diligit tm̄ amicus et illā qua amicus
et inimicus diligit. Illud vero qđ sequit magis nos monet quod. s. dicat nō
esse tante multitudinis diligere inimicos quanta exaudit cū dicit. Dimit-
te nobis debita nostra ⁊c. vbi dat intelligi ꝙ alicui a deo dimittunt pecca-
ta non diligenti inimicū: si tñ fratri roganti q̄ in se peccauit dimittit. Sed
cū peccata non dimittant alicui adulto nisi charitatē habeat sequit vt cha-
ritatē habeat qui nō diligit inimicū. Quō ergo noīe ꝓximi oīs homo intel-
ligit in illo mandato. Diliges ꝓximū tuū sicut teipm̄. Si eñ omnis ho-
mo ꝓximus est, tunc inimicus p̄cipimur ergo et inimicos diligere. Et q2 illō
preceptū generale est oibus p̄cipit oēs hoīes diligere etiā inimicos. Quidā Mat. vj.
quod hic dicit simpliciter tenere volētes illud preceptū determinant dicē-
tes: illic ꝑfectis dari in preceptū diligere omnē hominē etiā inimicū, mino-
ribus vero in consiliū. In preceptū vero eos diligere qui nihil mali fecerūt Mat. xiiij.
eis et inimicos non odire. Sed melius est vt intelligat oibus illo mandato Deut. vj.
p̄cipi cūctos diligere etiā inimicos: cui sensui attestant superius posite au-
ctoritates et alie multe. Illud vero Aug. nouissime positū de perfecta cha-
ritate dictū intelligitur que tm̄ est perfectorū: qui non solū amicos: sed etiā
inimicos ꝑfecte diligunt eisqꝫ benefaciunt. Que perfectio dilectionis non
est tante multitudinis: q̄sta exaudit in oratione dñica: et hoc reuera grāde
est et eximie bonitatis scꝫ perfecte diligere inimicū. Ita et cum dicit impleri
verba illius sponsionis ab homine: qui non ita profecit vt diligat inimicū
de dilectione perfecta accipiendum est. Dist. xxxj.

¶ Si charitas semel habita amittatur. A De charitate q̄stum ad durationem.

ILlud quoqꝫ non pretereundum ꝙ quidā asserunt
charitatē semel habitā ab aliquo non posse excidere, nullūqꝫ dā-
nandū hanc aliquando habere, qui hanc traditionem sub di- i. Cor. xiij.
ctis muniunt testimonijs. Apostolus ait. Charitas nunq̄ exci- Au. ad iu-
dit Aug. etiā inquit. Charitas que deseri potest nunq̄ vera fuit. Item cha- lianū comi-
ritas est fons propri⁹ ⁊ singularis bonorū, cui nō cōmunicat alienus. Alie- tē: et hr̄ de
ni sunt omnes qui audituri sunt non noui vos. De hoc fonte scriptura ait. pe. d. ij. ca.
Fons aque viue sit tibi proprius et nemo alienus cōmunicet tibi. Si autē Charitas:
alieni sunt qui audituri sunt illā vocē: non ergo huic fonti cōicant dānan- ⁊ ibi totū h̄
di. Item Augusti. super epistola Johannis. Radicata est charitas securus ca. ponitur
esto: nihil mali prodere potest. Item Grego. in moralibus. Ualida est vt Mat. xxv.
mors dilectio. virtuti enim mortis dilectio comparatur: quia nimirū men- Prouer. v.
tem quā semel ceperit: a dilectione mūdi funditꝰ occidit. Itē Aug. sup epi- Augustin⁹
stola Johannis. Unctio inuisibilis charitas est: que in quocunqꝫ fuerit Joh. iiij.
radix illi erit que ardente sole arescere non potest, nutritur calore solis non Grego. sup
arescit. Item Beda super Johannem. Querendum est quomodo speciale fi- ps. cij.
lij dei agnoscendi signum fuerit. ꝙ super eum descenderit et manserit spi- Beda.
ritus. Quid magni est filio dei. ꝙ in ipso manere spiritus astruatur? Notā-
dumqꝫ quia semper in domino manserit spiritus. In sanctis vero q̄diu
mortale corpus gestauerint partim semper maneat partim rediturus rece-
dat. Manet autem apud eos: vt bonis insistant actibus. Recedit vero ad
tempus ne semper infirmos curandi: mortuos suscitandi: demones eijcien- Grego. sup
di: vel etiam prophetizandi habeant facultatē. Manet ergo semꝑ vt possint ezechielem
habere virtutes: vt mirabiliter ipsi viuāt. Uenit ad tp̄s: vt etiā alijs ꝑ mira- idē i mora-
culorū signa quales sint intus effulgeāt. Itē Greg. In sanctorū cordibꝰ sm̄ libus.

quasdam virtutes semp manet spūs: ꝗ̄ quasdā recessurus venit ꝛ venturus recedit. in his virtutibus sine quibus ad vitam non peruenitur in electorum suorum cordibus permanet. In his vero per quas sanctitatis ꝟtꝰ ostēdit vt in exhibitione miraculoꝝ aliqñ adest: aliqñ se subtrahit. Item Ambr. Ficta charitas est que in aduersitate deserit. Hec innuere videntꝰ ꝙ charitas semel habita non amittatur. Ideo quidam in preteritā ꝓsilie

Amb. sup epistolam ad Rom. runt audaciam dicentes charitatem a dānandis non haberi: nec a quoꝙ̄ habitam posse amitti, quos ratio vincit ꝛ authoritas. Quidam em̄ ad tempus sunt boni qui postea fiunt mali: ꝛ ecōuerso. Vñ quorundā nōīa xp̄s

Luce. x. dicit scripta in libro vite: qui tamē postea abierunt retro. Sed scriptura

Joh. vj. dicit non s̄m prescientiam: sed s̄m presentem iustitiā: cui deseruiebant: qꝛ

Ambr. sup eplaꝫ ad: r̄ digni erant tunc illo bono qđ habituri sunt prescripti s̄m prescientiā. Vnđ Ambr. Quibusdā gratia data est in vsum vt Sauli ꝛ iude: ꝛ illis discipu-

j. Reg. xvj. lis quibus dñs dixit. Ecce nōīa vestra scripta sunt in celis: ꝛ post abierūt

Luce. x. retro: sed hoc dixit propter iustitiam cui deseruiebant: qꝛ boni erant. Frequenter em̄ ante sunt mali qui futuri sunt boni ꝛ aliquotiens prius sunt boni qui futuri sunt ꝛ permansuri mali propter quod dicuntur scribi in libro vite ꝛ deleri.

¶ Determinatio authoritatum predictarum. B

j. Cor. xiij. Quod vero Apostolus ait: charitas nunꝙ̄ excidit nullatenus pro illis facit dignitatem em̄ charitatis ostendens dicit eam non excidere: quia hic ꝛ in futuro erit: sed fides ꝛ spes euacuabuntur ꝛ scientia: Itē qđ dicitur charitas nūꝙ̄ fuisse vere que deseri pōt: nō ad essentiaꝫ charitatis refertur: sed ad efficientiam quia nō efficit charitas q̄ deseritur hominem vere beatum: nec perducit ad verum bonum. Huic etiam fonti alie

Maca. iiij. ni: idest damnandi non communicant scilicet in fine, qꝛ nō perseuerāt pōt tamen hoc ꝛ cetera que de charitate dicta sunt: de perfecta intelligi: quaꝫ soli perfecti habent: que semel habita non amittitꝰ. Exordia vero charitatis aliqñ crescunt: aliquando deficiunt. Sunt em̄ virtutis exordia ꝛ profectus ꝛ prouectio, quos gradus ille discernit q̄ parabolā illā intelligit. sic est regnum dei quemadmoduꝫ si iactet homo semē in terra ꝛ dormiat ꝛ exurgat semen ꝛ germinet ꝛ crescat ꝛc̄. Si ergo perfecta charitas sic radicata est: vt amitti nequeat incipiens tamē ꝛ prouecta amitti potest ꝛ sepe amit

Augu. sup eplaꝫ Joā. titur: sed dum habetꝰ non sinit habentē criminaliter peccare. Quod Augu. ostendit inquiens: qꝛ radix omnium malorum est cupiditas, ꝛ radix oim

j. Timo. vj bonorum est charitas: simul ambe esse non possunt: nisi vna radicitꝰ euulsa fuerit: alia plantari non pōt. Sine causa conatur aliquis ramos incidere: si radicem non contendit euellere.

¶ Quare fides, ꝛ spes, ꝛ scientia dicuntur euacuari ꝛ non charitas cum ꝛ ea ex parte sit. C

Aduertendum etiam est quomodo spes: fides: ꝛ scientia dicantur euacuari: qꝛ ex parte sunt ꝛ non charitas cū ꝛ ipsa ex parte sit. Ex

Esiciꝰ sup leuiticum. parte em̄ idest imperfecte diligimus sicut ex parte scimus: vt ait Esiciꝰ super leuiticum. Cū ergo omne quod ex parte est euacuetur cur charitas excipitur que dicitur nunꝙ̄ excidere? Charitas quidem etiā ex parte est vt sepe sancti docent. qꝛ ex parte diligimus nunc: ꝛ iō ipsa euacuabitꝰ inꝗ̄tū ex parte est: quia tolletur imperfectio ꝛ addetur perfectio. Remanebitqꝫ ipsa aucta: ꝛ actus eius: ꝛ modus diligendi vt diligas deum propter se ex toto corde: ꝛ proximum tuum sicut teipsum: sed imperfectionis modus eius

minabitur. Fides vero ꝛ spes penitus euacuabũtur. Sciẽtia vero ſm actũ ꝛ modũ suũ qui tunc est nõ ſm sui essentiã tolletur. Ipsa eñ virtus sciẽtie remanebit: sed aliũ tenebit vsum ꝛ modum.

¶ Si xp̃s ordinẽ charitatis prescriptum habuerit. D

Nunc iam superest inuestigare: si xp̃s sc̃dm ꝙ homo ordinem diligendi prescriptũ seruauerit? Qd̃ si est, oẽs hoīnẽ sicut seipsũ dilexit. Omnibus ergo vitam optauit: omnesq; saluos fieri voluit: sʒ nõ omnes salui fiunt: ꝛ ita non est factum quod optauit. Sed non est ignorãdũ in eo fuisse charitatem iuxta modum patrie non vie: eumq; ordinem diligendi implesse qui seruatur in patria non in via. Qui eñ in patria sunt. i. iã btificati sunt: adeo iustitie dei additi sunt: vt nihil eis placeat: nisi qd̃ deo placet. ac per ħ illorũ tñ salutẽ diligunt ꝛ volunt quos deus saluari vult: eosq; solos sicut se diligunt: ita ꝛ xp̃s electos tñ sicut seʒ ad vitã eternã se dilexit: eorũq; salutẽ optauit.

¶ De charitate dei. A

Premissis adijciendũ est de dilectione dei: qua ip̃e Dist.xxxij.
diligit nos que non alia est quam illa qua diligimus eum. Di De charita-
lectio autem dei diuina vsia est: eademq; dilectione pater ꝛ fili⁹ tate ꝗtum
ꝛ spũsanctus se diligunt ꝛ nos: vt supra differuimus. Cũq; ei⁹ ad diuinã
dilectio sit immutabilis ꝛ eterna: alium tamẽ magis alium minus diligit dilectionẽ
Unde Augustinus. Incomprehensibilis est dilectio dei atq; immutabilis Qꝫ aliũ ma
qua deus in vnoquoq; nostrum amat quod fecit: sicut ꝛ odit quod fecim⁹ gis aliũ mi
Miro ergo ꝛ diuino modo etiã qñ odit diligit nos. Et hoc quidem in oĩ nus diligit
bus intelligi potest. Quis ergo digne potest eloqui quantum diligat mẽ- deus.
bra vnigeniti sui ꝛ quanto amplius vnigenitum ipsum. De ipso etiã di- Augu.sup
ctum est: nihil odisti eorum que fecisti. Ex his percipitur ꝙ de⁹ omnes crea Joannem.
turas suas diligat qꝛ scriptum est. Nihil odisti eorum que fecisti. Et item Uidit deus cuncta que fecerat: ꝛ erant valde bona. Si omnia que fecit bo
na sunt, ꝛ omne bonum diligit: omnia ergo diligit que fecit. ꝛ interea ma- Sap.xi.
gis diligit rationales creaturas: ꝛ de illis eas ampli⁹ que sunt mẽbra vni Gen.
geniti sui. ꝛ multo magis ipsum vnigenitum.

¶ Ex qua intelligentia dicitur magis vel minus diligere hec vel illa. B

Cum autem dilectio dei immutabilis sit: ꝛ ideo non intẽditur vel remittit: si queritur que sit ratio dicti cum dicitur magis vel mi
nus diligere hoc ꝙ illud: ꝛ cum dicitur deus omnia diligere. Dicimus di- Phil.iiij
lectionem dei sicut pacem exuperare omnem sensum humanum vt ad. tãte Ex ꝗ sensu
altitudinis intelligentiã vix aliquatenus aspiret human⁹ sensus. Potest oĩa ꝗ fecit
tñ sane intelligi ea ratione dici omnia diligi a deo que fecit. qꝛ oĩa placẽt de⁹ dilige-
ei: ꝛ omnia approbat inq̃tum opera eius sunt nec tunc vel prius vel am- re dicatur.
plius placuerũt ei cũ facta sunt. s. anteq; fierent immo ab eterno omnia pla Qũo alios
cuerunt ei non minus ꝙ postq; esse ceperunt. Qd̃ vero rationales creaturas mag. alios
id est homines vel angelos. alios magis: alios minus diligere dicitur nõ minus dili
mutabilitatem charitatis eius significat: sed quod alios ad maiora bõa: gere di.
alios ad minora dilexit. Alios ad meliores vsus: alios ad minus bonos: Omnia enim bona nostra ex eius dilectione nobis proueniunt. Electorum ergo alios magis alios minus dilexit ab eterno ꝛ diligit etiam nunc quia alijs maiora alijs minora ex dilectione sua preparauit bona aliisq; maio

ra ⁊ aliis minora bona confert in tempore. Unde magis vel minus dicitur hos vel illos diligere.

¶ Quod duobus modis inspicienda est dilectio dei. C

Consideratur enim duobus modis dilectio dei secundū essentiam ⁊ scdm efficientiam. Non recipit magis vel minus scdm essentiā: sed tm̄ scdm efficientiam vt magis dilecti dicantur quibus ex dilectione ab eterno maius bonū preparauit ⁊ in tempore tribuit: ⁊ minus dilecti quibus nō tm̄. Inde etiam est q aliqui quando conuertuntur ⁊ iustificantur dicūtur tunc incipere diligi a deo: non qd deus noua dilectione quēq possit diligere immo sempiterna dilectione dilexit ante mundi constitutionē quoscunq diligit: Sed tunc dicuntur incipere diligi ab eo cū eterne dei dilectionis sortiunt effectū. s. gratiā et gloriā. Unde Augu. Absit vt temporaliter deus aliquem diligat quasi noua dilectione q̄ in ipso ante nō erat apud quem nec preterita transierūt nec futura iam facta sunt. Itaq omnes sanctos suos ante mundi constitutionē dilexit sicut predestinauit. Sed cū cōuertuntur ⁊ inueniunt illum tunc incipere ab eo diligi dicunt vt eo modo dicatur quo potest humano affectu capi quod dicitur. Sic etiam cū irat⁹ malis dicitur ⁊ placidus bonis: illi mutantur ⁊ non ipse: vt lux infirmis oculis aspera firmis lenis est: ipsorum scilicet mutatione non sua. Ita cū aliquis per iustificationem incipit esse amicus dei: ipse mutatur non deus.

Aug. li. v. de trini.

¶ Si quis magis vel minus diligatur a deo vno tempore quam alio. D

Si vero queritur de aliquo vtrum magis diligatur a deo vno tpe q̄ alio distinguenda est dilectionis intelligentia. Si enī referatur ad dilectionis effectum concessibile est: si vero ad dilectionis essentiam inficiabile est.

¶ Si deus ab eterno dilexit reprobos. E

De reprobis vero qui preparati non sunt ad vitam sed ad mortem sic queritur vtrū debeat concedi q deus ab eterno dilexit eos. Dicimus de electis solis simpliciter hoc esse concedendū q de⁹ ab eterno eos dilexit quos ad iustitiam ⁊ coronam preparauit. De nō electis vero simpliciter est concedendū q odio habuit. i. reprobauit. Sicut legitur Jacob dilexi: esau odio habui. Sed nō est simpliciter dicendum q dilexit ne predestinati intelligantur: sed cū adiectiōe concedatur dilexit eos inq̄tū op⁹ eius futuri erant. i. quos ⁊ quales facturus eos erat.

Malach. i.

¶ De quatuor virtutibus principalibus. A

Dist. xxxiij. De virtutibus cardinalibus

Au. l. xiij de trini.

Sap. viij.

Post predicta de quattuor virtutibus que principales vel cardinales vocātur differendū est que sunt / iustitia / fortitudo / prudentia ⁊ temperantia. De quibus Aug. ait. Justitia ē in subueniendo miseris: prudentia in precauendis insidiis. fortitudo in perferendis molestiis. temperantia in coercendis delectationib⁹ prauis. De his dr in li. sap. Sobrietatem ⁊ prudentiam docet iustitiā ⁊ virtutem. Sobrietatē vocat tēperātiā ⁊ virtutē vocat fortitudinē. He virtutes cardinales dicunt vt ait Hiero. quib⁹ in hac mortalitate bene viuit: ⁊ post ad eternā vitam peruenitur: que in xpo plenissime fuerunt ⁊ sunt: de cuius plenitudine nos accepimus. In quo habuerunt vsus eosdem quos in patria habēt: ⁊ quosdā eciā vie. Verūtñ an he virtutes cū ⁊ ipse in alio esse in

apiant: q̃ cũ sine illis prius esset tñ anim⁹ erat desinãt esse cũ ad eterna pduxerint: nõnulla questio est. Quibusdã visum est eas esse desituras: ꝛ de tribus quidem prudentia .s. fortitudine ꝛ temperãtia cũ hoc dr non nihil dici vr: iustitia eñi immortalis est: ꝛ magis tunc perficiet̃ in nobis: q̃ȝ esse cessabit cũ beate viuemus cõtẽplatione nature diuine que creauit oẽs ceterasq̃ȝ instituit naturas qua nihil melius ꝛ amabilius est. Cui regenti subditũ esse iustitie est. Et iõ immortalis est oĩno iustitia: nec in illa beatitudine esse desinet: sed talis ac tanta erit: vt perfectior ꝛ maior esse nõ possit. Fortassis ꝛ alie tres virtutes: prudentia sine vllo iam periculo erroris. fortitudo sine molestia tolerãdorũ malorum. tẽperantia sine repugnatiõe libidinũ erunt in illa felicitate vt prudentie ibi sit nullum bonum deo preponere vel equare: fortitudinis ei firmissime coherere: tẽperantie nullo defectu noxio delectari. Qd̃ vero nunc agit iustitia in subueniendo miseris q̃ prudentia in precauẽdis insidijs: qd̃ fortitudo in perferẽdis molestijs: qd̃ tẽperãtia in coercendis delectationibus prauis: nõ erit ibi oĩno: vbi nihil mali erit. Ista ergo virtutũ opa huic mortali vite necessaria sicut fides ad quã referenda sunt in preteritis habebũtur. Ecce apte hic dicit Aug. q̃ predicte virtutes in futuro erunt: sed alios vsus tũc habebũt q̃ȝ mõ. Cui Beda assentit sup Exod. dicẽs. Colũne ante quas exbãsum est velũ potestates celi sunt quatuor eximijs virtutibus preclare .i. fortitudine prudentia: tẽperantia: iustitia que aliter in celis seruãtur ab angelis ꝛ aiab⁹ sctis q̃ȝ hic a fidelib⁹: ꝛ consequenter assignat Beda vsus illarum virtutũ sm̃ presentẽ statum ꝛ futurũ imitans Aug. in premissis assignationibus.

Qd̃ he vtutes in xp̃o fuerunt. Joan. j.

De vsibus earũ i futuro. Aug. xiiij. de tri. c. ix.

Beda sup Exo. xxvj.

¶ De septẽ donis spũssancti. A

Di. xxxiiij. De septem donis spũs sancti gñaliter.

Nunc de septem donis spiritussancti agenduȝ est: vbi prius considerãdũ est: an hec dona vtutes sint. Secundo an in futuro desitura sint vel oĩa vel horũ aliqua. Deĩde an in xp̃o fuerint cuncta hec dona. Hec dona virtutes esse nec in futuro desitura, Amb. ostẽdit: ea septẽ fore virtutes dicẽs: ꝛ in angelis abũdãtissime esse sic. Ciuitas dei illa hierusalẽ celestis nõ meatu alicui⁹ fluuij terrestris abluit̃: sed ex vite fonte pcedẽs spũssancti: cui⁹ nos breui satiamur haustu in illis celestib⁹ spiritib⁹ redũdanti⁹ videt̃ effluere pleno septẽ virtutum spũaliũ feruẽs meatu. Si ei fluui⁹ riparũ crepidinib⁹ editis supfusus exũdat: q̃ȝto magis spũs oẽȝ supeminẽs creaturã cũ nostre mẽtis archana taq̃ȝ inferiora pstringat celestẽ illã angelorũ naturã effusione q̃dã sanctificationũ vbertate letificat: deinde sctificationẽ exponẽs subdit. His aũt sanctificationib⁹ significat̃ plenitudo septẽ spũaliũ virtutũ, quas enumerat Esaias dicens. Spũs sapiẽtie ꝛ intellect⁹: spũs cõsilij ꝛ fortitudinis: spũs scientie ꝛ pietatis: ꝛ spũs timoris domini. Unũ est ergo flumẽ spũssancti: sȝ multi spũaliũ donorũ meatus. Quãuis ergo multi dicunt̃ spũs vt spũs sapiẽtie ꝛ intellect⁹ ꝛc. Un⁹ tñ est dei spũs sue libertatis arbiter oĩa p auctoritate volũtatis diuidens singulis. Hic expresse traditũ est septẽ dona virtutes esse sanctificationesq̃ȝ fideliũ mentiũ ꝛ in futuro nõ desitura: cum sint ꝛ in angelis.

Amb. i li. de spũ scto q̃ septẽ dona sunt in angelis ꝛ sũt virtutes.

Esai. xl.

Qd̃ in xp̃o fuerũt illa septem dona. B

In christo etiam hec eadem fuisse Esaias ostendit, dicẽs. Egrediet̃ virga de radice iesse: ꝛ flos de radice eius ascẽdet: ꝛ requiescet super eum spũs dñi: spũs sapie ꝛ intellect⁹: spũs cõsilij ꝛ fortitudinis: spũs scientie ꝛ pietatis: ꝛ replebit eum spũs timoris dñi.

Esaie. xj.

¶Quod videtur obuiare premissis. C

His autem videtur obuiare quod Beda de timore domini dicit super parabolas.s. ꝙ omnis timor in futuro cessabit. Ait eñ sic su-
Beda. per illum locum. Timor dñi principium sapientie. Duo sunt timores dñi:
Prouer. seruilis q̇ principium sapiẽtie est: ⁊ amicabilis q̇ perfectionẽ sapientie comitatꝰ. Seruilis principiũ sapiẽtie est: qꝛ q̇ post errata sapere incipit: primo timore corripitꝰ: diuino ne puniatꝰ: sed hũc pfecta charitas foras mittit.
j.Joh.iiij. Succedit huic timor dñi sanctus permanens in seculũ seculi: quem nõ ex-
ps.xviij. cludit charitas sed auget quo timet filius ne vel in modico oculos amantissimi pr̃is offendat: vterqꝫ in futuro cessabit: charitas vero nunq̃ excidet
Augu.sup Aug. vero sup illũ locũ ps. Adorabo ad tẽplũ sctm̃ tuũ in timore tuo: timo-
psal.v. rẽ dei desiturũ dicit sic. Timor dñi est magnũ p̃sidiũ pficientibꝰ ad salutẽ sꝫ puenietibꝰ foras mittitꝰ. Nõ eñ timẽt iã amicũ cũ.s. ad id qđ repromissũ est pducti fuerint. Ex his auctoritatibꝰ significatꝰ ꝙ timor nõ erit in futuro. Si aũt timor non erit in futuro: ergo nec septẽ dona erũt nec modo sunt in angelis siue in aiabus sanctis. Ad qđ dicimus auctoritatũ premissarum que videntur repugnantiã dirimentes: ꝙ septẽ illa dona ⁊ in angelis modo sunt ⁊ in aiabus sanctis feliciter viuẽtibꝰ ⁊ in nobis erunt in futuro: sed nõ habebũt oia hos vsus siue hec officia que nũc habent: vt verbi grã: Timor filialis modo facit timere ne offendamus quẽ diligimus: et ne separemur ab eo: facit etiã nos revereri eũdẽ. In futuro vero faciet nos revereri quãdo nõ timebimus separari vel offendere. Non ergo metus separationis vel offensiõis nũc est in angelis vel in animabꝰ sanctis nec in nobis erit in futuro: sed reuerentia q̃ est mixta cũ subiectione dilectiõis: que etiã
Hebr.v. in xp̃o fuit sicut apostolus dicit i epistola ad hebreos loquẽs de Christo. Qui exauditus est pro sua reuerentia. Quidam tamen sm̃ effectum timorẽ in christo et in angelis tantum esse contẽdunt.

¶Plena timorum distinctio. D

Et quia de timore tractandi nobis occurrit locus. Sciendum est quatuor esse timores.s. mundanũ siue humanũ seruilẽ initialẽ ca-
Cassiodorus super stũ vel filialẽ siue amicabilẽ. Humanꝰ timor est. vt ait Cassiodorus: qñ ti-
psal. memus pati pericula carnis: vel pdere bona mũdi pp̄ter qđ delinquimꝰ. Hic timor malus est q̇ in primo gradu cũ mũdo deseritꝰ: quẽ dñs phibet in
Mat.x. euãgelio dicẽs. Nolite timere eos q̇ occidũt corpus ⁊c. Timor aũt seruilis
Luce.xij. est vt ait Aug. cũ p timorẽ gehenne cõtinet se homo a peccato quo p̃sentiã
Augu.sup iudicis ⁊ penas metuit: ⁊ timore facit q̇cq̇d boni facit: nõ timore amittẽdi
psal. eternũ bonũ qđ nõ amat: sed timore patiẽdi malũ qđ formidat. Nõ timet ne pdat amplexꝰ pulcherrimi spõsi sꝫ timet ne mittatꝰ in gehẽnam. Bonus est iste timor ⁊ vtilis: licet insufficiẽs p quẽ fit paulatim cõsuetudo iustitie et succedit initialis timor qñ incipit qđ durũ erat amari. ⁊ sic incipit excludi seruilis timor a charitate: ⁊ succedit deinde timor castꝰ siue amicabilis: quo timemus: ne spõsus tardet: ne discedat: ne offendamꝰ: ne eo careamꝰ: timor iste de amore venit. Ille quidẽ seruilis est vtilis: sed non permanens in eternum et iste timor diuinus comes est per omnes gradus.

¶Collectio predictorum. E

Et attende ꝙ quatuor hic distinguuntur timores cum supra Beda duos dixerat esse. Sed Beda humanum timorẽ pretermisit ⁊ nomine seruilis duos quos hic distinximus complexus fuit: scilicet seruilem

et initialē. Amicabilē vero castum dixit Augu. quoq₃ seruilē et castū timorem aperte discernit: dū epistole ad Rom. illū locū exponit. Non enim accepistis spm̄ seruitutis iterū in timore: sed accepistis spiritū adoptiōis filiorū dei: ita dicēs. Duo timores insinuātur hic: vnus q̄ est in pfecta charitate. s. timor castus alter. qui non est in charitate. s. seruilis: in quo q̄uis deo credatur: non tamen in deum: et si bonum fiat: non tamen bene. Nemo enim inuitus benefacit etiam si bonum est quod facit. Rom. viij.

¶ De casto et seruili plenius agit tangens interdum de initiali. ff

De his eisdē timoribus latius disputat Augustinus dicens. Cepit aliq̄s credere diem iudicij si cepit credere: cepit et timere. Sed qr adhuc timet. nondū h₃ fiduciā in die iudicij nondū est in illo perfecta charitas: sed si pfecta in illo esset charitas: nō timeret: perfecta enim charitas faceret pfectā iustitiā ⁊ nō haberet vñ timeret: immo haberet quare desideraret vt trāseat iniq̄tas ⁊ veniat regnū dei: ergo timor nō est in charitate. Sed in qua charitate? nō in inchoata. In qua ergo? In pfecta: pfecta ergo charitas foras mittit timorē: ergo incipiat timor. qr initiū sapiētie timor dñi. Timor em̄ q̄si locū preparat charitati. Cū aūt ceperit charitas habitare pellit timor q̄ ei p̄parauit locū. Quātū em̄ illa crescit: ille decrescit: ⁊ q̄ntum illa sit interior: timor pellit foras/ maior charitas/ minor timor/ minor charitas/ maior timor. Si aūt nullus est timor: nō est quo intret charitas: sicut videm᷑ p setā introduci linū qn̄ aliq̄d suitur: seta prius intrat nisi exeat nō succedit linū. Sic timor primo occupat mentē nō autē ibi remanet timor: quia ideo intrauit vt introduceret charitatem. in. ix. ome. sup epla. Joh̄ā. iiij. Hic tangit de initiali timore. s. Similitudo de seruilis timoris inducitur.

¶ Quod videtur predictis aduersari. G

Est autem alia sententia que videtur huic esse contraria: si non h₃ piū intellectorē. Dicit̄ em̄ in psal. Timor dñi castus permanet in seculū seculi. Eternū quēdam timorē nobis ostendit sc₃ castū. Uō si ostendit ille nobis eternū timorē nunquid contradicit illi ista epistola q̄ dicit. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorē. Hoc em̄ dictū est per iohānē: illud dictū est per Dauid. Sed nolite putare aliū esse spiritū: si enim vnus flatus inflat duas tibias non potest vnus spirit᷑ implere duo corda ⁊ agitare duas linguas? Si spiritu vno. i. flatu implete due tibie cōsonāt: implete due lingue spū dei dissonare possunt? immo est ibi q̄dā cōsonātia: est q̄dā concordia: sed auditorē desiderat studiosum nō ociosum. Ecce mouit duas linguas spūs dei: et audiuimus ex vna: timor non est in charitate: audiuimus ex alia timor dñi castus pmanet in seculū seculi. Quid est hoc? Dissonant? Non. Excute aures: intende melodiam nō sine causa hic addidit castus: ille nō addidit: quia est timor aliquis q̄ dicitur castus: est alius qui non dicitur castus. Discernam᷑ istos duos timores et intelligamus consonantiam tibiarum. Quomodo discernim᷑? Attēdat charitas vestra. Sunt hoīes qui propterea timēt deum ne mittātur in gehennā: ne forte ardeant cū dyabolo in igne eterno: ipse est timor q̄ introducat charitatē sed sic venit vt exeat. Si em̄ ppter penas times deū nondū amas quē sic times: non bona desideras: sed mala caues. Sed ex eo quia mala caues corrigis te ⁊ incipis bona desiderare: cūq₃ bona desiderare ceperis erit i te timor castus? Quid est timor castus? Timere ne amittas ipa bona timere deū ne recedat a te. Cū autē times deum ne te deserat presentia eius: amplecteris eum: ipso frui desideras. Ps. xviij. i. Joh. iiij. Augusti.

¶ Quomodo distant duo timores per similitudinem duarũ mulierum ostendit. D

Non potes melius explanare qd intersit inter istos duos timores ꝙ si ponas duas mulieres maritatas: quarum vnam constituas volentem facere adulterium: sed timet ne damnetur a marito. Timet maritum q: adhuc amat nequitiam: huic non grata est sed onerosa mariti presentia et si forte viuit nequiter: timet maritum ne veniat. Tales sunt q̃ timent diem iudicij. Fac alterã amare virũ et debere illi castos amplexus nulla se adulterina immundicia maculare velle: ista optat presentiam viri. Illa timet: et ista timet. Iam ergo interrogentur quare timeãt. Illa dicet. Timeo virũ ne veniat. Ista dicet. Timeo virũ ne discedat. Illa dicet. Timeo virũ ne dãnet. Ista dicet. Timeo virũ ne deserat. Pone hec in alio ꝛ inuenies timorẽ quẽ foras mittit charitas: ꝛ aliũ timorẽ castũ permanẽtẽ in seculũ seculi. Illũ timorẽ ꝑfecta charitas foras mittit: q: ille timor tormentũ habet: torquet conscientiã peccatorum: nondũ facta est iustificatio. Est ibi qd titillat mentẽ/ quod pungat/ quod stimulat. Stimulat ille timor sʒ intrat charitas q̃ sanat qd vulnerat timor: timor castus facit securitatẽ in animo. Audiuimꝰ duas tibias scʒ Iohannẽ et Dauid consonantes: illa de timore dei dicit quo timet anima ne dãnetur: ista de timore quo timet anima ne deserat. Ille est timor quem charitas excludit: iste est timor q̃ ꝑmanet in seculũ seculi. Ecce in his verbis predictis aperte ostendit Augu. qs sit timor castus et quis seruilis: ꝛ qualiter differant. In quibꝰ etiã initialẽ timorẽ significauit qui nec ex toto est seruilis: nec ex toto castus: sed tãq̃ medius aliquid de seruili et aliquid de casto timore habet: facit eñ seruire partim timore pene: partim amore iustitie per quẽ timemꝰ puniri et timemꝰ offendere. Iste timor est in inchoata charitate nõ in ꝑfecta/ ꝛ quãtũ crescit charitas tantũ decrescit iste timor/ quãtũ ad metũ pene.i.quãtũ ad id qd facit timere penã et quantũ ad tormentũ conscientie. Nã quantomagis diligimus tantominus timemꝰ. Iste timor notatur in illis verbis Augu. vbi non negat timorem esse in charitate inchoata sed ꝑfecta/ quod non posset dici de seruili. q: vt ipse supra dixit seruilis timor non remanet veniente charitate nec intrat charitas nisi prius ille timor exeat. nec in illo timore aliquis credit in deum. et si credat deo nec benefacit. etiam si bonum est quod facit. Non est ergo timor ille in charitate etiam inchoata q: omnis qui charitatẽ habet/ licet non perfectam et in deum credit: et bona opera facit: quare seruilis non est timor ille quem in charitate inchoata fore cõcessit ꝛ quẽ crescente charitate decrescere dixit. Sed ille est timor initialis quem non negat esse in charitate nisi perfectã sit.

¶ Quod timor seruilis et initialis dicitur initium sapiẽtie/ sed differenter. I

Sciendum tamen est ꝙ vterqꝫ timor scʒ seruilis et initialis in scriptura diuersis locis dicitur initiũ sapientie: et ita fore comperies si diligenter annotaueris loca scripture in quibus de timore dñi fit mẽtio/

Prouer.j. ex alia tñ ratiõe et cã diuersa dr seruilis timor initiũ sapiẽtie: ꝛ ex alia ini-

ꝛ.ix. tialis. Seruilis eñ ideo dr initiũ sapientie/ q: preparat locũ sapiẽtie et du-

Eccli.j.et cit ad sapiẽtiã: sed tñ q: timor iste nõ est in charitate: nõ remanet cũ ea immo foras exit. Initialis vero dr initium sapientie/ quia est in inchoata sapientia quem cum quis habere incipit/ sapientiam et charitatem habere incipit. Inde etiam est quod vterqꝫ timor dicitur initialis/ quod inuenitur

poteris per diuersa scripture loca. Uterqꝫ etiam timor interdum dicitur seruilis: quia et ipse initialis qui est in charitate inchoata aliquid habet de seruili scilicet angorem pene, sicut et aliquid habet de casto: scilicet ꝙ timet offendere ac separari.

¶ De hoc quod Augu. dicit castū timorē esse eternum. K

Illud quoqꝫ diligenter est notandum ꝙ in superioribus Augustinus dicit castū timorem esse eternum ꝑ qđ ↄfirmaẗ ꝑmissa sententia: scꝫ ꝙ spūs timoris erit in futuro sicut ⁊ alia dona spūsscti, sꝫ nō habebit oēm illū vsum quē modo habet. Faciet eñ tūc nos revereri deū: non timere separari vel carere. Fuit ergo ⁊ in xp̄o timor ille: sed iuxta vsum illū quem habebit in futuro in sanctis. Non enim timuit christus separari vel offendere deum, sed eum pre omnibus reueritus est.

¶ An timor pene qui fuit in christo fuerit seruilis vel initialis vel alius. L

Cum autē fuerit in christo timor pene: queritur an iste timor fuerit mūdanus: vel seruilis vel initialis. Ad qđ dicimus nullū eorū fuisse in christo: qꝛ timor mūdanus malus est vt supra dictū est: ⁊ in primo gradu cū mūdo deseriẗ. Seruilis vero vel initialis in perfecta charitate nō est. Nullus ergo timorum istorū fuit in xp̄o. Quis ergo fuit timor iste quo penam timuit? Potest timor ille dici naturalis vel humanus q̇ oib⁹ hominib⁹ inest quo horretur mors ac formidatur pena. Et dicitur timor iste naturalis: non qꝛ accesserit homini ex natura secundū ꝙ prius fuit instituta, qꝛ non fuit iste timor concretus homini nec de bonis naturalib⁹: sed quia ex corrupta natura per pctm̄ oib⁹ aduenit, cui corruptio inoleuit tāqꝫ esset naturalis: ⁊ est iste timor effectus peccati vt predictum est.

¶ Quomodo differunt sapientia et scientia. A

Post premissa diligēter cōsiderādū est in quo differat sapientia a scientia. De hoc Augu. ita ait. Philosophi disputantes de sapientia diffinierunt eā dicentes. Sapiētia est rerum diuinarum humanarumqꝫ sciētia. Ego quoqꝫ vtrarumqꝫ rerū cognitionē id est diuinarum et humanarum et sapientiam et scientiam dici posse non nego. Uerum iuxta distinctionem Apostoli qua dixit: alij datur sermo sapientie: alij sermo scientie: illa diffinitio diuidenda est: vt rerū diuinarum cognitio sapientia proprie nuncupetur: humanarum vero rerum cognitio proprie scientie nomen obtineat. Neqꝫ vero quicquid sciri ab homine potest in reb⁹ humanis: vbi plurimum superuacue vanitatis ⁊ noxie curiositatis est huic sciētie tribuo: sed illud tātum quo fides saluberrima que ad veram beatitudinem ducit gignitur: nutritur: defenditur: roboraẗ: qua scientia non pollent fideles plurimi: qꝫuis polleāt ipsa fide plurimū. Aliud est enim scire tantūmodo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam: aliud est scire quomodo hoc ipsum ⁊ pijs opituletur vel contra impios defendatur q̄ ꝓprio vocabulo appellaẗ scientia. De his quoqꝫ duabus virtutibus idē Augu. differentiā inter eas assignās sup psal. ait. Distat sapiētia a sciētia testāte sancto Job qui quodāmodo singula diffiniēs ait: sapientia est pietas: sciētia vero abstinere a malis. Pietatem vero hoc loco posuit dei cultum: que grece dicitur theosebia: que est in cognitiōe ⁊ dilectiōe eius quod semper est et incōmutabiliter manet qđ deus est. Abstinere vero a malis est in medio praue nationis prudēter con

Dist.xxxv. De dono sapiētie: itellect⁹ ⁊ scie.

August. in xiiij. lib. de trini.

Diffinitio sapiētie s3 philoso.

j. Cor. j.

Distinctio sapiētie et sciētie secū dū theologos.

Au. in Enchiridion.

Job. xxviij

Phil. ij.

uersari. Idē quoq̧ inter hec duo aperte distinguens ait in lib.xij.de tri. Distat ab eternorū cōtēplatione actio qua bene vtimur tēporalibus rebus. et illa sapiētie hec sciētie deputatur q̄uis ⁊ illa que sapientie est possit nūcupari scientia vt Apostolus asserit vbi dicit. Nūc scio ex parte quā scientiā

i.Cor.xiij. profecto cōtemplationis dei vult intelligi. In hoc ergo differētia est: q̄ ad cōtemplationē sapientia: ad actionē vero scientiā pertinet. Ecce aperte demonstratum est in quo differant spūs sapientie ⁊ spūs scientie/scȝ vt sapiē

Au.i li.xiij de tri. tia diuinis scientia humanis attributa sit rebus. Et vt docet Augu. vtrūq̧ agnoscimus in christo scȝ vt reȝ diuinam ⁊ rem humanā/⁊ ideo de ipso ha

Ioh.i. bemus sapientiā ⁊ scientiā. Cū enim legitur verbū caro factū est: in verbo

Au.i li.xij. de ecclasticis officijs. intelligitur verus dei filius in carne agnoscitur verus hominis filius. Iteȝ cum dicitur/vidimus plenū gratie ⁊ veritatis. gratiam referamus ad scientiam/⁊ veritatem ad sapientiam: q̄ in christo sapientia ⁊ scientia fuit plenarie ⁊ nos scientiam ⁊ sapientiam de eo habemus qui est deus ⁊ homo.

¶In quo differat sapientia ab intellectu. B

Ostensa differentia inter scientiam ⁊ sapientiam quid distet inter sapientiam ⁊ intellectum videamus. In hoc differunt illa duo/q̄ sapientia proprie est de eternis que veritati eterne cōtemplande intendit. Intelligentia vero non modo de eternis est. sed etiā de rebus inuisibilibus ⁊ spiritualibus tēporaliter exortis. Per eam eīn ⁊ natura summa que fecit omnes naturas: id est diuina consideratur: ⁊ que post ipsam sunt spūales et inuisibiles nature vt angeli ⁊ omnes anime bone affectiones cōspiciūtur. In hoc ergo differentia est: q̄ sapientia creator tantū cōspicitur: intellectu

Quō dfnt scia intelligentia ⁊ sapientia. vero ⁊ creator ⁊ creatura quedā. Itē intellectu intelligibilia capimus tantum: sapientia vero non modo capimus superiora sed etiā incognitis delectamur. Sic ergo distingui potest inter illa tria scȝ intellectū/scientiā ⁊ sapientiam. Scientia valet ad rerū tēporaliū rectam administrationem ⁊ ad bonā inter malos cōuersationem. Intelligentia vero ad creatoris ⁊ creaturarum inuisibiliū speculationē. Sapientia vero ad solius eterne veritatis contemplationem ⁊ delectationem.

¶Qꝫ intellectus ⁊ scientia de quibus hic agitur non sunt illa que naturaliter habet homo. C

Et notandum q̄ intellectus ⁊ scientia que dicuntur dona spiritussancti alia sunt ab intellectu ⁊ scientia que naturaliter sunt in anima hominis: he enim virtutes sunt que per gratiam infunduntur in animas fideliū/vt per eas recte viuāt. Illa vero naturaliter habet homo ex beneficio creationis a deo tū. Per has aūt virtutes que dicuntur dona spiritussancti illa naturalia reformantur atq̧ adiuuātur/vt verbigratia. Intellectus naturalis peccato obtenebratus/ per virtutē quandā ⁊ gratiā que dicit̄ spiritus intelligentie reformatur atq̧ adiuuatur ad intelligēdū. Ita ⁊ per illam virtutē que dicit̄ spiritus sapientie iuuatur atq̧ erigitur mētis ratio ad contēplationem ⁊ delectationem eterne veritatis.

¶Qꝫ sapientia ista dei est: nec est illa que deus est. D

Illud etiam sciendū q̄ sapientia de qua nunc disserimus/

Au.i.xiiij. li.de tri. non est illa sapientia dei vt ait Augustinus que deus est sed hominis sapientia/vera tamen que ſm deum est: ac verus ⁊ precipue cultus eius est. Si ergo colat mens hominis deuȝ: cuius ab eo capax facta est: ⁊ cuius esse particeps potest sapiēs ipsa fit ⁊ non lucet/ sed summe illius lucis partici

pationе sapiẽs sit. Ista ergo hoīs sapientia etiā dei est, verū nō ita dei est: vt ea sapiẽs sit deus. Nō enim participatione sui sapiẽs est sicut mẽs participatione dei. Sic etiā dicit iustitia dei nō solū illa qua ipse iustus est: sȝ etiam illa quam dat homini cum iustificat impium.

¶ De cōnexione virtutum que non separātur. A

Solet etiam queri vtrum virtutes ita sint sibi coniuncte vt separatim nō possunt possideri ab aliquo: sed qui vnā habet omnes habeat. De hoc etiā Hierony. ait. Omnes virtutes sibi herent vt qui vna caruerit omnibus careat. Qui ergo vnam hȝ omnes hȝ. Quod quidẽ probabile est. Cū enim charitas mater sit oīum virtutū: in quocūqȝ mater ipsa ẽ. s. charitas, ⁊ cūcti filij eius id est virtutes recte fore creduntur. Vñ Aug. Ubi charitas est, quid est qđ possit deesse. Ubi aūt non est quid est quod possit ꝓdesse. Cur ergo nō dicimus qui hanc virtutem habet omnes hȝ cū plenitudo legis sit charitas qua quātomagis est in homine: tātomagis est virtute preditus. quāto vero minus tāto minus inest virtus: ⁊ quāto minus inest virtus, tanto magis inest vitium.

Dist. xxxvj de cōnexiōe habituum gratuitoꝝ.

Hiero. sup Esai. 35. xj.

Aug. super Johannem.

¶ Si cuncte virtutes pariter sint in quocūqȝ sunt. B

Utrum vero pariter quis omnes possideat virtutes an alie magis alie minus in aliquo ferueant questio est. Quibusdam enim videtur ꝙ alie magis alie minus habeantur ab aliquo sicut in Job patientia eminuit: in Dauid humilitas: in Moyse māsuetudo, qui etiam cōcedūt magis aliquem mereri per aliquā vnam virtutẽ ꝙ̄ per aliā sicut eam plenius habet ꝙ̄ aliam. Non tamen magis per aliquā mereri dicunt ꝙ̄ per charitatẽ: nec aliquā plenius a quoqȝ haberi quā per charitatẽ. Alias ergo magis ⁊ alias minus in aliquo esse dicunt, sed nullam plenius charitate que ceteras gignit. Hasqȝ dicunt esse multas facies quas memorat Apostolus dicens. Ex personis multarū facierū ⁊c. Alij verius dicūt omnes virtutes ⁊ similes ⁊ pares esse in quocūqȝ sunt. vt qui in vna alteri par extiterit, in omnibus eidẽ equalis sit. Unde Augu. Uirtutes que sunt in animo humano: quāuis alio ⁊ alio modo singule intelligantur: nullo modo tñ separantur abinuicem: vt quicūqȝ fuerint equales. verbigratia: in fortitudine equales sunt ⁊ prudentia ⁊ iustitia ⁊ tẽperātia. Si enim dixeris equales esse istos in fortitudine: sed illū prestare prudẽtia: sequitur vt huius fortitudo minus prudens sit, ac per hoc nec fortitudine equales sunt: q2 est illius fortitudo prudentior, atqȝ ita de ceteris virtutibus inuenies: si omnes eadē cōsideratione percurras. Ex his clarescit omnes virtutes nō modo esse cōnexas sȝ etiam pares in animo hoīs. Cum ergo dicit aliquis aliqua preeminere virtute vt Abrahā fide Job patiẽtia secundū vsus exteriores accipiendū est: vel in cōparatione alioꝝ hoīm: q2 vel humilitatis habitū maxime prefert, vel opus fidei, vel alicuius ceterarū virtutū precipue exequitur. Unde ⁊ ea pre alijs pollere vel inter alios homines singulariter excellere dicit. Secundū hunc modū. s. fm rationẽ actuū exterioꝝ vt alibi Aug. dicit: l aliquo aliā magis esse virtutẽ aliā minus: ⁊ vnā inesse virtutẽ ⁊ nō alterā. Ait enim sic. Clarissima disputatione tua satis apparuit nō placuisse authoribus nostris immo veritati ipsi oīa paria esse peccata etiā si hoc de virtutibus verū sit: q2 et si verū est eū qui hȝ vnā oēs virtutes habere, ⁊ eū qui vnā nō hȝ nullā habere: nec si peccata sunt paria: q2 vbi virtus nulla est, nihil rectum est: nec tñ ideo nō est prauo prauius distortoqȝ distortius. Si aūt qđ puto esse verius sacrisqȝ literis cōgruẽtius: ita sunt aīe intẽtiones vt corporis mẽbra: nō ꝙ vi-

Augu. ad Hierony.

Rom. xiij.

ij. Cor. j.

Aug. in. vj li. de tri.

Au. i epla ad Hiero.

deantur locis sed ꝙ sentiant affectibꝰ. ⁊ alius illuminat amplius: aliꝰ minus/alius oino caret lumine ꝑfecto vt quisq͂ illustratione pie charitatis affectus est: in alio actu magis: in alio minus in aliquo nihil sic dici pōt habere aliā ⁊/aliaʒ nō habere ⁊ aliā magis aliam minus. Nā ⁊ maior est in isto charitas q͂ in illo: ⁊ ideo recte possumus dicere ⁊ aliqua in isto/nulla in illo q͂ꝛtū pertinet ad charitatē que pietas est: ⁊ in vno homine quidem ꝙ maiorē habeat pudicitiā q͂ patientiā: ⁊ maiorē hodie q͂ heri si ꝓficit in ea ⁊ adhuc nō habeat cōtinentiā ⁊ habeat nō paruā miam. Et vt generaliter breuiterq͂ cōplectar quā de virtute habeo notionē virtus est charitas qua id qđ diligendū est diligitur hec ⁊ in alijs maior est in alijs minor: ⁊ i alijs nulla est. plenissima vero que iam nō possit augeri q͂diu hic homo viuit in nemine est. Hic insinuari videt: ꝙ aliquis ea ratione possit dici habere vnā virtutē magis q͂ aliam q ꝛ per charitatē magis afficitur in/actu vnius virtutis q͂ alterius: ⁊ ꝓpter differentiā actuū ipsas virtutes magis vel minus habere dicit. Potest ⁊ aliquā non habere cū tamen simul/omnes/⁊ pariter habeat q͂tum ad mentis habitum vel essentiam cuiusq͂. In actu vero aliā magis aliam minus habet: aliam etiā nō habet vt vir iustus vtēs cōiugio non habet cōtinentiam in actu quam tamen habet in habitu. Cur ergo nō dicantur paria peccata. Forte quia magis facit contra charitatem qui grauius peccat minus qui leuius. Nemo enim peccat nisi aduersus illam faciendo que est plenitudo legis. Ideo recte dicitur. Qui offenderit in vno factus est omnium reus. id est contra charitatem facit in qua pēdent omnia.

Rom. xiij. · Jacobi. ij.

¶ Repetit de charitate: vt addat quō tota lex ex ea pendet. C.

Cum duo sint precepta charitatis in quibus vt prefatū est tota lex pendet ⁊ prophete/aduertendū est quō hoc fit: cum in lege ⁊ prophetis multa fuerint cerimonialia mandata que si ad charitatis sanctificationem pertinuissent: viderentur nondū debuisse cessare. Quia vero non iustificationis gratia quam facit charitas instituta sunt sed in figura futuri/⁊ in onus posita: ideo clarescente veritate cessauerunt velut vmbra. Uerumtamen ⁊ ipsa cerimonialia ſm spiritualē intellectū quē cōtinent: ⁊ omnia moralia ad charitatē referuntur. Pertinent enim omnia ad decē mādata in tabulis scripta vbi omniū summa perstringitur: ex quibus cetera emanant sicut in sermone dñi octo virtutes premittuntur ad quas cetera referūtur. Et sicut ad decē mandata decalogi cetera referunt: ita ⁊ ipsa decem ad duo mandata charitatis pertinent. Omnia ergo ad duo mandata charitatis pertinent: q ꝛ per charitatē implentur: ⁊ ad charitatē tanq͂ ad finē referri debent. Unde Aug. Totā magnitudinē ⁊ amplitudinē diuinoꝝ eloquiorum possidet charitas qua deum proximumq͂ diligimus que radix est omnium bonorum. Unde veritas ait. In his duobus mādatis vniuersa lex pēdet ⁊ prophete. Si ergo nō vacat omnes paginas sacras perscrutari: omnia inuolucra sermonū euoluere: tene charitatē vbi pendent omnia: q ꝛ perfectio est ⁊ finis omniū. Tunc enim ⁊ precepta ⁊ cōsilia recte fiunt cū referūtur ad diligendū deū ⁊ ꝓximū propter deū. Qđ vero timore pene vel aliqua intētione carnali fit vt non referatur ad charitatē/nondū fit sicut fieri oportet q͂uis fieri videatur. Inimicus enim iustitie est qui pene timore nō peccat. Amicus vero iustitie qui eius amore nō peccat. Omnium ergo hec summa est vt intelligatur legis ⁊ omnium diuinarū scripturarū plenitudo esse dilectio dei ⁊ proximi.

Mat. xxij. · Au. i li. de doctri. xpi. · Mat. xxij. · Au. i ench. · Augu. ad Anastasiū · Au. de doc. xpiana.

¶ De decē preceptis quō cōtineant in duobꝰ mādatis charitatis. D

SEd iam distributio decalogi que in duobus mandatis cõpletur consideranda est. Habet enim decalogus decem precepta que sunt decacordum psalterium que sic sunt distributa vt tria que sunt in prima tabula pertineant ad deum. s. ad cognitionem ꝛ dilectionem trinitatis, septem que sunt in secunda tabula ad dilectionem proximi.

Di. xxxvij. De ꝑcepto rũ dcalogi distictiõe ꝛ cõpatõe ad scripturaȝ tabularuȝ.

¶De primo precepto. B

Hic queritur an baptismus esset verus si diceretur in noie patris tm: vel spūsancti tm: vt cum dicē in noie Christi Amb. videtur dicere q si fide mysteriū trinitatis teneaē et vna persona tm noietur: plenuz est sacramentū: et econuerso si tres nominenē et non recte de aliquo illorū sentiatur: vacuū fieri mysteriū trinitatis. Ait enim sic. Ubi non est plenum baptismi sacramentū: nec principiū nec species aliqua baptismi estimaē. plenū aūt est si patrē ɀ filiū et spmsanctū fatearis. Si vnū neges: totū subrues et si vnū in sermone cōprehendas: vel patrē vel filiū vel spmsanctū: fide autē nec patrē nec filiū nec spmsanctū abneges: plenū est fidei sacramentum. Ita etiam licet patrē et filiū et spmsctm dicas et patris et filij et spūsancti p minuas potestatē vacuū est omne mysteriū. Cū em dicitur in noie Christi p vnitatē nois impletū est mysteriū nec a Christi baptismate spiritus separatur quia Christus baptizauit in spiritu.

Nicola' papa ad ɔsulta bulgarorū de cōse. dist. iiij. a quodam.

Ac. viij. ɀ x

Amb. l li. d spūsctō. ca. iiij.

C Questio Ambrosij. D

Nunc consideremus vtrum sicut in Christi noie legimus baptismi plenū esse sacramentū: ita etiam spūsancto tm nuncupato nihil desit ad mysterij plenitudinē. Rōnē sequamur: qui vnū dixerit: trinitatē signauit. Si christū dicas: et patrē a quo vnctus est filius et ipsum qui vnctus est scz filiū: et spmsanctū quo vnctus est designasti. Scriptū est em hūc esse Jesum a nazareth quē vnxit deus spūsancto: et si patrē dicas filiū eius et spm oris eius pariter indicas: si tm id etiā corde ɔprehendas. Et si spmsanctū dicas deū patrē a quo procedit et filiū eius cuius est spūs nuncupasti. Unde et rationi copuleē auctoritas: dñs dicit. Uos autē baptizabimini spiritusancto: ex quo indicat non recte posse baptizari in spūsancto.

Solutio.

Act. x. f.

Actu. j. a

Jo. j.

Math. iij.

C Perstringit premissorū intelligentiaz cum determinatione cuiusdam dicti. E

Ex his aperte itellexisti in nomine christi verū baptisma tradi: vnde nihilominus insinuari videtur verum baptisma tradi posse in nomine patris tantum vel spiritussancti tantum: si tamen ille qui baptizat fidem trinitatis teneat/que trinitas in quolibet horū nominū intelligitur. Si autem aliquis peruerse credens et errorē inducere intendens vnum de tribus tantū nuncupet: non complet mysterium. Quod vero ait nominatis tribus vacuū esse mysteriū si baptizans minuat potestatē patris vel filij vel spiritussancti. i. si male sentiat de potentia alicuius horum non credēs vnam potentiam trium: intelligendum est hoc super eum qui non intendit

Quid opoeteat determinari.

nec credit baptizare qui non tm̄ caret fide:sed etiā intentionē baptizandi non habet. Qui vero baptizat in nomine christi:baptizat in nomine trinita
Ambro. in tis que ibi intelligitur. Tutius est tamen tres personas ibi nominare, vt
li. de tri. ad dicatur: in nomine patris et filij et spūsancti non in noībus sed in nomine. i.
in noīe prīs in inuocatione vel in confessione patris et filij et spūsancti. Inuocat enim
et filij et spi ibi tota trinitas vt inuisibiliter ibi operetur per se: sicut extra visibiliter p
ritussancti. ministeriū. Si autem dicatur in nominibus, non est ibi sacramentū, quia non seruatur forma baptismi.

De institutione baptismi. F

De institutione baptismi quando ceperit: varie sunt estimationes. Alij dicunt tunc esse institutū cum Nicodemo christus ait. Nisi
Joh.iij. quis renatus fuerit ex aqua et spūsancto ꝛc. Alij dicunt institutionem ba-
Math.vlt. ptismi factā cū Apostolis dixit. Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filij et spūsancti. Sed hoc dixit eis post resurrectionē precipiens eis de vocatione gentium quos ante passionē binos miserat ad
Luce.x. predicandū in iudea et ad baptizandū dicens, In viā gentiū ne abieritis.
Math.x. Iā ergo institutus erat baptismus: q2 baptizabāt simul et predicabant.

De forma in qua baptizauerunt Apostoli ante passionem christi. G

Joha. vlt. Si vero queritur in qua forma tunc baptizauerunt Apostoli? Sane dici potest i nomine trinitatis. s. in ea forma in qua baptizauerunt postea gentes, que ante passionē potest intelligi fuisse tradita: lz non sit scriptū. Non ergo tunc illā formā xp̄s prius tradidit cū ad euangelizādum gentibus misit, sed quam ante tradiderat mittēs eos in Judeā postiterauit cū ad gentes misit. Cōmodius ergo dicitur institutio facta quādo
Math.iij. Christus a Johanne baptizatus est in iordane ꝙ dispēsauit: non quia mū
De ɔse. di. dari voluit cum sine peccato fuerit: sed quia cōtactu munde carnis sue vim
iiij. nunꝙ regeneratiuā contulit aquis vt qui postea immergeretur inuocato noīe tri
aque. nitatis: a peccatis purgaretur. Tunc ergo inuocato nomine trinitatis institutus est baptismus christi in quo trinitas cuius mysteriū ibi innotuit interius hominē baptizat.

Quare in aqua tantum fiat. H

Celebratur aūt hoc sacramentū tm̄ in aqua non in alio li-
Ambr. sup quore vt ait xp̄s. Nisi qs rena. ꝛc. Ideoqꝫ vniformiter id fieri in aqua preci-
eplam Ad pitur: vt intelligatur ꝙ sicut aqua sordes corporis ac vestes abluit: ita ba-
Rom. ptismus maculas anime sordesqꝫ viciorū emundando abstergit. Uel ideo vt nullū inopia excusaret: quod posset fieri si in vino vel oleo fieret, et vt cōmunis materia baptizandi inueniretur apud omnes quod aqua signauit
Joh.xix. que de latere christi manauit sicut sanguis alterius sacramēti signū fuit. Non ergo in alio liquore pōt consecrari baptismus nisi in aqua.

De immersione quotiens fieri debeat. I

De immersione vero si querit quō fieri debeat precise. Rn̄demus vel semel vel ter pro vario more ecclesie. Unde Gregorius. De trina
Gre. Leādro immersione baptismi nil verius respōderi potest ꝙ quod vosipsi sensistis:
epo: et allē quia in vna fide nihil officit ecclesie sancte consuetudo diuersa. Quia eī in
gat. ɔs. di. tribus subsistentijs vna substantia est: reprehensibile esse nullatenus pōt
iiij. de tri. infantē in baptismo ter vel semel immergere: q2 et in tribus mersionib⁹ psonarum trinitas: et in vna potest diuinitatis singularitas designari. Nos

vero qui tertio immergimus etiam triduane sculpture sacramentum signamus. Secundum hoc licet non modo ter sed etiaz semel immergere tm̄. Ibi tamen dūtaxat inmergere semel licet: vbi consuetudo ecclesie talis existit. Si quis vero id facere incipiat vbi consuetudo talis non est: vel semel tantum mergendū asserat reprehensibilem se constituit. Unde haymo. In suo sensu abundabat Cyprianus cum semel mergebat in baptismo paruulos qu. quod intelligebat studiose implebat bonis operibus abundando: licet in hoc nescius delinquere.: sed quia bonis operibus abundabat: postea cor. e illō vnusqsq̄ prius a deo abundauit altiori sensu: ter illos mergendo. Ecce habemus: q̄ q̄ ī sēsu suo deliquit qui semel mersit. Sed hoc ideo: quia aliter se habebat consuetudo illius ecclesie: vel quia vnā tm̄ faciendam mersionē asserebat. De trina mersione Augustinus ait. Postq̄ vos credere promisistis: tertio capita vestra in sacro fonte dimersim⁹ qui ordo baptizādi duplici mysterij significatione celebratur. Recte enim tertio immersi estis: qui accepistis baptismum in nomine trinitatis. Recte tertio immersi: quia accepistis baptismū in nomine christi qui die tertia resurrexit a mortuis. Illa enim tertio repetita immersio typum dominice exprimit sepulture. Constat ergo baptizandos tertio debere immergi: et tamen si semel tantum immergantur verum baptisma accipiūt: et qui semel immergit tantū nō peccat nisi cōsuetudo ecclesie obsistat/ vel hoc mō tantū debere fieri asserat.

Haymo super ep̄lam ad Ro. sup illō vnusqsq̄ ī sēsu suo abūdabat

Au. l q̄das Omel. z hī d ɔs. di. iiij. c. postq̄.

¶ Quando circuncisio amisit vim suam. K

Solet etiam queri si circuncisio amisit statim vim suaz ab institutione baptismi? Ad quod dicimus in christi morte terminata esse legalia omnia. Extunc ergo circuncisio perdidit vim suam: ita q̄ postea non profecerit: sed potius obfuit obseruatoribus suis. Sed vsq̄ ad oblationez vere hostie potuit prodesse. Si enim ante passionem legalia finem habuissent/ non ea imminente vetus pascha cum discipulis manducasset.

Jo. xix. vbi dicit ɔsummatum est

mat. xxvij

Luce. xxij.

Marc. xiiij.

Johā. xiij.

¶ De causa institutionis. L

Causa vero institutionis baptismi est innouatio mentis vt homo qui per peccatum vetus fuerat per gratiam baptismi renouetur: quod fit depositione viciorū et collatione virtutū. Sic enim fit quisq̄ nou⁹ homo cuz abolitis peccatis ornatur virtutibus. Abolitio peccatorū pellit feditatē. Appositio virtutū affert decorē: et hec est res huius sacramēti scz interior mundicia.

¶ Queritur an baptismus apuit celum quod non aperuit circūcisio. M

Si queritur vtrum baptismus aperuit celum quod non aperuit circuncisio. Dicimus quia nec baptismus nec circuncisio regni nobis aditum apperuit/ sed hostia saluatoris. que si tempore circuncisionis oblata fuisset: illius temporis homines regnū intrassent. Res ergo huius sacramenti iustificatio est.

Dist. iiij.

¶ Quod alij suscipiunt sacramentū et rem: alij sacramentuz et non rem: alij rem et non sacramentum. A

De baptismo p ɔparatione ad recipientes.

Hic dicendum est aliquos suscipere sacramentū et rē sacramēti: aliquos sacramētū z nō rē: aliquos rē z nō sacramētū. Sacramētū z rē simul suscipiūt oēs paruli q̄ in baptismo ab originali mundantur peccato/ q̄uis quidam diffiteantur illis qui perituri sunt paruulis in baptismo dimitti peccata innitentes illi verbo Augustini. Sacramenta in solis electis efficiunt quod figurant/

De quorūdaz errore.

Au. l li. de bap. paruul.

non intelligentes illud ita esse accipiēdū: q̄r cū in alijs efficiant sacramenta remissionē: nō hoc eis faciūt ad salutē: sed solis electis. Nā ꝙ oīb⁹ puulis in baptismo remittaṫ peccm̄ p baptismū. Aug. euidenter dicit: A puulo inqt recenter nato vsqꝫ ad decrepitū senē sicut null⁹ ꝓhibetur a baptismo ita null⁹ est q̄ nō pctō moriaṫ in baptismo/ sꝫ puuli tm̄ originali: maiores vero ēt oīb⁹ q̄ male viuendo addiderunt: ad illud: nisi enormitas vite ipediat. i. fictio: Adulti quoqꝫ q̄ cū fide baptizanṫ sacramētū ꝛ rē suscipiunt.

In ench. li iij. de cōse. dis. iiij.

¶ De ficte accedentibus. B

Qui vero sine fide vel ficte accedūt: sacramētū nō rē suscipiunt. Vn̄ Hiero. Sunt lauacra gentiliū hereticoꝝ/ sed non lauāt ad salutē: In ecclīa etiā q̄ nō plena fide accipiūt baptisma nō spm̄/ sed aquā suscipiunt. Aug. etiā ait. Judeis oibus cōia erant sacramēta/ sed nō cōis oīb⁹ erat grā q̄ est virt⁹ sacramētoꝝ: ita ꝛ nūc cōis est baptism⁹ oibus baptizatis: sed non virtus baptismi. i. ipsa gratia. Itē ois qui iam sue voluntatis arbiter ꝯstitutus est cū accedit ad sacramētū fidelium nisi peniteat: cuꝫ veteris vite nouā nō pōt inchoare. Ab hac penitētia cū baptizanṫ soli puuli immunes sunt. His alijsqꝫ testimonijs aperte ostendiṫ adultis sine fide et penitentia vera in baptismo nō cōferri gratiam remissionis: q̄r nec puulis sine fide aliena q̄ ꝓpriā habere nequeūt: daṫ in baptismo remissio. Si q̄s ergo ficte accedit nō habēs verā cordis contritionē sacramētum sine re accipit. Videṫ tñ Aug. dicere ꝙ etiā ficte accedenti qui etiā hꝫ odiū fraternū in ipso momēto quo baptizaṫ oīa cōdonenṫ pctā: ꝛ post baptismum mox redeant: sed non hoc asserendo dicit/ immo hanc opinionē ꝛ premissā ꝫsententiam cōferendo: ait em̄ sic. His qui ficto corde baptizanṫ: aut pctā nullatenus dimittunṫ: q̄r spūssanctus discipline effugiet fictuꝫ: aut in ipso tēporis puncto per vim sacramēti dimissa/ iterū per fictionem replicantur: vt etiā illud verū sit. Quotquot in xp̄o baptizati estis ꝛc. ꝛ illud. Spūssanct⁹ discipline effugiet fictum/ vt induat eum xp̄m sanctitas baptismi: ꝛ exuat eum xp̄m pernicies fictionis. Nā redire dimissa peccata vbi fraterna charitas non est/ apte dn̄s docet etiam in illo seruo a quo dn̄s dimissum debitū petijt: q̄r ille cōseruo dimittere noluit. Sic non impediṫ baptismi grā q̄minus oia peccata dimittanṫ: etiam si fraternū odiū in eius cui dimittuntur animo perseuerat. Soluiṫ em̄ hesternus dies ꝛ quicq̄d superest: ꝛ soluitur etiā ipsa hora momētumqꝫ ante baptismū ꝛ in baptismo. Deinceps aūt continuo re⁹ incipit esse: non solū cōsequentium sed etiā preteritorum dierū/ horarum/ momētoꝝ/ redeuntib⁹ oībus que dimissa sunt. Hoc autē vt prediximus nō sub assertione dixit ꝙ ostendiṫ ex eo q̄d ait in eodem li. sic. Si ad baptismū fictus accedit dimissa sunt ei pctā: aut nō sunt dimissa: eligant q̄d voluerint. Ecce aperte cernis: si tñ attendis id dixisse Augu. nō asserendo sed querendo: ꝛ alioꝝ opinionē referendo. Idem em̄ ait. tūc valere incipit ad salutem baptismus cū illa fictio veraci confessiōe recesserit que corde in malicia perseuerante peccatorum ablutioneꝫ non sinebat fieri. Non ergo ficte accedenti pctā dimittuntur.

Hiero. sup Ezech. xvj. ibi. aq̄ nō ē lota i salutem
Aug. super ps. lxxxiij.
Aug. d pe. ꝛ poniṫ de ꝯs. di. iiij. c omnis qui
Au. i li. de baptismo puulorum
De ꝯs. dist. iiij. q̄uo bs in fine.
Gal. iij.
Sap. j.
Mat. xix.
Luce. xvij
De ꝯse. di. iiij. c. ꝯdiṫ illos. circa mediū.
De cōs. di. iiij. c. tunc valere.

¶ Quomodo intelligatur illud quotquot in xp̄o baptizati estis xp̄m induistis. C

Queritur ergo quomodo illud accipiatur. Quotquot in xp̄o baptizati estis xp̄m induistis. Potest dici ꝙ qui in Christo idest in xp̄i conformitate baptizantur. s. vt moriantur vetustate peccati: sicut christus vetustate pene/ induunt Christum quem per gratiam inhabitantē habent

Gal. iij.

potest ⁊ aliter solui. Duob⁹ em̄ modis xp̄m induere dicimur/ vel assum-
ptione sacramenti. vel rei perceptione. Unde Aug. Induunt homines xp̄z
aliquando vsq̃ ad sacramenti perceptionem: aliquando vsq̃ ad vite san Rom. vj.
ctificationem: atq̃ illud primum bonis ⁊ malis potest esse commune: hoc Eph. iiij.
autem est proprium bonorum ⁊ piorum. Omnes ergo qui in xp̄i nomine Au. i li. de
baptizantur: xp̄m induunt vel secundum sacramenti perceptionē: vel sm̄ bap. ꝯ do-
vite sanctificationem. natistas.

D

De illis qui suscipiunt rem ⁊ non sacramentum.

Sunt ⁊ alij vt supra posuimus qui suscipiunt rem ⁊ nō sa
cramentum. Qui enim effundunt sanguinem pro nomine Iesu ⁊ si non sa
cramentum: rem tamen accipiunt. Un̄ Aug. Quicunq̃ non ꝑcepto regene- Aug. l. xiij.
rationis lauacro pro confessione christi moriuntur/ tantum eis valet ad di li. d ciui. vij
mittenda pctā quantum si abluerentur sacro fonte baptismi. Audistis ꝙ Q̄ꝫ passio i
passio pro xp̄i nomine suscepta supplet vicem baptismi. Nec tm̄ passio vi- plet vicem
cem baptismi implet: sꝫ etiā fides ⁊ contritio: vbi necessitas excludit sacr̄ꝫ baptismi
sicut aperte docet Aug. dicens baptismi vicem aliqn̄ implere passionē: de Q̄ꝫ non tm̄
latrone illo cui nō baptizato dictum est. Hodie mecum eris in paradiso. passio sꝫ et
Beatus Cypri. in li. iiij. de baptismo non leue documentuꝫ assumit. Quod fides ⁊ ꝯtri
etiā atq̃ etiam ego cōsiderans inuenio: nō tm̄ passionem pro nomine xp̄i tio iplet vi
id quod baptismo deerat posse supplere: sed etiam fidē conuersionē q̃ cor- cē baptis-
dis si forte ad celebrandum mysteriuꝫ baptismi in angustijs temporū suc mi.
curri non potest. Neq̃ em̄ ille latro pro noie xp̄i crucifixus est: sed pro me- de ꝯse dist.
ritis facinorum suorum: nec q̄ credidit passus est: sed dū patit̄ credit. Q̄tū iiij. baptis
ergo fides valeat sine visibilis baptismi sacramento: qd̄ Apl̄s ait. Corde mi vicem.
credit̄ ad iustitiam: ore aūt confessio fit ad salutem: in illo latrone declara Luc. xxiij.
tum est: sed tunc implet̄ inuisibiliter cum mysterium baptismi non contem Rom. x.
ptus religionis: sed articulus necessitatis excludit: ⁊ baptismus quidem
potest esse vbi conuersio cordis defuerit. Conuersio autem cordis potest q̄-
dem inesse non percepto baptismo: sed contempto baptismo nō potest: nec
vllo modo dicenda est conuersio cordis ad deum/ cum dei sacramentuꝫ cō
temnitur. Ecce hic habes non solum passionem/ sed etiam fidem ⁊ contri-
tionem conferre remissionem vbi non contemnitur sacramentum: vt in la-
trone illo ostenditur qui non per passionem/ sed per fidem saluatus est si- Aug. l li. ij
ne baptismo. Sed dicunt quidam hoc retractasse Augustinus. Retracta- retract.
uit quidem exempluꝫ: sed non sententiā. Ait enim in quarto libro de bapti
smo. Cum dicerem vicem baptismi posse habere passionem non satis ido
neum posui illius latronis exemplum: q̄ vtrum non fuerit baptizatus in Ambro.
certum est. Constat ergo sine baptismo aliquos iustificari ⁊ saluari. Un̄ Hiere. iiij.
Ambro. de valentiniano. Uentrem meum doleo vt prophetico vtar eloq̄.
quia quem regeneratur⁹ eram amisi: verumtamen gratiam quam ille po
poscit non amisit.

E

Que videntur obuiare predictis.

His autem videtur obuiare quod dn̄s dicit. Nisi quis re
natus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto non potest intrare in regnuꝫ celorum
quod si generaliter verum est: non videntur esse vera superius posita. Sꝫ
illud intelligendū est de illis qui possunt ⁊ contemnunt baptizari: vel ita Glo. super
intelligendū est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spūsancto. i. ex ea rege epl̄a ad he
neratione q̄ fit per aquā ⁊ spm̄sctm̄ nō saluabitur. Illa aūt regeneratio fit breos.
non tm̄ per baptismum: sed etiam per penitentiam ⁊ sanguinem. Unde au

thoritas dicit ideo Apłm pluralr dixisse fundamētū baptismatū qꝛ est baptismus in aqua in sanguine in pnīa. hoc aūt nō ideo dicit ꝙ sacrm baptismi fiat nō nisi in aqua: sꝫ qꝛ ipsius virtꝰ .i. sctificatio dat: non modo ꝑ aquā: sed per sanguinē vel pnīam interiꝰ: rō em̄ id suadet. Si em̄ nō valētibus credere paruulis sufficit baptismꝰ. multomagis sufficit fides adultis volentibꝰ sed non valentibꝰ baptizari. Unde Aug. Queris quid sit maiꝰ fides: an aqua: nō dubito quin rn̄deā fides. Si ergo qđ minus est sanctificare pōt. nonne qđ maius est .i. fides de qua xp̄s ait. Qui crediderit in me etiā si mortuus fuerit viuet. Sꝫ dicūt aliq̄ nullū adultū in xp̄m credere vꝫ charitatē habere sine baptismo: nisi sanguinē fundat ꝑ dn̄o: subdita itro ducentes testimonia. Aug. ait. Ex illo tpe quo saluator dixit: Nisi quis renatus fuerit ⁊c̄. absq̄ sacro baptismi preter eos qui in ecclesia sanguinem fundunt aliquis vitam eternam accipere non pōt. Itē. Nulluꝫ cathecumū sine baptismum quāuis in bonis operibꝰ defunctū vitam eternā habere credimꝰ: excepto martyrio vbi tota sacra baptismi complenł. Item baptizatis iter tātum salutis esse credimus. Sed quod in his minus dixit in alijs capitul. supraposittis suppleuit. Et ideo hec sic intelligenda sunt vt illi soli habentes tempus baptizandi excipianł: si em̄ aliquis habēs fidē ⁊ charitatem voluerit baptizari: ⁊ nō valet necessitate preuētus supplet olpotentis benignitas qđ sacramento defuerat. Duꝫ em̄ soluere potest nisi soluat tenetꝰ sed cum iam non potest ⁊ tn̄ vult nō imputat ei deus qui suā potentiaꝫ sacramētis non alligauit. Quod vero inuisibilis sanctificatio sine visibili sacramento quibusdam insit aperte Aug. tradit super Leuiticum dicens inuisibilem sanctificationem quibusdam affuisse ⁊ profuisse sine visibilibꝰ sacramentis. Uisibilem vero sanctificationē que fit sacro visibili sine inuisibili posse adesse: non posse prodesse. nec tn̄ visibile sacramentū. ideo contemnendum est: qꝛ contemptor eius inuisibiliter sanctificari non pōt. hic Corneliusꝫ qui cum eo erant iam spū sanctificati baptizati sunt. Nec superflua iudicanda est sanctificatio visibilis quia inuisibilis precessit. Sine visibili ergo inuisibilis sanctificatio esse potest ⁊ prodesse: visibilis aūt q̄ fit sacramento tenus sine inuisibili prodesse non potest: cum illa sit omnis illius vtilitas. Simoni mago visibilis baptismꝰ nō profuit: qꝛ inuisibilis nō affuit: sed quibus inuisibilis affuit ⁊ profuit nec tn̄ valet fides aliena paruulo q̄tum propria adulto. Paruulis em̄ non sufficit fides ecclesie sine sacramento qui sī absq̄ baptismo fuerint defuncti: etiam cum deferuntur ad baptismum damnabuntur: sicut multis sanctorum authoritatibꝰ comprobatur. Ad quod hoc vnum sufficiat August. Firmissime tene paruulos qui vł cū in vteris matrum viuere incipiunt ⁊ ibi moriuntur: vel de matribus nati sine sacramento baptismi de hoc seculo trāseūt eterno supplicio puniendos: qꝛ ⁊ si proprie actionis peccata non habuerunt: origiale tamen peccatum traxerunt carnali concupiscentie conceptione: ⁊ sicut paruuli qui sine baptismo moriūtur: infideliuꝫ ascribuntur numero: ita qui baptizantur fideles dicantur: qꝛ fidelium consortio non separantur: cum orat ecclesia pro fidelibus defunctis. Fideles ergo sunt non ꝑpter virtutē sed fidei sacramētū. Uñ ait Aug. Paruulū ⁊ sī nondum fides illa q̄ etiā in credentium voluntate consistit iam tamen fidei ipsius sacramentum. id est baptismus fidelem facit sicut credere respondetur: ita etiaꝫ fidelis vocatur: non rem ipsam mente annuendo: sed ipsius rei percipiendo sacramentum.

Aug. ꝺ vnico bap.
Joh. xi.
Opio q̄rūdā ꝙ nullꝰ sine baptismo possit saluari nisi patiał ꝑ christo.
Aug. l li. ꝺ fide ad Pet.
Joan. iiij.
Aug. in ecclīs dog. c. xliiij.
Respon sio Aug. super Leuitic. q. lxxxviij.
Act. x.
Act. viij.
Au. l li. ꝺ fide ad Pe. ⁊ hētur ꝺ ꝯs. di. iiij. c. firmissime.
Au. ad Bo. ꝺ ꝯs. di. iiij nihil est aliud.

Quid prosit baptismus his qui cum fide accedunt.

f

Solet etiam queri de illis qui iam sanctificati spiritu cuz
fide ⁊ charitate ad baptismum accedunt quid eis cõferat baptismus. Ni
hil eñi eis vr̃ prestare:cũ per fidem ⁊ contritionẽ iam remissis peccatis ius
sti ficati sunt. Ad quod sane dici potest eos quidẽ per fidem ⁊ contritionez
iustificatos id est a macula pc̃ti purgatos ⁊ a debito eterne pene absolu-
tos tñ adhuc teneri satisfactione temporali qua penitentes ligant̃ in ec-
clesia. Cum aũt baptismum percipiunt ⁊ a pc̃tis si qua interim post cõuer
sionẽ contraxerunt mundantur:⁊ ab exteriori satisfactione absoluuntur⁊
adiutrix gratia omnisq̃ virtus in eo augetur vt vere nouus homo tunc di
ci possit. Fomes quoq̃ pc̃ti in eo magis debilitatur. Ideo Hierony. dicitq̃
fides que fideles facit in aquis baptismi datur vl̃ mittit̃:q2 nõ habẽti ali Hierony.
qñ ibi datur:⁊ iam habenti vt plenius habeat datur:sic ⁊ de alijs intelli-
gendum est. Qui ergo mundus accedit ibi fit mundior:⁊ omni habenti ibi
amplius datur. Qz vero omnis exterior satisfactio ibi relaxetur. Ambro. Qz satisfa-
ostendit super illũ locum. Sine penitentia sunt dona dei ⁊ vocatio dicens ctio exterior
Gratia dei in baptismo non requirit gemitum vel planctum:vel aliquod dimittitur
opus:sed ⁊ omnia gratis condonat. Quod quidem de exteriori gemitu vl̃ Rom.xi
planctu accipiendum est. Nam sine interiore nemo adultus renouat̃ sz ex De cõs. di.
teriores satisfactiones ⁊ afflictiones. scz sordes penitentium ibi dimittun iiij. sine pe
tur. Multum ergo cõfert baptismus etiã iam per fidem iustificato:q2 acce nitentia
dens ad baptismũ quasi ramus a columba portat̃ in archam q̃ ante intus
erat iudicio dei:sed nunc etiã iudicio ecclesie intus est. Cum vero in bapti
smo peccatum deleatur ⁊ satisfactio exterior non imputetur:queritur cur Gen. viij.
penalitas cui pro peccato addicti sumus non tollatur? Hoc ideo tradunt
viri sancti:q2 si a pena homines per baptismuz liberarentur:ipsam puta
rent baptismi preciũ:non eternũ regnũ. Ideo soluto reatu peccati tempo
ralis tñ pena manet:vt illa vita studiosius queratur:que erit a penis ali
bus aliena. Ideo etiam manet vt sit fideli ⁊ certandi materia: ⁊ vincendi
occasio:qui nõ vinceret si non pugnaret:nec pugnaret si in baptismo fieret
immortalis.

¶ Cuius rei baptismus qui datur iam iusto sit sacrm̃.

Si queritur cuius rei baptismus ille sit sacramentum q G
datur iam iusto. Dicim9 sacramẽtũ esse ⁊ rei que precessit. i. remissiõis an
te per fidem date:⁊ remissionis temporalis pene siue peccati si habet̃ qd
interim cõmittitur:⁊ nouitatis ac omnis gratie ibi prestite. Ois etenĩ rei si
gnum est cui9 causa est:nec mireris rem aliqñ precedere sacrm̃:cũ aliquã-
do etiã longe post sequat̃ vt in illis qui ficte accedunt:quib9 cũ postea pe
nituerint incipiet baptismus prodesse:in quibus fuit baptismus sacrz hu
ius sanctificationis quã penitendo habent. Sed si nunquam peniterent
nec a figmento recederent:cuius rei sacramentum esset baptismus ab illis
susceptus? Potest dici rei que fieret:alias foret si non eorũz enormitas im
pediret.

¶ Si paruulis dat̃ in baptismo gratia qua possunt in maiori eta-
te proficere.

Solet etiam queri si paruulis in baptismo datur gratia q H
cum tempus habuerint vtendi libero arbitrio possint bene velle ⁊ currere?
De adultis enim qui digne recipiunt sacramentum non ambigitur quin
gratiam operantem ⁊ cooperantẽ pceperint:que in vacuum eis cedit si p li.

berum arbitriū post mortaliter deliquerint:q̄ merito peccati gratiā appo=
Hebreo. x. sitā pdunt.Unī dicunt cōtumeliā spūiscto facere ⁊ ipm a se fugare.De par
uulis vero q̄ nondū rōne vtūtur questio est:an in baptismo receperint gra
tiā qua ad maiorē venientes etatē possint velle et operari bonū? Uidet q
nō receperint:qr gratia illa charitas est ⁊ fides q̄ voluntatē pparat et ad-
iuuat.Sed q̄s dixerit eos accepisse fidē ⁊ charitatem? Si vero gratiam nō
receperint qua bene operari possunt cū fuerint adulti non ergo sufficit eis
in hoc statu gratia i baptismo data:nec p illā possunt modo boni esse nisi
alia addatur:q̄ si nō additur:nō est ex eorū culpa:qr iustificati sunt a pec-
cato.Quidā putāt gratiā operantē et cooperantē cunctis paruulis in ba-
ptismo dari in munere non in vsu:vt cū ad maiorē venerint etatē ex mune-
re sortiantur vsum nisi p liberum arbitrium vsum muneris extinguāt pec-
cādo:⁊ ita ex culpa eorū est nō ex defectu gratie q mali fiunt:qui ex dei mu
nere valentes habere vsum bonū.per liberum arbitrium renuerunt ⁊ vsum
prauum elegerunt.

¶Quod baptismus eque sanct⁹ est a bono et a malo datus bono vel malo. A

Dist.v. Post hec sciendum est sacramentum baptismi a bo
De baptis nis ⁊ a malis ministris dari:sicut a bonis et a malis sumit: nec
mo p copa melior est baptismus qui per meliorem datur.nec minus bonus
rationē ad qui per minus bonum datur:nec malus qui per malū datur:nec
dātes. maius munus dato in baptismo datur a bono:nec min⁹ in baptismo da-
Augu.sup to a malo:sed equale:qr non est munus hois:sed dei: quod totū subditis
Joh.thr ō declaratur testimonijs Augu.ait. Baptismus talis est qualis ille in cui⁹
ɔse.di. iiij. potestate datur.non qualis est ille per cuius mysterium datur. Itē.Pror-
baptism⁹. sus fieri pōt vt aliqui verum habeant baptisma ⁊ non habeant verā fidē.
De ɔse.di. Item. Si inter bonos ministros cum sit alius alio melior: non est melior
iiij. si iter. baptismus q̄ p meliorē dat:nullo modo malus est q̄ etiā p malū datur:qr
Aug.cōtra idē baptismus dat:⁊ ideo p ministros dispares dei mun⁹ est equale: qr nō
crescētium illor:sed ei⁹ est.Idē.Cū baptizat malus illud qd datū est:vnū est nō im-
grāmaticū par:pter impares ministros:sed par ⁊ equale pter hoc. Hic est q̄ bapti
Johan.i. zat.Itē.Ego dico ⁊ nos dicim⁹ oēs qr iustos oportet esse p quos baptizat.
De ɔse.di. iustos opz esse tāti iudicis ministros.Sint ministri iusti si volūt. Si autē
iiij.ca.tal. noluerint esse iusti q̄ sedēt i cathedra moysi: securū me facit magister me⁹
Mat.xxiij. sez xps de quo spūsctūs dicit.Hic est q̄ baptizat.Itē.Quos baptizauit iu
Johan.i. das xps baptizauit. Si q̄s ergo baptizauit ebriosus/homicida/adulter/
De ɔse.di. si xpi erat baptism⁹ xps baptizauit.Nō timeo adulterū:nec ebriosum: nec
iiij.ca. ba- homicidā:qr colūbā attendo p quā mihi dr.Hic est q̄ baptizat.Itē.Homi
pti.tal.iiij. cida dedit baptismū xpi qd sacrm tā sctm est vt nec homicida ministrante
Omel.v.sr polluat.Itē.Si in heresi quacūq vel scismate quisq in noie patris et filij
Johānem. et spūsancti baptismi sacramētum acceperit: integrū sacramētū accepit:
Aug. l li.ō sed salutē que virtus est sacramenti non habebit:si extra ecclesiā catholi-
fide ad pecam ipsum sacramētū habuerit.Debet ergo ad ecclesiā redire: nō vt sacra
trum.c.v. mentū baptismi iterū accipiat qd nemo debet in aliquo repetere:sed vt in
societate catholica vitā accipiat. Baptismus enim extra ecclesiam nequit
prodesse. Ibi enī cuiq prodesse pōt baptismus vbi pōt prodesse elemosy-
De ɔse.di. na.s.in ecclesia.Itē Isidorus.Romanus pontifex non hominē iudicat qui
iiij.c.roma baptizat:sed spiritum dei subministrare gratiā baptismi:licet pagan⁹ sit
nus. qui baptizat.In his perspicue cernis baptismū verū bonis et malis dari:

et a bonis et a malis: et ipsum tamen eque sanctũ esse ꝛ munus eius equale siue a bonis siue a malis baptizetur.

¶ De potestate baptismi et ministerio. B

Quia ministerium tantũ habent nõ potestatẽ baptismi.

potestatem enim sibi retinuit. Quod nouit Johannes cũ vidit columbam descendentẽ super christum. Uñ Augu. Quid nouerat iohannes baptista? dñi. Quid non nouerat? potestatem dominici baptismi in nullũ hominez a dño trãsiturã: sꝫ ministeriũ plane trãsiturũ. Potestatẽ a dño in neminẽ: sed ministeriũ in bonos ꝛ malos. Nõ exhorreat colũba ministeriũ maloꝝ: respiciat potestatem dñi. Quid facit tibi minister malus: vbi bonꝰ est dñs? Nec qui plantat nec qui rigat est aliquid: sed qui incrementũ dat deus. Si superbus fuerit minister: cũ dyabolo cõputatur: sed non cõtaminatur donum christi: quod per illum fluit purum est. Per lapideũ cãnalem transit aqua ad areolas: in cãnali lapideo nil generatur: sed ortis fructus plurimos affert. Habẽt ergo nõ modo boni: sed etiã mali ministeriũ baptizãdi: sed neuter potestatẽ baptismi. Ministeriũ eñ dedit xp̃s seruis: sed potestatem sibi retinuit: quã si vellet poterat seruis dare: vt seruus daret baptismũ suũ tanꝙ vice sua. Et potestatem suã constituere poterat in aliquo vel in aliquibus seruis suis: vt tanta vis esset in baptismo serui quanta est in baptismo dñi: sꝫ noluit: ne seruus in seruo spem poneret. Baptizat seruus vt minister: baptizat dñs tanꝙ potestatem habens quam si daret seruis: vt scꝫ ipsorũ esset quod dñi erat: tot essent baptismi quot serui: vt sicut dictus est baptismus Johãnis sic diceretur baptismus Petri vel Pauli. Qđ ne fieret retinuit sibi dominus potestatem baptismi: seruis autem ministerium dedit. Si ergo seruus dicit se baptizare: recte dicit: sed tanꝙ minister baptizat: et ideo non differt siue bonus siue malus baptizet. Inde etiã nemo dicit baptismus meus: cum tamen dicat euangelium meum / prudẽtia mea / licet sint hec a deo in quibus differentia est. Alius enim alio melius operatur in euangelizando: et alius alio prudentior est. Alius autem alio magis minusve baptizatꝰ siue ab inferiori siue a superiori baptizetur dici non potest.

De cõse. di. iiij. ca. baptismus talis.

i. Cor. iij.

¶ Que fuit potestas baptismi quam potuit Christus dare seruis. C

Hic queritur que sit illa potestas baptismi quaz christus

sibi retinuit ꝛ potuit dare seruis? Hec est vt plurimi volũt potestas dimittẽdi peccata in baptismo: sed potestas dimittẽdi pctã que in deo est deus est. Ideo alij dicũt hãc potestatem nõ potuisse dare alicui seruoꝝ: qꝛ nulli potuit dare vt esset qđ ipse est: vel vt haberet essentiã quã ipse habet: cui hoc est esse qđ posse. Dicunt eñ si hanc potentiam alicui dare potuit: potuit ei dare creaturas creare: qꝛ nõ est hoc maioris potẽtie ꝙ illud. Ad qđ dici põt: qꝛ potuit eis dare potentiã dimittẽdi peccata nõ tñ ipsam eandẽ qua ipse potẽs est: sed potẽtiã creatã qua seruus posset dimittere pctã: nõ tamen vt auctor remissionis: sed vt minister nec tamen sine deo auctore: vt sicut in ministerio habet exterius sanctificare: ita in ministerio haberet interius mundare et sicut illud facit deo auctore qui cum eo et in eo operatur illud exterius: ita interius mundaret deo auctore qui eius verbo velut quodã ministerio vteretur. Ita etiã posset deus per aliquez creare aliqua: non per eũ tanꝙ auctorem: sed ministrũ cũ quo et in quo operaretur: sicut in bonis operibꝰ nostris ipse operatur et nos: nec ipse tñ nec nos tantum

Nota ꝙ hõ magr̃ nõ tenet vt hẽs retro in erroribus.

sed ipse nobiscum ꝛ in nobis: ꝛ tñ in illis agendis ministri eius sumus: nõ auctores. Ita ergo potuit dare seruo potestatẽ dimittẽdi pctã i baptismo id est in mũdatiõe interiori seru⁹ cũ dño operaret: non seruus sine dño nec dñs sine seruo: sed dñs cũ seruo ꝛ in seruo: sicut in exteriori ministerio dñs operaẗ cũ seruo ꝛ in seruo. Uñ et dñs dr sanctificare ꝛ seruus: sed dñs inuisibili gr̃a seruus visibili sacramento. Unde Augu. sup Leuiti. Dñs ait. Ego dñs q̃ sanctifico. Et de Moyse etiã dictũ est: ꝛ sanctificabis eũ. Sꝫ Moyses sanctificat visibilib⁹ sacramentis p ministeriũ: dñs autẽ inuisibili gr̃a p spm̃ vbi est totus fructus visibilium sacramẽtoꝝ. Sine hac sctificatiõe visibilia sacramẽta nil ꝓsunt. Si quis hoc melius aperire poterit nõ inuideo.

Augu. sup Leuiti. xx. Exodi. xix.

Distin. vi. Quib⁹ est collata potestas baptizandi. Isid. li. ii. de officiis ꝛ hr̃ de ꝯse. di. iiii. cõstat. De ꝯse. di. iiii. ca. mulier.

Quibus liceat baptizare. A

Nunc quibus liceat baptizare addamus. De hoc Isidorus ait. Constat baptismũ solis sacerdotibus esse traditũ eiusq; ministerium: nec ipsis dyaconib⁹ implere est licitũ absq; episcopo vel presbytero: nisi his procul absentibus vltima languoris cogat necessitas: quod etiam laicis fidelibus permittitur. Ex concilio carthaginẽsi quinto. Item Mulier q̃uis sancta baptizare non presumat: nisi necessitate cogēte. De illis vero qui ab hereticis baptizãtur vtrũ rebaptizandi sint queri solet? Ad quod breuiter dicimus quia quicũq; sit qui baptizet si seruatur forma a Christo tradita: verum baptismum dat: ꝛ ideo qui illum sumit non debet rebaptizari. Unde Beda siue heretic⁹ siue scismaticus: siue facinorosus quisq; in confessione sancte trinitatis baptizet: non valet ille qui baptizatus est a bonis catholicis rebaptizari ne confessio et trinitatis inuocatio videatur annullari. Item Augu. Quãuis vnũ sit baptisma et hereticorum. s. eorum qui in nomine patris et filii et spiritussancti baptizant et ecclesie catholice: tamẽ qui foris ecclesiam baptizantur non sumunt ad salutem baptismum: sed ad perniciẽ habẽtes formam sacramenti: virtutem autem eius abnegantes: et ideo ecclesia non eos rebaptizat: quia in nomine trinitatis baptizati sunt: et ipsa est forma sacramẽti. Item. Rebaptizare hereticũ qui hec sanctificationis signa perceperit: omnino peccatũ est: catholicũ vero immanissimũ scelus est. Ex his aperte colligitur: q; qui etiã ab hereticis baptizati sunt seruato caractere xp̃i rebaptizãdi non sunt: sed tantũ impositiõe manus recõciliandi vt spiritũ sanctũ accipiant: ꝛ in signũ detestationis hereticoꝝ. Sunt tamẽ nonnulli doctorum. vt Cyprianus et alii quidam qui dicere videntur ab hereticis non posse tradi baptismũ: et eos esse rebaptizandos cũ veniunt ad ecclesiã qui ab illis dicuntur baptizati. Sed hoc de illis verũ est qui extra formã ecclesie baptizare presumũt. Cyprianus tñ ibi a veritate deuiasse videtur q̃ ait de heretico. Quõ sanctificaret aquã põt cũ ipse inmũdus est ꝛ apud quem spiritussanct⁹ nõ est: cũ dñs dicat in lege. Quecũq; tetigerit inmundus inmũda erunt: quis põt dare qd̃ ipse non habet: hoc ergo ex ignorãtia cũ dixisse Aug. innuit dicẽs Martyrem Cyprianũ gloriosum q̃ apud hereticos vel scismaticos datum baptismũ nolebat cognoscere: dũ eos nimis detestaretur: tãta ei⁹ merita vsq; ad triumphũ martyrii secuta sunt: vt ex charitatis qua excellebat luce obũbratio illa fugaretur: et si quid purgandũ erat passionis falce tolleretur. Nec nos qui baptismi veritatẽ et hereticorũ iniquitatem agnoscimus. ideo Cypriano meliores sumus: sicut nec petro. q; gentes iudaisare non cogimus.

Utrũ rebaptizandi sint qui ab hereticis baptizantur. Beda l omelï. ꝛ hr̃ de ꝯse. di. iiii. c. siue. Aug. ad q̃stiões horosii. ꝛ hr̃ de ꝯse. di. iiii. c. q̃uis. Au. ad maximianũ. ꝛ hr̃ de ꝯs. di. iiii. c. rebaptizare. Opi. ꝯtrũ d. Nũe. xix. Au. de vnico baptismo.

Hieronymus super epistolam ad Romanos. B

Hoc etiam sciendum est ꝙ licet ter immergatur propter mysterium trinitatis: tamen vnum baptisma reputatur. Illud etiam ignorandum non est ꝙ in materno vtero nullus baptizari potest: etiam si mater baptizetur. Unde Isidorus. Qui in maternis vteris sunt: baptizari non possunt: quia qui natus adhuc ſm adā non est: ſm Christum nō potest renasci: neqȝ regeneratio in eum dici potest: quē generatio nō precessit. Item Augu. Non potest quisqȝ renasci anteqȝ natus sit. Si vero opponitur de hieremia et de Johanne baptista: qui ab vtero sanctificati legūtur: qđ etiam de Jacob quidam putant. Dicimus si sanctificatio ibi accipitur interior emundatio in miraculis diuine potentie esse habendum. vt Augu. ait ambigue super hoc loquens. Si vsqȝ adeo inquit in illo puero acceleratus est vsus rationis et voluntatis: vt intra materna viscera iam posset agnoscere et credere quod in aliis paruulis expectat etas vt possint in miraculis habendum esse diuine potentie non ad humane trahendum exemplum nature. Nam quando voluit deus etiam iumentum locutum est. Itē de hieremia legitur. Priusqȝ exires de ventre sanctificaui te. Illa tamen sanctificatio qua efficimur templum dei non nisi renatorū est. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua et spiritusancto non potest intrare in regnū dei. Nemo autem renascitur nisi prius nascatur. Unde illa sanctificatio potest ſm predestinationem accipi. Ecce videtur dubitanter loqui: qui etiam in eodē dicit. Non dictum est quia credidit infans in vtero: sed exultauit: nec elizabeth dicit exultauit in fide ſȝ exultauit in vtero meo. Et potuit esse hec sanctificatio tante rei a maiori cognoscende indicium non a paruulo cognite absqȝ assertione. De hac sanctificatione loquitur: non diffiniens qualiter intelligenda sit illa sanctificatio an sit signum future rei an veritas iustificationis per spiritum facte. Sed melius est vt dicamus illos preter communem legem in vteris iustificatos et gratia preuentos: dimissis omnibus peccatis: quod etiam multis sanctorum testimoniis edocetur.

De cōse. di. iiij. eodem modo.
Qđ nullus in mr̄no vtero baptizat.
De cōse. di. iiij. qui in materno.
Augus. ad Dardanū de Joā. baptista.
hiere. j. et Luce. j.
Nūe. xxij.
hiere. j.
j. Cor. iiij.
Johan. iij.
Luce. j.

Si baptismus sit verbis corrupte prolatis. C

Queri etiā solet: si corrupte proferantur verba illa an baptismus sit. De hoc zacharias Bonifacio scribit. Retulerunt mihi nuncii tui ꝙ fuerit sacerdos in eadem prouincia qui latinam linguam penitus ignorabat: et dum baptizaret nesciens latini eloquii infringens linguam diceret baptizo te in nomine patria et filia et spiritussancta: et propter hoc considerasti rebaptizare. Sed si ille qui baptizauit non errorem inducens vel heresim: sed pro sola ignorantia romane locutionis infringēdo linguam baptizans dixisset non possumus consentire vt denuo baptizetur.

De cōse. di. iiij. ca. retulerunt.

Leo papa. D.

Preterea sciendum est ꝙ illi de quibus nulla extant indicia inter propinquos vel domesticos vel vicinos a quibus baptizati fuisse doceātur agendum est vt renascantur ne pereant in quibus quod nō ostenditur gestum ratio non sinit vt videatur iteratum. Conferendum eis videtur quod collatum esse nescitur: quia nō temeritas interuenit presumptionis vbi est diligentia pietatis.

De cōse. di. iiij. c. si nulla.

De illo qui pro ludo immergitur. E

Solet etiā q̄ri de illo q iocans sicut mimus: cōmemoratiōe

Aug. in li. de baptismo et habetur de conse. dist. iiij. solet etiam quaeri

tamen trinitatis immergitur. vtrum baptizatus sit. Hoc autem Aug. non dif-
finit ita inquiens. Si totum ludicre et mimice et ioculariter ageretur: vtrū ap-
probandus esset baptismus qui sic daretur: diuinū iudiciū pro alicuius reue-
lationis miraculū oratione implorandū esse censerem. Uidetur tamē sapienti-
bus nō fuisse baptisma: vt cū aliquis in balneū vel in flumē mergūtur in no-
mine trinitatis nō est tamē baptismus: quia nō intentione baptizandi illud
geritur. Nam in hoc et in aliis sacramētis sicut forma est seruāda ita et intē-
tio illud celebrādi est habēda. Illud etiā nō te moueat quod quidā nō ea fide

Au. ad Bonifa. et allegatur de conse. dist. iiij. non aliud.

paruulos ad baptismū ferunt vt per spiritū ad vitā regenerentur eternam:
sed eos putant hoc remedio temporalē accipere sanitatē. nō enim propter-
ea illi nō regenerantur: quia nec ab illis hac intentione offeruntur.

De duo tēpora erāt in quibus baptizabantur homines. F

Leo pa. de conse. dis. iiij. c. duo tpa.

Agnoscendum est etiam in baptizandis electis duo tēpo-

ra esse seruanda. i. pascha et penthecostem vt in sabbato pasche vel penthe-
costes baptismi sacramentū celebretur. Qui vero necessitate mortis vel pericu-
li vrgentur: omni tempore debēt baptizari.

De responsione patrinorum. G

Porro cuncti ad baptismum venientes fidem suā profite-

ri debent et exponere quid petendū venerint ad ecclesiā. Un̄ etiā a baptizādo
queritur: quid venisti ad ecclesiā petere. Qui si adultus est pro se respōdet
fidem. i. sacramentū fidei et doctrinā. Ita etiā per singula interrogatus re-

Isid. de conse. di. iiij. c. paruul.

spondeat se credere in patrē et filiū et spiritūsanctū. Si autem paruulus est nō
valēs credere vel loqui: alius pro eo respōdet. Unde Isidorus. Paruuli alio
profitēte baptizātur: qui adhuc loqui vel credere nesciūt: sicut etiā pro egris

De cōs. dis. iiij. cum pro paruulis.

mutis vel surdis alius profitetur dū baptizātur: sic et de penitentibus agē-
dum est. Si vero pro eo qui respondere potest alius respondeat: nō idem
valet sicut dictū est. Etatem habet pro se loquatur. Si vero queritur ex quo

Johan. ix. Ex quo sensu pro paruulo dicat credo et fidē peto

sensu pro paruulo dicatur credo vel fidē peto. Dicimus de sacramento fidei
id esse intelligendū: quod respondetur petere cū defertur ad ecclesiam et ha-
bere fidem cū baptizatur vt sit sensus cū dicitur fidem peto. i. sacramentum
fidei presto sum recipere: credo. i. sacramentū fidei suscipio: quod est: hic par-

De cōs. dis. iiij. nihil est aliud.

uulus presto est sacramentū fidei accipere. Unde Augu. Nihil est aliud cre-
dere quam fidem habere: et ideo cū respondetur: credere paruulus qui fidei nō-
dum effectū habet: respōdetur fidē habere propter fidei sacramentū et con-
uertere se ad deum propter cōuersionis alias fidei sacramentū. Sed adhuc
queritur ex quo sensu pro paruulo respondeatur. credo in deum patrē et in
Jesum Christum et in spiritūsanctum. Nunquid de sacramento fidei an de
fide mentis ibi agitur. Si de sacramento cur nominatim distinguūtur per-
sone. Si vero de fidei affectu: quomodo verum est cum ea paruulus careat.
An illud facturus paruulus spondetur cum creuerit sicut et in omnibus pō-
pis dyaboli spondetur abrenunciare: quod si nō seruauerit factus adultus
tenebitur ipse vel sponsor. Sane etiam dici potest ibi spondere pro paruulo:
quod ad maiorem etatem si venerit et pompis dyaboli renunciabit et sanam fi-
dem tenebit cuius tunc sacramentū recepit. hac autem sponsione paruulus
pro quo fit tenebitur non sponsor: si tamen vt cautio impleatur quantum
in se est et operam dederit: quia exigitur a patrino vt sit diligens circa eum
pro quo spondit solicitudo. De hoc Aug. Certissimam emisistis cautionem
qua renunciare pompis dyaboli spopōdistis.

De cathecismo. H

Illa autem interrogatio ⁊ responsio fidei fit in cathecumino cui additur exorcismus. Ante baptismum enim fit cathecismus⁊ exorcismus: post cathecismum sequitur exorcismus: vt ab eo qui iam fide instructus est aduersaria virtus pellatur. Exorcismus de greco dicitur in latinuz adiuratio: cathecismus instructio. Cathecisare est instruere: vt de symbolo ac rudimentis fidei. Exorcisare est adiurare: vt exi ab eo spiritus immūde. Symboluz est signum vel collatio. Signum quia eo fideles ab infidelibus discernuntur. Collatio quia ibi totius fidei sufficientia ⁊ integritas est collata. Cathecismus ⁊ exorcismus neophitorum sunt: magisq̄ sacramētalia q̄ sacramenta dici debēt. Neophitus nouitius interpretatur vel rudis ⁊ dicitur neophitus nuper ad fidem cōuersus vel in disciplina religione cōuersationis rudis. Hec ergo precedunt baptismū: nō ꝙ sine istis non possit esse baptismus verus: sed vti baptizandus de fide instruatur sciat cui debitor fiat: deinceps ⁊ vt dyaboli potestas in eo minuat. Unde Rabanus. Ante baptismum cathecisandi debet in homine preuenire officium clericoruz: vt fidei cathecuminus accipiat rudimentum et sciat cui debitor fiat deinceps. Item Aug. Paruuli exufflantur ⁊ exorcisantur vt ab eis pellatur potestas dyaboli: ne iam contendant eos subuertere ne baptismum consequantur. Non ergo ab infantibus creatura dei exufflatur vel exorcisatur: sed dyabolus vt recedat ab homine.

Raban⁹ de institutiōe clericoꝝ: et hētur de cō se. d. iiij. ant baptismuz

❡De confirmatione.

A

Nunc de sacramento confirmationis addendū est: de cuius virtute queri solet. Forma enim aperta est. s. verba que dicit episcopus cū baptizatos in frontibus sacro signat chrismate. Hoc sacramentum ab alijs perfici nō potest nisi a summis sacerdotibus: nec tēpore Apostoloꝝ ab alijs q̄ ab ipsis Apostolis legitur peractum: nec ab alijs q̄ ab illis qui locū eorū tenent perfici potest aut debet. Nam si aliter presumptum fuerit irritum habetur ⁊ vacuum: nec inter ecclesiastica reputabitur sacramenta. Licet autem presbyteris baptizatos tangere in pectore: sed non chrismate signare in fronte. Uirtus autem huius sacramenti est donatio spiritussancti ad robur: qui in baptismo datur ad remissionem. Unde Rabanus. A summo sacerdote per impositionez manus paracletus traditur baptizato: vt roboretur per spiritūsanctuz ad predicandū alijs illud quod ipse in baptismo cōsecutus est. Item. Omnes fideles per manus impositionē episcoporum post baptismum accipere debent spiritumsanctum vt pleni christiani inueniantur.

Aug. i li. d symbolo. Distin. vij. De ꝯfirmatione. A q̄b⁹ sacr̄m h̄ ꝑfici ⁊ dari possit ⁊ hēt de ꝯs. di. v. manus cuz not. in glo. De ꝯse. di. iiij. presbyte. De ꝯse. di. v. c. nouissi. Urban⁹ papa de ꝯs. distin. iiij.

❡Melciades.

B

Scitote vtrumq̄ esse magnum sacramentum: sed vnum maiori veneratione tenendum sicut a maioribus datur. Ecce maius dicit sacramentum confirmationis / sed forte non ob maiorem virtutem ⁊ vtilitatem quam conferat / sed quia a dignioribus datur et in digniori parte corporis fit. scilicet in fronte. Uel forte q̄r maius augmentum virtutum prestat licet baptismus plus ad remissionem valeat. Qđ videt innuere rabanus dicens in vnctione baptismi spiritūsanctū descendere ad habitationem deo consecrandam. In hac vero eiusdem septiformē gratiam cuz omni plenitudine sanctitatis ⁊ virtutis venire in hominem. Hoc sacramentum tātum a ieiunis accipi ⁊ ieiunis tradi debet sicut ⁊ baptismus nisi aliter cogat necessitas. Nec debet iterari sicut nec baptismus vel ordo. Nulli

De cōse. distin. v. c. de his vero. Ubi. s. d cōse. d. v. c. nouissime. De modo cōferendi. De ꝯs. d. v. c. vt epi. ⁊ c vt ieiuni. e

enim sacramento facienda est iniuria qđ fieri putatur quando non iteran-
c. dictū est. dum iteratur. Sed vtrum aliqua vel nulla iterari possint questio est. Nam
Aug.i.q.i. de baptismo et ordine ꝙ non debeant iterari aperte Aug. dicit. Utrūqꝫ sacra
ꝙ quidam mentum est: et quadam ꝯsecratione datur. illud quidem cum baptizatur: il
in prin. lud vero cum ordinatur. Ideoqꝫ in ecclesia catholica vtrūqꝫ non licet iterari
quia neutri facienda est iniuria/ quod indubitanter etiam de cōfirmatione
tenendum est. De alijs vero vtrum iterari valeant vel debeant postea dif-
feremus.

Dist.viii. ¶ De sacramento altaris et eucharistie. A
De eucha- Post sacramentum baptismi et cōfirmationis sequi
ristie sacro tur eucharistie sacramentum. Per baptismum mundamur: per
scđm se. eucharistiam in bono cōsummamur. Baptismus estus vitiorum
extinguit: eucharistia spiritualiter reficit. Unde excellēter eucha-
ristia dicitur .i. bona gratia/ quia in hoc sacramento non modo est augmē-
tum virtutis et gratie: sed ille totus sumitur qui est fons et origo totius gra
tie. Cuius figura precessit quando manna pluit deus patribus in deserto
qui quotidiano celi pascebantur alimento. Unde panem angelorum man-
Exod.xvi. ducauit homo. Sed tunc qui panem illum manducauerunt mortui sunt.
Ps.lxxvii. Iste vero panis viuus qui de celo descendit vitam mundo tribuit. Manna
Joh.vi. illud de celo hoc super celum. Illud scaturiebat in diem alterum reseruatū:
hoc ab omni corruptione alienum. Quicūqꝫ religiose gustauerit corruptio-
nem non videbit. Illud datum fuit antiquis post transitum maris rubri/
Exod.xiiii. vbi submersis egyptijs liberati sunt hebrei. Ita hoc celeste manna non nisi
Josue.v. renatis prestari debet. Panis ille corporalis populum antiquum ad terrā
Exod.xvi. promissionis per desertum eduxit. Hec esca celestis fideles huius seculi per
Joh.xix. desertum transeuntes in celum subuehit. Unde recte viaticum appellatur
quia in via nos reficiens vsqꝫ in patriā deducit. Sicut ergo in mari rubro fi
gura baptismi precessit: ita in manna significatio dominici corporis. Hec
Exo.xvii. duo sacramenta demōstrata sunt vbi de latere christi sanguis et aqua pro-
fluxerunt: quia christus per sanguinem redemptionis et aquam ablutionis
nos redimere venit a dyabolo et a peccato: sicut israelitas per sanguinem
Gen.xiiii. agni paschalis ab exterminatore: et per aquam maris rubri ab egyptijs li-
Amb. de sa berauit. Huius etiam sacramenti ritum Melchisedech ostendit/ vbi panem
cramentis. et vinū Abrahe obtulit. Unde vt ait Amb. intelligi datur anteriora esse sa-
omel.iiii. cramenta christianorum ꝙ iudeorum.

¶ De institutione sacramenti. B

Mat.xxvi. Hic etiā alia consideranda occurrūt quatuor .s. sacramen-
Ibidē. ca. rit penā: vel de exteriori pena accipiēda sunt et ad contēnentes vel negligē
agite. tes referenda: sicut illud Nemo dicat occulte ⁊c. Nōnulli enim in vita pec=
cata confiteri negligunt vel erubescūt: et ideo non merentur iustificari. Si=
cut enim precepta est nobis interior penitentia ita et oris confessio et exte=
rior satisfactio si assit facultas. Unde nec vere penitens est qui confessiōis
votum non habet: ⁊ sicut peccati remissio munus dei est: ita penitētia ⁊ cō=
Augu. sup fessio per quā peccatum deletur non potest esse nisi a deo. vt Augu. ait. Iā
psal. l. inquit donum spiritussancti habet qui confitetur et penitet: quia non pōt
esse confessio peccati et compunctio in homine ex seipso. Cum enim irascit̄
sibi quisq̄ et displicet: sine dono spiritussancti non est. Oportet ergo peni=
tentem confiteri si tempus habeat: et tamen antequā sit confessio in ore si vo
tum sit in corde prestatur ei remissio.

¶Si sufficit soli deo confiteri.

C

Iam secundū questionis articulū inspiciamus scꝫ vtrum
sufficiat pctā confiteri soli deo: an oporteat confiteri sacerdoti: Quibusdā Auctoritatibꝰ pbatq
visum est sufficere si soli deo fiat confessio sine iudicio sacerdotali et cōfes= sufficiat so
sione ecclesie: quia Dauid dixit. Dixi confitebor dñ̄o tu re. ꝛc. non ait sa= li deo ꝯfes=
cerdoti et tamen remissum sibi peccatū dicit. Item Ambro. Inde fleuit pe= sionē fieri.
trus quia culpa obrepsit ei nō inuenio quid dixerit: inuenio ꝙ fleuerit. La= Psal. xxxj.
chrymas eius lego: satisfactionem nō lego. Sed quod defendi non potest Ambr. sup
ablui potest. Lauāt lachryme delictum quod voce pudor est confiteri: ꝛ ve lucā. ꝛhr̄o
nie fletus consulit et verecundie. Hoc idem etiam Maximus dixit episcopꝰ dist. j. in pn
Item Johannes Cris. Non tibi dico vt te prodas in publicum neqꝫ apud ci.
alios accuses: sed obedire te volo prophete dicenti. Reuela deo viam tuā.
Ante deum ergo tua confitere peccata: apud verum iudicem cum oratione Joh. Cris.
delicta tua pronuncia non lingua: sed conscientie tue memoria. et tunc de= sup eplam
mum spera te misericordiam posse consequi. Si habueris peccata tua in ad hebr. et
mente continue nunqꝫ malum aduersus proximum in corde tuo tenebis. hr̄ de peni.
Idem. Peccata tua quotidie dicito vt deleas illa: sed si confunderis alicui di. j. ca. qs
dicere: dicito ea quotidie in animo tuo: non dico vt confitearis ea conseruo aliqñ ad
tuo vt tibi exprobret dicito deo q̄ curat ea. Nec enim si non dixeris ignorat fin.
ea: cum faciebas ea presto erat: cum admitteres ea cognouerat. Nunquid ps̄. xxxvj.
ea vult te cognoscere. Peccare nō erubuisti: et confiteri erubescis. Dicito in
hac vita: vt in alia requiem habeas. dicito ingemiscens et lachrymās. In
codice scripta sunt peccata tua. Spongia peccatorum tuorū lachryme tue
sint. Item prosper. Illi quorum peccata humanam noticiam latent: nō ab Prosp de
ipsis confessa: nec ab alijs publicata: si ea cōfiteri vel emēdare noluerint: pe. dist. j. c
deum quem habent testem: ipsum ꝛ habituri sunt vltorem. Quod si ipsi sui iu porro illi.
dices fiant et veluti sue iniquitatis vltores: hic in se voluntariam penam
seuerissime animaduersionis exerceant: tēporalibus penis mutabunt eter
na supplicia: et lachrymis ex vera cordis contritione fluentibus restringūt
eterni ignis incēdia. et infra. Facilius sibi deum placabūt illi qui aut pro=
prijs confessionibus crimen produnt: aut nescientibus alijs ipsi in se volū Ibidē. c. fa
tarie excōmunicationis ferunt sententiā: et ab altari cui ministrabant: non cilius.
animo sed officio separati: vitam suam quasi mortuā plangūt. Certi ꝙ re
conciliati sibi efficacis penitētie fructibus a deo non solū amissa recipiāt
sed etiā superne ciuitatis gaudia recipiāt. His auctoritatibꝰ innituntur q̄
sufficere contēdunt deo confiteri pctā sine sacerdote. Dicūt enim ꝙ si quis
timens detegit culpam suam apud homines ne inde opprobrio habeat vel
alij suo exemplo ad peccandum accingantur: et ideo tacet homini et reue=
lat deo consequitur veniam.

¶Quod non sufficit soli deo confiteri si tempus assit si tamē ho
mini possit.

D

Sed ꝙ sacerdotibus confiteri oporteat: nō solum illa au=
ctoritate Jacobi. Confitemini alterutrū peccata vestra ꝛc. sed etiam alio⁊
pluribus testimonijs cōprobatur. Ait enī Aug. Iudicet seipsum homo vo Jacobi. v.
luntarie dū potest: et mores conuertat in melius: ne cum iam non poterit: Au. l ome.
preter voluntatem a dñ̄o iudicetur: ꝛ cū in se pertulerit seuerissime medici= de pe. et hr̄
ne sed tamē vtilissime sententiam: veniat ad antistites per quos illi claues de pe. dis.
ministrantur ecclesie. Tanqꝫ bonus iam incipiens esse filius: maternorū c. iudicet.
membrorum ordine custodito: a prepositis sacramentorū accipiat satisfa

ctionis sue modũ in offerẽdo sacrificio contriti cordis deuotus ⁊ supplex.
Id tñ agat quod nõ solũ sibi prosit ad salutem.sed etiam ad exemplũ ce=
teris:vt si pctm̃ eius nõ modo in graui eius malo: sed etiã in tãto scãdalo
Idẽ de pe. aliorꝫ est:atqꝫ hoc expedire vtilitati ecclesie videꝛ antistiti:in noticiã mul=
dist.iij. torũ vel totius plebis agere penitentiã nõ recuset:ne letali plage ꝑ pudo=
rẽ addat tumorẽ:cũ tanta est plaga pctĩ:⁊ impetus morbi:vt medicamẽta
corporis et sanguinis dñi differenda sint: auctoritate antistitis debet se re
Leo papa mouere ab altari ad agendã penitẽtiã:⁊ eadẽ reconciliari. Itẽ Leo papa.
ꝺ pe.di.j.c. Multiplex mia dei ita lapsibus subuenit humanis: vt nõ modo p baptis=
multiplex. mũ sed etiã ꝑ penitẽtiã spes vite repareꝛ:sic diuine volũtatis presidijs or=
dinatis vt indulgẽtiã dei nisi supplicatiõib⁹ sacerdotũ nequeãt obtinere.
Christ⁹ eñ hãc ꝑpositis eccl'ie tradidit potestatẽ.vt ꝯfitẽtib⁹ pnie satisfa
Aug. ꝺ pe. ctionẽ darẽt:⁊ eosdẽ salubri satisfactione purgatos:ad cõionẽ sacramẽto=
di.j.c. quẽ rũ ꝑ ianuã recõciliatiõis admitterẽt. Itẽ Aug. Quẽ penitet oino peniteat:
penitet. et dolorẽ lachrymis ostẽdat:repsentet vitã suã deo ꝑ sacerdotẽ:ꝑueniat iu
Luce. xvij. diciũ dei ꝑ confessionẽ. Precepit eñ dñs mũdandis:vt ostenderent ora sa
cerdotibus:docens corporali presentia cõfitenda pctã nõ ꝑ scripta manife
standa. Dixit eñ ora mõstrate ⁊ oẽs:non vnus pro oibus: non aliũ statua
tis nunciũ q̃ pro vobis offerat munus a Moyse statutũ.sed q̃ per vos pec=
castis ꝑ vos erubescatis. Erubescẽtia eñ ipsa partẽ hꝫ remissiõis. Ex mia
eñ hoc ꝑcepit dñs, vt nemo peniteret in occulto. In hoc enim ꝙ ꝑ seipsum
dicit sacerdoti ⁊ erubescentiam vincit:timore dei offensi fit venia criminis.
Qꝺ criale Fit eñ veniale per confessionẽ qꝺ criminale erat in operatione.⁊ si non sta
fit veniale. tim purgaꝛ fit tñ veniale quod cõmiserat mortale. Multum eñ satisfactio
nis obtulit qui erubescentie dominans nihil eorꝫ que cõmisit nũcio dei ne=
gauit. Deus eñ qui misericors et iustus est sicut seruat miam in iustitia:
ita ⁊ iustitiam in mia. Opus enim mie est peccanti peccata dimittere: sed
oportet vt iustus misereatur iuste. Considerat eñ si dignus est non dico iu
stitia sed et misericordia. Iustitia enim sola dannat: sed dignus est mise=
ricordia qui spirituali labore querit gratiã. Laborat enim mens patiẽdo
Quãto pli erubescentiã. Et qm̃ verecũdia magna est pena qui erubescit pro christo fit
bus qs ꝯfi dignus mia. Unde patet quia q̃to pluribus confitebitur in tempore venie
teꝛ tãto fa turpitudinem criminis tanto facilius consequitur gratiã remissionis. Ip si
cili⁹ veniã enim sacerdotes plus possunt proficere plus cõfitẽtibus parcere. Itẽ Leo
scitur. papa. Quãuis plenitudo fidei videatur esse laudabilis que propter dei ti
De pe. dis. morem apud homines erubescere non veretur. tamen qꝛ non oim̃ sunt hu=
j.ca.q̃uis. iusmodi peccata:vt ea qui penitentiã poscũt non timeãt publicare. Remo
ueatur improbabilis cõsuetudo:ne multis a penitentie remedijs arceãn=
tur:dum aut erubescunt aut timent inimicis sua facta reserare:quib⁹ pos=
sunt legum percelli constitutione. Sufficit eñ cõfessio q̃ primũ deo offerꝛ:
⁊ tunc etiã sacerdoti qui pro delictis penitentiũ precatur accedit. Tũc eñ
plures ad penitẽtiam poterũt ꝓuocari:si pp'li aurib⁹ nõ publiceꝛ consciẽ=
tia cõfitẽtis. Ex his alijs qꝫ plurib⁹ indubitãter ostẽditur oportere deo pri=
mum et deinde sacerdoti offerri confessionem:nec aliter posse peruenire ad
ingressum paradisi:si assit facultas.

¶ De tertio articulo.s.an sufficiat confiteri laico. E

Nunc priusqꝫ premissis auctoritatibus que his cõtradice=
re videntur respondeamus:tertiam questionem intueamur. Qꝺ eñ secun=
da questio continebat.s.an sine cõfessione et iudicio sacerdotis soli deo cõ

fiteri sufficeret: expeditum est et certificatum premissis testimonijs ꝙ non
sufficit cõfiteri deo sine sacerdote: nec est vere humilis ⁊ penitẽs si non desi
derat et requirit sacerdotis iudiciũ. Sed nunquid eque valet alicui confi= Questio.
teri socio vel proximo suo saltẽ cũ deest sacerdos. Sane ad hoc potest dici Solutio.
ꝙ sacerdotis examen requirendum est studiose: qꝛ sacerdotibus concessit Mat.xvi.
deus potestatẽ ligandi atqꝫ soluendi. Et ideo quibꝰ ipsi dimittunt et deus
dimittit: si tamẽ defuerit sacerdos proximo vel socio est facienda confessio. Qualez dꝫ
Sed curet quisqꝫ sacerdotem querere q̃ sciat ligare ⁊ soluere. Talem enim q̃rere sacer
esse oportet. Qui aliorum crimina dijudicat. Unde Augu. Qui vult confi= dotem.
teri peccata vt inueniat gratiã: q̃rat sacerdotem qui sciat ligare et soluere: Aug. de pe.
ne cum negligẽs circa se extiterit: negligatur ab eo qui eum misericorditer di.vj.c. pn.
monet et petit: ne ambo in foueam cadãt: quã stultus euitare noluit. Tan ⁊ de pe. di.
ta itaqꝫ vis confessionis est: vt si deest sacerdos cõfiteatꝛ proximo. Sepe eñ j.c. quẽ pe=
contingit ꝙ penitẽs nõ potest verecundari coram sacerdote: quem deside= nitet circa
ranti nec tempus nec locus offert ⁊ si ille cui confitebitur potestatem nõ ha medium.
beat soluendi: fit tamen dignus venia sacerdotis desiderio qui crimen con Mat.xv.
fitetur socio. Mundati enim sunt leprosi dum ibant ora vel se ostendere sa Luce.xvij.
cerdotibus anteqꝫ ad eos peruenirent. Unde patet deum ad cor inspicere
dum ex necessitate prohibetur ad sacerdotes peruenire. Unde Augustinus
Sepe quidem querunt eos sani et leti/ sed dum querunt anteqꝫ perueniãt
moriuntur. Sed misericordia dei vbiqꝫ est: qui et iustis parcere nouit et si
non tam cito sicut si soluerẽtur a sacerdote. Qui ergo confitetur sacerdoti Mat.ix.
omnino meliori q̃ꝫ potest confiteatur/ ⁊ si pctm̃ occultum est: sufficiat refer= Marci.v.
re in noticiã sacerdotis. Nã in resurrectiõe filie archisynagogi puelle pau=
ci interfuerũt qui viderẽt: nondũ eñ erat sepulta: nõdum extra portã de=
lata: nondũ extra domũ in noticiam portata. Intus resuscitauit quã intus
inuenit. Relictis solis. Petro/ Jacobo/ ⁊ Johanne/ ⁊ patre et matre puelle:
in quibus figuraliter continẽtur: sacerdotes ecclesie. Quos aũt extra inue= Luce.vij.
nit aduertẽdum est quomodo suscitauit. Flebat eñ turba post filiũ vidue Joh.vj.
fleuit Martha ⁊ Maria supplicãtes pro fratre: flebat ⁊ turba mariam secu
ta. In quo docemur publice peccãtibus nõ proprium sed ecclesie sufficere
meritũ. Laboret ergo penitẽs in ecclia esse ⁊ ad ecclie vnitatem tẽdere. Nisi
enim vnitas ecclie succurrat: nisi quod deest pctõri sua oratione compleat
de manibus inimici nõ eripietur anima mortui. Credendum est eñ ꝙ oẽs
orationes ⁊ elemosine ecclie ⁊ opera iustitie ⁊ misericordie succurrãt reco=
gnoscẽti mortẽ suam ad cõuersionẽ. ideoqꝫ nemo digne penitere põt/ quem
non sustineat vnitas ecclesie. ideoqꝫ nemo petat sacerdotes per aliquã cul=
pam ab vnitate ecclie diuisos. Ex his satis aperitur et absoluitur p̃misse
questionis articulus. Querẽdus est enim sacerdos sapiẽs ⁊ discretus: qui
cum potestate simul habeat iudicium qui si forte defuerit: confiteri debet
socio. Beda vero inter confessionẽ venialium ⁊ mortalium distinguit super Beda sup
illum locum. Confitemini alterutrum pctã vestra. Ait enim. Coequalibus episto.
quotidiana ⁊ leuia: grauiora vero sacerdoti pandamus ⁊ quanto iusserit Jacobi.v.
tẽpore purgare curemus/ quia sine confessione emẽdationis pctã nequeũt
dimitti. Sed ⁊ grauiora coequalibus pandenda sunt cum deest sacerdos
et vrget periculum. Uenialia vero etiam sacerdotum ablata copia licet cõ=
fiteri coequali/ ⁊ sufficit vt quibusdam placet: si tamẽ ex contemptu nõ pre
termittatur sacerdos. Certius est tamen et perfectius vtriusqꝫ generis pec=
cata sacerdotibus pandere et consilium medicine ab eis querere/ quibꝰ cõ=
cessa est potestas ligandi et soluendi.

¶ Hic aperit qualiter supradicte authoritates intelligẽde sunt. ¶

Cum ergo ex his aliisq; pluribus testimoniis perspicuum
De pe. d.j. fiat ⁊ indubitabiliter cõstet peccata primũ deo: deinde sacerdoti esse confitẽ
c. quos ali da. ⁊ si ipse defuerit etiã socio illud Johan. Crisostomi superius positum
qñ ad fi. non est ita intelligendum vt liceat alicui si tẽpus habeat sacerdoti nõ confi
teri: sed q2 sufficit vbi crimen occultum est soli deo per sacerdotem dicere ⁊
semel. Nec oportet publicari coram multis quod occultum est. Quod nota-
uit dicens. Non tibi dico vt te prodas in publicũ. Sicut enim publica no-
xa publico eget remedio: ita ⁊ occulta secreta cõfessione ⁊ occulta satisfactio
ne purgantur. Neque necesse est vt quod sacerdoti semel cõfessi sumus iterũ cõ-
fiteamur: sed lingua cordis non carnis apud verum iudicem id iugiter cõfi-
De pe. d. j. teri debemus. Unde idem Johannes ait. Nunc autem si recorderis peccato
c. nuc autẽ. rum tuorum ⁊ frequenter ea in conspectu dei pronuncies: ⁊ pro eis deprecc-
hãc exposi ris: citius illa delebis. Si vero obliuiscaris tunc eorũ recordaberis nolẽs:
tionẽ cõfir- quando publicabũtur ⁊ in cõspectu omnium amicorum ⁊ inimicorum san-
mat p ꝟba ctorumq; angelorum proferentur. Ita etiam illud Ambro. Lachryme lauãt
Johan. delictum quod voce pudor est confiteri: ad publicam penitentiam referen-
Amb. d pe. dum est. Ibi enim virtutem lachrymarum ⁊ confessionis ostendens signifi-
dist. j. c. la- care voluit: q lachryme occulte ⁊ confessio secreta sicut que fit soli sacerdo-
chryme. ti lauãt delictum quod pudet aliquem publice confiteri. Quod vero dicit se la
chrymas petri legisse: nõ satisfactionem vel confessionem per hoc nõ exclu-
dit illa. Multa enim facta sunt que scripta non sunt ⁊ forte nondum facta
erat institutio cõfessionis que modo est. Similiter ⁊ illud Prosperi. Si sui
iudices fiant mutabunt eterna supplicia. ⁊ illud. Facilius deum placabũt
sibi. qui aut propriis cõfessionibus crimen produnt aut nescientibus aliis
in sententiam excõmunicationis fuerunt ad publicam confessionem ⁊ satis-
factionem referri oportet. Non enim solis sacerdotibus ius ligandi atq; sol
uendi datum est. si cuiq; suo arbitrio se pena vel excõmunicationis senten-
tia ligare ⁊ absq; sacerdotali iudicio seipsum deo vel altari reconciliare li-
cet: quod ecclesiastice institutioni ⁊ cõsuetudini penitus repugnat. Potius
Exitus sup ergo si publice peccasti publice confitere te reum ⁊ emenda. Si vero occulte
Leuit. ⁊ al deliquisti etiam sic non taceas: nec tamen dico vt publices. Taciturnitas
legatũ d pe. enim peccati: ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatum suum quis
dis. j. c. non celat ne reputetur foris qualẽ se iam diuino cõspectui exhibuit: quod ex fon
sũt ad finẽ. te superbie nascitur. Species enim superbie est se velle iustũ videri qui pec-
Geñ. iiij. cator est: atq; hypocrita conuincitur: qui ad instar primorum parentum vel ter
giuersatione verborum peccata sua leuigare cõtendit vel sicut Cayn pecca
ta sua reticẽdo supprimere querit. Ubi ergo superbia regnat ⁊ hypocrisis:
humilitas locum non habet. Sine humilitate vero alicui veniã sperare nõ
licet: vbi est ergo taciturnitas cõfessionis: non est speranda venia criminis.
Joh. Cris. Iam certissime liquet: q sit detestabile peccati silentium: ⁊ econuerso q sit
necessaria confessio. Est enim confessio testimonium conscientie deum timẽ
tis. Qui enim timet iudicium dei peccatum non erubescit confiteri. Perfe-
ctus timor soluit omnem pudorem: confessio peccati pudorem habet ⁊ ip-
sa erubescentia est grauis pena. Ideoq; iubemur confiteri peccata vt erube
scentiam patiamur pro pena. Nam hoc ipsum pars est diuini iudicii. Si er-
go queritur an confessio sit necessaria: cũ in contritione iam deletum sit pec
catum. Dicimus quia quedam punitio peccati est sicut satisfactio operis.
Ad qd va- Per confessionem etiam intelligit sacerdos qualiter debeat iudicare de cri-
leat cõfessio mine. Per eam quoq; peccator fit humilior ⁊ cautior.

¶ De remissione sacerdotis. A

Hic queri solet si peccatum omnino dimissum est a deo per cordis contritionem ex quo penitens votum habuit confitendi, quid postea dimittatur ei a sacerdote. Video enim quo vinculo eum ligat. scilicet temporalis pene: sed non a quo eum absoluat. Et ideo quero. Ante penitudinem quippe cordis anima rei maculam habet ⁊ fetorē peccati, atq͂ eterne vltionis vinculo ligata existit. Si vero ante confessionem per cordis contritionem deus per seipsum sine misterio sacerdotis, ⁊ debitum omnino relaxat: ⁊ animam interius purgat a cōtagione ⁊ fetore peccati: quid ergo mūdat, quid dimittit sacerdos, vbi sunt claues ille quas dominus tradidit Petro ⁊ successoribus eius dicens. Tibi dabo claues regni celorum: ⁊ quecūq͂ ligaueris super terram: erunt ligata ⁊ in celo ⁊ quecunq͂ solueris super terram erunt soluta ⁊c. Ut autem p̄missa questio plenius explicari valeat: quasi altius ducto rhete de his clauibus ⁊ vsu earum disseramus.

Dist. xviii. De cōfessione sacerdotali ⁊ cōtritione ad potestatem absoluentis virtute clauium: et foro penitentiali. Math. xvi. Luce. v.

¶ De clauibus. B

Claues iste non sunt corporales: sed spirituales scꝫ discernendi scientia ⁊ potentia iudicandi. id est ligandi ⁊ soluendi: qua dignos recipere ⁊ indignos debet excludere a regno ecclesiasticus iudex, q̄ sicut habet ius ligandi: ita soluendi. Unde Ambrosius. Dominus par ius ⁊ soluēdi esse voluit ⁊ ligandi: qui vtrunq͂ pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet: nec ligandi habet ⁊ infra. Certum est q̄ ecclesie vtrunq͂ licet, heresis vtrunq͂ non habet. Jus enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Recte ergo ecclesia hoc sibi vendicat, que veros sacerdotes habet: heresis vendicare non potest que veros sacerdotes non habet.

De pe. d. i c. verbū dei

¶ De vsu clauium. C

Usus vero harum clauium multiplex est: discernere scilicet ligandos ⁊ soluendos ac deinde ligare vel soluere. Qui enim vt ait Gregorius indignos ligat vel soluit propria potestate se priuat. id est dignū priuatione se facit.

¶ Si sacerdos pōt dimittere vel retinere peccata. D

Sed queritur vtrum a peccato soluere valeat sacerdos. i. a culpa vt culpe maculaꝫ abstergat vel debitū eterne mortis soluere valeat. Quidā arbitrati sunt cū peccator dupliciter ligatus teneatur, vt predictū est. scilicet mentis contagione ac cecitate: ⁊ debito future pene: alteruꝫ curari per deum, alterum solui per sacerdotem. Patitur enim per peccatū quasdam tenebras interiores ⁊ maculas a quibus nisi liberetur proijcietur in tenebras exteriores. Cum autem liberatur ab his suscitatur a morte peccati. Unde Apostolus. Surge qui dormis ⁊ illuminabit te christus. Solus enim christus non sacerdos animam resuscitat: ac pulsis tenebris interioribus ⁊ maculis eam illuminat ⁊ mundat qui anime faciem lauat. debituꝫ vero eterne pene soluere concessit sacerdotibus, quod in resurrectione Lazari signatum asserunt: quem christus prius per se interius viuificauit, dein-

Opinio quorūdam. Mat. xxii. Ephes. v.

de foras exire iussit/ eūq₃ adhuc ligatū₃ soluere Apostolis precepit: quia vt
Joh. xj. aiunt ipse interius animam a caligine maculaq₃ peccati emundat: sacerdo
Alior̄ sen- tibus vero dedit vinculum eterne mortis soluere. Alij vero dicunt solū deu₃
tentia ꝓior non sacerdotem debitu₃ eterne mortis dimittere sicut ⁊ animā interius per
se viuificat: nec tamen diffitentur sacerdotibus traditam potestatem pecca
ta dimittendi ⁊ retinendi quibus dictum est/ quorū remiseritis peccata ⁊c.
Joh. xx. Sicut enim christus retinuit sibi potestatem baptismi: ita ⁊ penitentie. Et
ideo sicut interius gratia sua animā illuminat: ita ⁊ simul debitum eterne
mortis relaxat. Ipse enim per seipsum peccata penitentium tegit/ ⁊ tunc te-
Augu. sup git quando ad penam non reseruat. Tunc ergo tegit quando debitū pene
ps. xxxj. soluit. Qđ autem ipse tegat aperte dicit Augustinus exponens illum locu₃
ps. Quor̄ tecta sunt peccata .i. coopertā ⁊ abolita. Si eñ texit deus peccata:
noluit aduertere: si noluit aduertere noluit aiaduertere .i. punire: sed igno
scere. Ita ergo dicit a deo tecta vt deus non videat .i. eternaliter puniat. Ui-
dere eñ dei peccata est ad penā imputare. Auertere autē faciem a peccatis
Hierō. in hoc est ea ad penā non reseruare. Ite₃ Hieronymus. Quibus deus dimittit
glo. ibide₃ peccata tegit ne in iudicio reuelentur. Item Cassiodorus. Qui grauia ha-
Cassiodo- bent peccata: alijs deus imputat alijs per misericordiam non imputat. Ex
rus. his aperte ostenditur ꝙ deus ipse penitentē soluit a debito pene: ⁊ tunc sol
Rōne vtit uit quando intus illuminat inspirando veram cordis contritionē. Cui sen
ad ꝓbādū tentie ratio suffragatur ⁊ authoritates attestantur. Nemo enim vere com-
qđ dicit. pungitur de peccato: habens cor contritum ⁊ humiliatu₃: nisi in charitate.
Ephes. ij. Qui autem charitatem habet dignus est vita eterna nemo autem simul vi
ta ⁊ morte dignus est. Non est ergo tūc ligatus debito eterne mortis: Filius
enim ire esse desijt ex quo diligere ⁊ penitere cepit. Extunc ergo solutus est
Johā. iij. ab ira que non manet super illum qui credit in christum: sed super illū qui
non credit. Non ergo postmodum per sacerdotem qui confitetur ab ira eter
na liberatur: a qua iam liberatus est per dominum ex quo dixit confitebor.
Solus ergo deus hominem interius mundat a peccati macula ⁊ a debito
eterne pene soluit qui per prophetā ait. Ego solus deleo iniquitates ⁊ pec-
esaye. xliiij cata populi. Item Ambrosius. Uerbū dei dimittit peccata/ sacerdos est iu-
amb. aucte dex. Sacerdos quidem officium suum exhibet: sed nullius potestatis iura
ꝓbat idem exercet. Idē. Ille solus peccata dimittit qui solus pro peccatis nostris mor
⁊ hīr̄ pe. d. tuus est. Itē Augustinus. Nemo tollit peccata nisi solus deus: qđ est agnus
j. c. ꝟbū dei tollens peccata mundi. Tollit autem ⁊ dimittendo que facta sunt: ⁊ adiu-
Aug. cōtra uando ne fiant/ ⁊ perducendo ad vitam. vbi omnino fieri non possunt. His
Julianu₃. alijsq₃ pluribus testimonijs docetur dominum solum per se peccata dimit-
Joh. j. tere. ⁊ sicut dimittit quibusdā ita ⁊ aliorum quorūdam peccata retinet.

E

¶ Qđ sacerdotes etiā dimittūt peccata ⁊ tenēt peccata suo modo.

Mat. xvj.
⁊ Johā. xx. **Nec ideo tamen negamus sacerdotibus concessam potesta**
Augu. sup tem dimittendi ⁊ retinendi peccata/ cum hoc veritas in euāgelio aperte do-
Johanne₃. ceat. Hinc Augustinus ait. Ecclesie charitas que per spiritum sanctum dif-
Aug. in li. funditur in cordibus eorum qui participes sui sunt peccata dimittit: eoru₃
de pnia. qui non sunt tenet. Idem. Sacerdotes possunt confitentibus parcere: qui-
Joh. xj. bus enim remittunt remittit deus. Lazarum enim de monumento suscita-
Math. xvj. tum obtulit discipulis soluendum: ⁊ per hoc ostendens potestatem soluen-
di concessam sacerdotibus. Dixit enim. Quodcunq₃ solueritis super terra₃
erit solutum ⁊ in celo ⁊c. hoc est. Ego deus ⁊ omnes celestis curie ordines ⁊

omnes sancti in gloria mea laudant vobiscum & confirmant quos ligatis & solutis. Nõ dixit quos putatis ligare & soluere: sed in quos exercetis opus iustitie & misericordie. Aliter autem vel alia opera vestra in peccatores nõ cognosco. Idem. Cum veraciter ad deum conuerso peccata dimittuntur ab eis dimittuntur quibus ipse veraci conuersione coniungitur. Spiritussanctus ea dimittit qui datus est omnibus sanctis sibi charitate coherentibus / siue se nouerint corporaliter siue non: Similiter cum alicuius tenentur peccata / ab eis tenentur a quibus ille cordis prauitate disiungitur siue notis corporaliter siue ignotis. Omnes enim mali spiritualiter a bonis seiuncti sunt. Ecce hic dicit peccata dimitti: vel teneri a sanctis viris: & tamen spiritumsanctum ea dimittere dicit: & qđ maiori consideratione dignum est idem etiam dicit: q deus per se vel per sanctos suos tantum dimittit peccata. Ait enim sic. Sacramentum gratie dat deus etiam per malos: ipsam vero gratiam non nisi per seipsum: vel per sanctos suos. Et ideo remissionem peccatorum vel per seipsum facit vel per ipsius columbe membra quibus ait. Si cui dimiseritis: dimittentur. Ecce q varia a doctoribus traduntur super his & in hac tanta varietate quid tenendũ: hoc sane dicere ac sentire possumus: q solus deus dimittit peccata & retinet & tamen ecclesie contulit potestatem ligandi & soluendi: sed aliter ipse soluit vel ligat: aliter ecclesia. Ipse enim per se tantum dimittit peccatum quia & animam mundat ab interiori macula: & a debito eterne mortis soluit. — In li. de baptismo paruulorum. vj — Idem i eodem

¶ Quõ sacerdotes ligant vel soluunt a peccatis. F

Non autem hoc sacerdotibus concessit: quibus tamen tribuit potestatem soluendi & ligandi. i. ostendendi homines ligatos vel solutos. Unde dominus leprosum sanitati prius per se restituit: deinde ad sacerdotes misit quorum iudicio ostenderetur mundatus. Ita etiam Lazarũ iam viuificatum obtulit discipulis soluendum: quia & si aliquis apud deũ sit solutus: non tamen in facie ecclesie solutus habetur: nisi per iudiciũ sacerdotis. In soluẽdis ergo culpis vel retinendis: ita operatur sacerdos euãgelicus & iudicat sicut olim legalis in illis qui contaminati erãt lepra que peccatum signat. Unde hieronymus super Mattheũ vbi dominus ait Petro. Tibi dabo claues regni celorum: & quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in celis: & quodcunque solueris super terram erit solutum & in celis. Hunc inquit locum quidam non intelligentes aliquid sumunt de supercilio phariseorum: vt dãnare innocios: vel soluere se putent noxios: cum apud deum non sententia sacerdotum: sed reorum vita queratur. In leuitico se ostẽdere sacerdotibus iubetur leprosis. quos illi non faciunt leprosos vel mundos: sed discernunt qui mundi vel immundi sunt. Ita & hic aperte ostenditur qđ non semper sequitur deus ecclesie iudiciũ q per surreptionem & ignorantiam interdum iudicat: deus autem semper iudicat sm veritatẽ. Et in remittẽdis vel in retinendis culpis id iuris & officij habent euãgelici sacerdotes: quod olim habebant sub lege legales in curandis leprosis. Hi ergo peccata dimittunt vel retinent: dum dimissa a deo vel retenta iudicãt & ostendunt. Ponunt enim sacerdotes nomen domini super filios israel sed ipse benedicit vt dicitur in numeris. Hunc modum ligandi & soluendi hieronymus supra notauit. — Mat. viij. Luce. v. Johan. xj. Leuit. xiiij Hiero. sup Mat. xvj. Hie. in glo. Leuit. xiiij. Nũe. xv. Nume. vj.

¶ Alius modus ligandi & soluendi. G

Ligant quoque sacerdotes dum satisfactionem penitentie confitentibus imponũt. Soluũt cũ de ea aliquid dimittũt: vel per eã purgatos — Augustin'

ad sacramentorũ cõmunionẽ admittunt. Quem modum superius Leo papa notauit. Secundum hunc modum dicuntur etiam sacerdotes dimittere peccata vel retinere. Unde superius Au. dixit. Quibus remittunt et remittit deus ꝛc. Opus enim iustitie exercent in peccatores cum eos iusta pena ligant: opus mie: dum de ea aliquid relaxant vel sacramentorũ cõmunioni conciliant: alia opa in peccatores exercere nequeũt. Et notandũ est qꝫ quos satisfactione penitentie ligant: eoipso a peccatis solutos ostendũt: qꝛ non imponit alicui satisfactio penitentialis: nisi quẽ sacerdos vere penitentem arbitratur. Alij vero non imponunt: et eoipso peccatum retineri a deo iudicant. Qḋ aũt hoc ad claues pertineat Aug. ostendit dicens. Frustrat claues ecclesie qui sine arbitrio sacerdotis penitentiam agit: si sine oris confessione criminis indulgentiã imprecatur. Est et alius modus ligandi et soluendi qui per excõmunicationẽ geritur dum aliquis ẜm canonicam disciplinã tertio vocatus ad emendationẽ manifesti delicti et satisfacere vilipendens: sententia ecclesie a loco orationis et sacramentorũ cõmunione et fideliũ cõsortio prescinditur vt erubescat et pudore sceleris conuersus peniteat: vt sic spiritus eius saluus sit. Quod si penitentiã ꝓfitens resipuerit: negate communioni admittit: et ecclesie reconciliatur. Hec est autẽ ecclesie anathematizatio: hanc penam illis qui digne ꝑcelluntur infligit: quia gratia dei et ꝓtectio illis amplius subtrahitur: ac sibiipsis relinquũt: vt sit eis liberũ ruere in interitum peccati. In quos etiam maior diabolo seuiendi datur potestas. Orationes quoqꝫ ecclesie et benedictionũ ac meritorũ suffragia eis nequaqꝫ suffragari putantur.

De pe. di. xvij.

Aug. i li. de penitētia.

i. Cor. v.

¶ Quomodo secundum hos modos intelligendum sit illud. Quodcunqꝫ solue. ꝛc. H

Secundũ hos ligandi et soluendi modos. quḋ verum est quod dicitur. Quodcunqꝫ solueris super terram erit solutum et in celis: et quodcunqꝫ ligaueris super terram erit ligatum et in celis ꝛc. Aliqñ eñi oñdunt solutos vel ligatos qui ita non sunt apud deum et pena satisfactiõis vel excõmunicationis interdũ indignos ligant vel soluunt: et indignos sacramentis admittunt: et dignos admitti arcent. Sed intelligendũ est hoc in illis quorũ merita solui vel ligari postulant. tunc enim sententia sacerdotis iudicio dei et totius celestis curie approbatur et confirmatur cum ita ex discretione procedit vt reorũ merita non contradicant. Quoscunqꝫ ergo soluunt vel ligant adhibentes clauẽ discretionis reorũ meritis soluũtur vel ligantur in celis: id est apud deũ: quia diuino iudicio sacerdotis snīa sic progressa approbatur et cõfirmat. Quos ergo ẜm merita snīa ecclesie ꝑcellit leditet illi foris sunt apud deũ. Qui aũt non meruit: sententia ecclesie non leditur nisi cõtẽnat. Un Origenes. Exijt quis a veritate: a fide: a charitate: ꝑ hoc exit de castris ecclesie: etiã si epi voce non abijciatur: sicut ecõtra aliqs non recto iudicio foras mittitur: sed si non egit vt mereretur exire: nihil leditur. Interdum enim qui foras mittitur intus est: et qui foras est intus videtur retineri. Ecce qualis et q̃tus est vsus apostolicarũ clauium. Iam ostensum est ex parte qualiter sacerdotes dimittunt peccata vel teneant: et tamẽ retinuit sibi deus quandã singularẽ potestatẽ dimittendi vel retinendi: qꝛ ipse solus p se debitũ eterne mortis soluit et animã interius purgat.

Mat. xvi.

Orige. sup Leuiticum

¶ Que sint interiores tenebre et interior macula. I

Hic queritur que sit illa macula et que sint ille tenebre interiores a quibus deus interius animã purgat: cum verã penitentiã immit

nit. De tenebris & interiori caligine satis facile est & intelligere & videre. Cū
enī quis mortaliter delinquit & gratia virtutis priuat̃ si qua precessit: & na
turaliū bonorū elisionē patit̃ vnde & intellectus obtundit̃ et totus hō in=
terior obtenebrat̃. et ita quasi caligine quadā mens obuoluit̃: q̄ caligo pec
cati pena est. Hāc vero deus pellit cū penitētiā immittit per quā pdita bo
na restituit & viciata repat. Vñ ppha. Nebulā sicut cinerem spargit. Sed
q̄ est macula pcti a qua animā lauat. Ecce enī q̄s voluit facere homicidiū & Ps. cxlvij.
patrauit quo patrato desinit tam velle q̄ facere nondū tñ vere & humiliter
penitet: nec cōfiteri pponit. Que ergo remansit in anima illius macula. Ma
la voluntas quidem fuit macula illius aie: sed illa trāsit. Macula etiam
est si penitere contēnit: sed hoc est peccatū aliud a pcedēti. Que ergo macu=
la remāsit a q̄ ipse i penitētia purgat̃. Polluta quidē est anima quousq
peniteat: sicut erat dum in ea praua erat voluntas. Sicut enī qui tangit
morticinū vel aliud immundū: ita pollutus est post tactū quousq lauatur Leuit. xi.
sicut fuit dū tāgeret: ita post actū peccati ita polluta remanet anima sicut Nume. xix.
fuit in ipso actu peccati: q: ita est longe a deo p dissimilitudinē qui est vita
& mūdicia mētis: sicut fuit dū peccatū ageret. Ipsa ergo dissimilitudo que
inest anime ex pctō: & est a deo elōgatio anime macula intelligit̃ a qua pur
gatur in penitētia. Hoc aūt solus deus facit: qui solus suscitat animā & il=
luminat quod sacerdotes nequeunt qui tamē medici sunt animarū. Unde
ppheta. Nunquid medici suscitabunt & confitebuntur tibi: quod exponēs Ps. lxxxvij.
Aug. ait. Boni doctores recte medici dicunt̃: qui viuentes curare ministerio
possunt: sed non mortuos suscitare. Sola enim dei gratia reuiuiscunt.

¶ Quando he claues dantur & quibus. A

Postq̄ ostensum est que sint claues apostolice et qs Distin. xix.
earum vsus superest inuestigare quando iste claues dētur et qui De cōfessiōe
bus. Dantur he claues per ministeriū epi alicui in promotione sacra li cō
sacerdotij. Cum enim recipit ordinē sacerdotalē simul & has cla paratione
ues recipit: sed nō videtur q̄ omnes vel soli sacerdotes has claues habeāt: ad suscipiē
q: plerique an̄ sacrā ordinationē sciētiam discernendi habēt: plres post cōse= tes.
crationem ea carent. Sane dici potest: q̄ alterā clauiū istarum. i. scientiam
discernendi non habent omnes sacerdotes: vnde dolendū est atq lugendū.
Multi enim licet indiscreti atq scientie q̄ā eminere debent exortes: sacer=
dotij gradum recipere presumunt vita et scientia eo indigni qui nec ante
sacerdotiū nec post scientiā habent discernendi: qui ligandi sunt vel soluen
di. Ideoq illam clauem in consecratione non recipiunt: quia semper scien=
tia carent. Qui vero ante sacerdotium scientia discernendi prediti sunt: licʒ
habeant discretionem: non tamen in eis est clauis: quia non valent ea clau
dere vel aperire. Ideoq cum promouetur in sacerdotem clauem discretio=
nis recte dicitur accipere: quia et ante habita discretio auget̃: et fit in eo cla
uis vt ea iam valeat vti ad claudendū vel aperiendum.

Nota quod hic Mgr̃ n̄ tenetur, ut Sc̃s retro in errorib.

¶ Si alteram clauem omnes habeant scilicet potentiam li=
gandi et soluendi. B

Cūq iam constet non oēs sacerdotes illas duas claues ha
bere: quia scientia discernendi plerique carent: de altera. i. potentia ligandi
et soluendi querit̃: vtrū omnes sacerdotes eam habeant. Quidā enī hanc
potestatē putant illis solis esse concessam: qui doctrinā simul ac vitā Apo
stolorū seruant. Illas enī claues promisit dñs Petro & imitatoribus eius tñ
(vt aiūt) qui etiā auctoritatibus vtunt̃ in munimentū sue opiniōis. Hoc enī

dicit Augu. sensisse vbi superius ait. Remissionē peccatorū vel per seipsum
facit deus vel per columbe mēbra. Dicit etiā idem peccata dimitti vel teneri
Au. i li. de a sanctis. Idem super Exo. vbi de lamina aurea legit. Erat autem lamina
bap. paruu aurea semper in fronte sacerdotis. Hec inquit significat fiduciā bone vite
lorum. quā qui vere perfecteqꝫ nō significatione sed veritate sacerdos habet solus
Exo. xxviij. potest auferre peccata. Item Gre. Illi soli habent in hac carne positi pote=
stātē ligandi et soluendi sicut alij apl'i: qui illorū exempla simul cum do=
ctrina tenent. Item ex dictis Orige. hec potestas soli petro concessa est et
Gre. in tra= imitatoribus petri. Nam quicunqꝫ vestigia petri imitant. habent recte ligā
ctatu euan= di et soluendi potestatem. His alijs qꝫ testimonijs innituntur qui asserunt
geliorum. potestatem ligandi ac soluendi illis solis concessam sacerdotibus qui vita
et doctrina pollent sicut apostoli.

¶ Aliorum sententia verior. C

Alijs autem videtur quod et mihi placere fateor cunctis sa
cerdotibus hanc clauem dari. s. ligandi et soluendi: sed non eam recte ac di
gne habent: nisi qui vitam et doctrinā apostolicā seruant. Nec premisse au
ctoritates malos sacerdotes hanc potestatē negant habere: sed illos solos
digne ac recte hac potestate vti significāt q̄ prediti sūt vita et doctrina apo
stolica: quia soli ipsorū apostolorū imitatores digne recteqꝫ possunt liga=
Qd oēs sa= re et soluere. Et p dn̄m tm̄ vel per sanctos in quibus habitat spūssanctus di
cerdotes. gne et recte fit remissio vel retētio peccatorū. Fit tamē et per illos qui sancti
hēant ptā= non sunt sed non digne vel recte. Dat em̄ deus bn̄dictionē digne poscenti ēt
ligādi et per indignū ministrū. Quod vero hanc potestatē habeant oēs sacerdotes.
soluēdi con Hiero. testatur sup illum locū euangelij: vbi dn̄s dixit petro. Tibi dabo cla
firmat. ues regni celorū. Habēt enim inquit eandē iudiciariā potestatē alij apl'i:
Mat. xvj. habet et ois ecclesia in episcopis et p̄sbyteris. Sed ideo petrus eam speciali
Qd ēt p idi ter accepit: vt oēs intelligant q̄ quicunqꝫ ab vnitate fidei et societate eccl'ie
gnos trās= se separauerit: nec a peccatis solui nec celum potest ingredi. Item q̄ sacerdos
fundit gra etiam si malus sit gratiā tamē transfundit pro sue dignitatis officio Au.
dignis. ostēdit dicēs. Dictum est a dn̄o in numeris ad Moysen et Aaron sacerdotes
Aug. i li. q̄ vos ponite nomē meū super filios israel: et ego dn̄s bn̄dicam eos: vt gratiā
stionū vete traditā p ministeriū ordinati transfundat hominibus nec voluntas sacerdo
ris ac noui tum obesse vel prodesse possit: sed meritū bn̄dictionē poscētis. Quanta aūt
testi de illo sit dignitas sacerdotalis officij et ordinis hinc aduertamus. Dictum est de
qd habet nequissimo Caypha inter cetera. Hoc aūt a seipso non dixit sed cum esset
Nūe. vj. et pontifex anni illius prophetauit per quod ostenditur spiritum gratiarum
ponit. j. q. j non p̄sonam sequi digni vel indigni: sed ordinē traditionis vt quis aliqꝫ
c. dictū est. boni meriti sit: non tamē possit bn̄dicere nisi fuerit ordinatus: vt officiū mi
Johis. xj. nisterium exhibeat: dei autē est effectū tribuere bn̄dictionis. Hinc euidēter
ostēditur ordinē non priuari potestate tribuēdi gratiam ob ministri indi=
gnitatem. Huic tamen Augu. sententie videtur obuiare quod ait Esitius.
Sacerdotes inquit non propria virtute benedicunt: sed quia figurā christi
gerunt: et propter eum qui in ipsis est plenitudinē bn̄dictionis tribuūt: nec
solum is qui sacerdotiū sortitus est: sed quicūqꝫ christū in seipso hꝫ et eius
Esiti' sup figuram gerit: per conuersionē bonam sicut Moyses: idoneus est vt bn̄di=
Leuitico. ctionem p̄stet. Ecce hic habes q̄ non solum sacerdos sed ois in quo christus
habitat benedictionē prestat. Sed alia est benedictio que solis sacerdoti=
bus congruit. alia que ab omnibus bonis communiter exhibetur. Denique
illi sacerdotes in quibus christus habitat benedictionis plenitudinem tri

bucre dicuntur: non quia soli ipi transfundant gratiam/sed quia illi solli=
cite et digne id agunt: nec subditos mala vita sacerdotis ledit si bona fa=
ciunt que ille dicit. Unde Grego. Multi dum plus vitam sacerdotū q̃ suaȝ
discutiunt: in errores foueā dilabuntur: minus considerantes ꝙ non eos
vita sacerdotum lederet: si humiliter bonis sacerdotum admonitionibus j.q.j.c.mul
aurem accommodarent. ti secularis

¶De hoc quod scriptum est in Malachia. Maledicam benedictio=
nibus vestris. D

Premisse vero sententie qua dicitur etiā per mali sacerdo
tis ministeriū transfundi gratiā benedictionis videtur obuiare quod dñs
per Malachiā prophetā malis sacerdotibus cōminat. Maledicā bñdictio=
nibus vestris. Et alibi. Ue his qui viuificant animas que non viuūt et mor Malach. ij
tificant animas que non moriuntur. Si enim maledicit dñs benedictioni= Ezech. xiij.
bus eorum: et si anime quas viuificant non viuunt quomodo per eos gra=
tia benedictionis transfunditur? Sed illud capitulū Maledicam ꝛc. qui=
dam referunt ad hereticos qui ab ecclesia precisi sunt: et ad excommunica=
tos quorum benedictiones fiunt maledictiones: his qui eorum sequuntur
errores. Illud vero alterum. s. viuificant ꝛc. super omnes illos sacerdotes
exponunt: qui absq̧ claue scientie et forma bone vite presumunt ligare vel
soluere. Sed nullus officio sacerdotis vti debet: nisi immunis sit ab illis q̃
in alijs iudicat: alioquin seipsum condēnat. Rom. ij.

¶Qualis debet esse iudex ecclesiasticus. E

Qualē autē oportet esse qui aliorū iudex constituit Aug. Aug. d pe. dist. vj. c. j.
describit ita dicens. Sacerdos cui omnis offertur peccator ante quem sta= quasi p to.
tuitur omnis languor in nullo eorum sit dijudicādus que in alio iudicare
est promptus. Iudicans enim alium qui est iudicandus: condemnat seip=
sum. Cognoscat ergo se et purget in se quod alios videt sibi offerre: caueat Rom. ij.
vt a se precerit quicquid in alio damnosum reperit. Animaduertat ꝙ qui
sine peccato est primus in illam lapidem mittat. Ideo enim liberauit pec=
catricem: quia non erat qui iuste projceret lapidem. Quomodo lapidaret Joh. viij.
qui se lapidandum cognosceret. Nullus enim erat sine peccato: in quo in=
telligitur oēs fuisse reos. Nā venialia oīa sp remittebātur per cerimonias.
Si quod ergo in eis peccatum erat: criminale erat. In hoc ergo patentissi= No. Uenia
mum est crimen sacerdotum esse detestabile: qui non prius se iudicant anq̃ lia h dicit
alios alligant. Caueat spiritualis iudex sicut non commisit crimen nequi ꝛ crimialia
tie: ita non careat munere scientie. Oportet vt sciat cognoscere quicquid de ſm legem.
beat iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc postulat vt quod debet iudi= vēialia pu
care discernat. Diligens ergo inuestigator: sapienter interroget a peccato= tabant q p
re quod forsitan ignorat vel verecundia velit occultare. Cognito vero crimi cerimonia=
ne varietates eius non dubitet inuestigare: et locum et tempus et cetera: lia dimitte
que supra diximus: quibus cognitis assit beniuolus: paratus erigere et se bantur sine
cum onus portare: habeat dulcedinem in affectione/discretionem in varie= morte vel
tate: doceat perseuerantiam: caueat ne corruat/ne iuste perdat iudiciariaȝ mutilatiōe
potestatem. Et si enim penitentia possit ei acquirere gratiam: non tamen crimīalia q̄
mox restituit in potestatem primam. Et si petrus post lapsuȝ restitutus fue mortem vel
rit et sepe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas: non tamen mutilatio=
est necesse vt omnibus concedatur quasi ex auctoritate. Inuenitur aucto= nē īferebāt
ritas que concedit et quasi imperat. Inuenitur auctoritas alia que non

concedi:sed vetat ꝙ scripture non repugnant:sed concordant.Cum enim tot sunt qui labunt̄ vt pristinā dignitatem ex authoritate defendant:⁊ quasi vsum peccādi sibi faciant:rescindēda est spes ista.Si vero locꝰ est vbi ista non concurrant restitui possunt qui peccant.Ex his satis ꝑpendit̄ qualis debeat esse sacerdos qui alios ligat ⁊ soluit:discretꝰ.s.⁊ iustꝰ alioqui mortificat sepe animas que non moriuntur:⁊ viuificat que nō viuunt:⁊ ita incidit in maledictionis iudicium.Illud aūt Malac.s.Maledicā benedictionibus vestris:siue suꝑ hereticos tm̄ ⁊ excōicatos:siue super oēs sacerdotes qui vita ⁊ scia carētes bn̄dicere presumūt/dictū accipiat̄:sic intelligi pōt: maledicā bn̄dictionibꝰ vestris.i.his que in eis benedictionibꝰ possidetꝫ qꝛ faciā ea cedere vobis in maledictionē:non in benedictionē:qꝛ ⁊ si bn̄dicūt sanctis nō hoc faciūt ex vero corde:⁊ ideo eorū bn̄dictio eis vertitur in maledictionē.Uel maledicam bn̄dictionibꝰ vestris.i.qđ a vobis benedicit̄:a me erit maledictum:qꝛ bn̄dicunt inique agentibꝰ:adulanturqꝫ peccantibus:dummodo diuites sint.

Malach.ij

Dist.xx ¶De his qui in fine penitent. A

De ꝯfessiōe sacrali ꝙ ꝓtrātū ad opoꝛtunitatē tēpoꝛis respe ctu pn̄ie moꝛtaliū ipse.

Leo papa ď pe.di.vij.in pn̄ci.

Aug.ibidē

Aug.ď pe.dis.vij.c.si ꝗs autem.

ps.xl.

Exo:xij.

Ezec.xviij.

Aug.i li.ď pe.⁊ hꝫ de pe.di.vij.c nullꝰ expectet.ꝑ totū

Sciendum est etiam ꝙ tempus penitentie est vsqꝫ in extremum articulum vite.Unde leo papa:Nemo est desperādus dum in hoc corpore constitutus est:qꝛ nonnunqꝫ qđ diffidētia etatis differtur/consilio maturiore perficit̄.Aug.tamē de penitentiā differentibus ita scribit.Si quis positus in vltima necessitate voluerit accipere penitentiam ⁊ accipit ⁊ mox recōciliatur ⁊ hinc vadit:fateor vobis non illi negamus quod petit:sed non presumimus:qꝛ bene hic exit.Si securus hinc exierit ego nescio.Penitentiam dare possumꝰ:securitatem vero non.Nunquid dico damnabitur?sed nec dico liberabitur.Uis ergo a dubio liberari age penitentiam dum sanus es.Si sic agis dico tibi qꝛ securus es:qꝛ penitentiam egisti eo tempore quo peccare potuisti.Si vis agere penitentiā qn̄ iam peccare non potes:pctā te dimiserunt:non tu illa.Itē due res sunt:aut ignoscit̄ tibi:aut non ignoscit̄.quid horum tibi sit futurū nescio?Ergo tene certum ⁊ dimitte incertum.Sed quare hoc dixit Aug.cū penitētia que in fine agitur in psalmo appellet̄ sacrificiū vespertinū qđ erat acceptabilꝰ in lege:⁊ cū in quacunqꝫ die innocet̄ deꝰ assit:et quacūqꝫ hora ingemuerit ⁊ conuersus fuerit peccator/vita viuet ⁊ non morietur.Sed illa dixit Aug.propter illos qui penitentiam vsqꝫ in finē vite protrahunt:⁊ tunc non ex dei amore videntur penitere:sed timore mortis quasi ex necessitate.Unde idē quare aperiens quasi superiora dixerit ait Nullus expectet quando peccare non potest.Arbitrij enim libertatem querit deꝰ:vt deleri possint commissa:non necessitatem:sed charitatem:nō tm̄ timorem:qꝛ non in solo timore viuit homo.Quem ergo sero penitet oportet non solum timere iudicem:sed diligere:qꝛ sine charitate nemo saluꝰ eē pōt.Non ergo tm̄ timeat penā ꝙ penitet:sed anxiet̄ pro gloria.Que cōuersio si cōtigerit alicui etiā in fine desperandum non est de eius remissione. Sed qm̄ vix vel raro est tam iusta conuersio timendum est de penitente sero:maxime cum filij quos illicite dilexit sint presentes:vxor ⁊ mundus ad se vocet.Multos solet serotina penitentia decipere.Sed qm̄ deus semꝑ potens est/semper etiam in morte iuuare valet quibus placet.Cum ergo opꝰ sit non hominis sed dei fructifera penitentia inspirare eam potest quādocūqꝫ vult sua misericordia:⁊ remunerare ex misericordia quos dānare potest ex iustitia.Sed qm̄ multa sunt que impediunt ⁊ languentem retrahūt

periculosissimū est: ꝛ interitui vicinū ad mortem protrahere penitētie remedium. Sed magnū est, cui deꝰ tunc inspirat (si quis est) veram penitētiā. Sed si etiam sic conuersus vita viuat ꝛ non moriatur: nō promittimus qꝺ euadat omnem penam. Nam prius purgandus est igne purgationis: q̄ in aliud seculū distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis ꝛ si eternꝰ nō sit: miro modo grauis est: excellit eñ omnem penam quā vnq̄ passus sit aliquis in hac vita. Nunq̄ in carne tāta inuēta est pena: lȝ mirabilia martyres passi sint tormenta: ꝛ multi nequiter quanta sepe sustinuerunt supplicia. Ex his satis ostenditur q̄: periculosum sit differre penitentiam vsq̄ in finem vite. Si tamen etiam tunc vera habeatur penitentia: hominem liberat: ꝛ vitam mortuo impetrat: non sic tamē vt nullam sentiat penam: nisi forte tanta sit vehementia gemitus ꝛ contritionis: que sufficiat ad delicti punitionem. Licet ergo sit difficile vt tunc sit vera penitentia que tam sera venit quando cruciatus membra ligat ꝛ dolor sensuȝ opprimit vt vix homo aliquid cogitare valeat: melior est tamen sera quam nulla. Penitētia eñ ꝛ si in extremo vite hyatu aduenit: sanat ꝛ liberat. Multū sera fuit latronis penitentia, sed non fuit sera indulgentia. Sed licet latro veniam meruisset in fine de omni crimine. non tamen dedit baptizatis peccandi et perseuerandi authoritatem. Luc.xxiij.

¶ De his qui hic pniam nō complent. B

Si vero queritur de illis qui in hac vita pniam non complent vtrum transituri sint per ignem purgatorij: vt ibi compleant qꝺ hic minus fecerunt? Idem dicimus ꝛ de istis esse sentiendum: ꝛ de his qui in extremis penitent. Si enim tanta fuerit cordis contritio ꝛ delicti exprobratio: vt sufficiat ad puniendum peccatum: liberi ab aliis penis transeūt ad vitam: ꝛ si inexpleta fuerit penitentia: quia perfecte penituerūt ꝛ ingemuerunt corde. Qui vero non adeo conteruntur corde ꝛ ingemiscunt pro peccato: si ante expletionem penitentie discesserint: ignem purgatorium sentiēt ꝛ grauius punientur: quam si hic implessent penitentiam. Horrendum est enim incidere in manus dei viuentis. Deus enim cum sit misericors ꝛ iustꝰ ex misericordia penitenti ignoscit non reseruans peccatum ad penam eternam. Ex iustitia vero impunitum non dimittit delictum: aut enim punit homo aut deus: homo autem punit penitendo: deus autem penam exigendo. Et est penitētia interior ꝛ exterior: Si ergo interior penitudo fuerit tāta vt sit sufficiens vltio peccati. deus qui hoc nouit ab illo qui taliter penitet vlterius penam non exigit. Si vero interior penitudo non sufficit in vindictam peccati nec exterior pnia implet: deus qui modos ꝛ mensuras peccatorum: ꝛ penarum nouit addit penitentiam sufficientem. Studeat ergo quisq̄ sic delicta corrigere vt post mortem non oporteat penam tolerare. Quedam enim peccata mortalia in penitentia fiunt venialia: non tamen mox sanantur. Sepe eñ infirmus moreretur si non medicaretur: nō tamē statim medicatus sanatur. Languet post victurus qui prius erat moriturus. Qui autem impenitens moritur: omnino moritur ꝛ eternaliter cruciatur. Si eñ semper viueret: semper peccaret. Heb.x. Au. de hac falsa pe. et hr̄ de peñ. dist. vij.

¶ De illo cui sacerdos indiscretus iniungit paruā pniam. C

Olet etiã queri si heretici ab ecclesia precisi ⁊ dãnati possint tradere sacros ordines: et si ab eis ordinati redeuntes ad ecclesie vnitatẽ debeant reordinari? Hanc questionẽ perplexam ac pene insolubilẽ faciunt doctorũ verba qui plurimũ dissentire videntur. Videntur enĩ quidã tradere hereticos sacros ordines dare nõ posse nec illos qui ab eis ordinati videntur gratiã recipere. Dicit enim Innocẽ. arrianorũ clericos non videri suscipiendos cum sacerdotij vel ministerij alicuius dignitate: quibus solum baptisma ratũ esse permittit quod in noie patris et filij et spũssancti percipitur. Dicit etiam eos non posse dare spm̃ sanctum quem amiserunt/ et ordinatos ab hereticis caput habere vulneratum: et eum qui honorẽ amisit honorẽ dare non posse: nec illum aliquid accepisse: qm̃ in dante nihil erat quod ille posset accipere. Tradit etiaz venientibus ab hereticis per manus impositionẽ laicã tm̃ tribuendã cõmunionẽ nec ex his aliquẽ in clericatus honorẽ vel exiguũ surrogare. Gregorius etiam dicit sacrilegã esse arrianorũ consecrationem: cum ex eorum manu communio percipitur. Cyprianus etiam dicit Omnia quecũqȝ faciũt heretici carnalia et inania et sacrilega esse et eorum altaria falsa et illicita sacerdotia. et sacrificia sacrilega qui more simiarũ que cum homines non sint: formaz imitantur humanam/ vultum ecclesie catholice et auctoritatem sibi vendicant/ cum ipsi in ecclesia nõ sint et cuz sint sacrilegi sacerdotiũ administrãt et altare ponunt: cum nec sacrificari oblatio illic possit vbi spiritussanctus non sit: nec cuiqȝ dñs per eius preces et orationes prosit: qui dominũ ipsuz violauit. Hiero. quoqȝ asserit omnia que offeruntur ab hereticis contaminata esse in conspectu domini: quia licet sancta videantur specie sui/ tamen quia cõtacta sunt ab illo qui pollutus est/ polluunt omnia. Idẽ. Odit deus sacrificia hereticorum/ et a se proijcit/ et quotiens in nomine eius congregati fuerint detestatur fetorẽ eorum et claudit nares suas. Idem. Illi offerunt panem sacrilegum ⁊c. Leo etiam testatur extra ecclesiam nec rata esse sacerdotia nec vera esse sacrificia. Idem etiam dicit per crudelissimam vesaniam in alexandrina sede omnium sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificij oblatio defecit chrysmatis sanctificatio et parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria. His alijsqȝ testimonijs astrui videntur sacramenta ecclesiastica precipue corporis ⁊ sanguinis/ ordinationis et confirmationis per hereticos non posse ministrari.

Dist.xxv. De dispensatiõe sacri ordinis. Inno.j.q.j c. arrianos Gre.i li.iij dialogorũ ⁊ allegat.j.q.j.c. super Cypa. mar ⁊ ij i epl̃a 3 here. ⁊põit.j.q.j. ca. si quis inq̃t. ca. medium Hiero. sup aggeũ ⁊ po nit.j.q.j.c. sic pplus. Ide sup a mos. ⁊ hr̃.j q.j.c. odit. Idẽ supose ⁊põit.j.q.j c. illi offert Leo ad anathol. Cõstatinopo. ep̃z B ⁊ hr̃.j.q.j.c in eccl̃a. Leoni augusto.

¶ Auctoritates ponit que videntur premissis obuiare.

Econtra aũt alij sentire videntur ꝙ ab hereticis etiã precisis sacri ordines sicut et baptismus tradi valeant nec ab hereticis redeũtes/ qui illic ordinati sunt et baptizati iterum ordinandi sunt: sicut nec baptizandi. Unde Augustinus. De hereticis etiam damnatis quod quidam dicunt baptisma quod accepit non amittit qui recedit ab ecclesia: ius dandi quod accepit amittit: multis modis apparet inaniter dici. Primo quia nulla ostenditur causa cur ille qui illud baptisma amittere non potest/ ius dandi possit amittere. Utrunqȝ enim sacramentum est/ et quadam consecratione vtrumqȝ homini datur illud cum baptizatur/ et illud cum ordinatur. Ideo nõ lȝ in catholica ecclesia vtrũqȝ iterari. Nã si qñ ex ipsa pte venientes etiã prepositi ꝑ bono pacis correctio scismatis errore suscepti sũt:

Au. i li.ij. 3 epl̃az ad parmenianũ: ⁊ hr̃.j.q.j.c ꝙ quidem

τ si visum est opus esse vt eadem officia gererent que agebant/nõ sunt rur=
sus ordinandi. Sed sicut baptismus in eis ita in eis mansit ordinatio in=
tegra: quia in precisione fuerat vicium quod in vnitate pacis est correctuȝ
non in sacramentis: que vbicunq; sunt: ipsa sunt. Et cum ipsi expedire vidē
tur ecclesie vt prepositi eorum venientes ad catholicam societatem hono=
res suos ibi non administrent: non eis tamen ipsa ordinationis sacramē=
ta detrahuntur: sed super eos manēt. Ideoq; nõ eis in pplo manus imponit:
ne non homini sed ipsi sacramento fiat iniuria. Sicut autem in baptismo
est ius quod per eos dari possit sic in ordinatione ius dandi est. vtrūq; q̇=
dem ad perniciem suam. Sed aliud est non habere: aliud perniciose habe=
Au. in eod re/aliud salubriter habere. Idē. De his vero q̇ ab ecclesie vnitate separati
canone. sunt nulla iam questio est quin habeāt τ dare possint: sed perniciose ha=
Eph.iij bent: perniciosēq; tradūt/qꝛ extra vinculū pacis sunt τ.s. Neutri sacramen=
to faciēda est iniuria: τ.s. Sicut non recte hȝ qui ab vnitate recedit: sed ta=
men habet. et ideo redeunti non redditur: sic etiam nõ recte dat qui ab vni=
tate recedit et tamen dat. Et adeo qui ab eo accipit venienti ad vnitatē nõ
Au. in li.ij iteratur. Ideȝ. Aliud est non habere aliquid aliud est nõ iure habere vel il
vnico ba. licite vsurpare. Non ergo ideo non sunt sacramenta christi τ ecclesie qꝛ eis
ꝯ permeni= illicite vtantur non modo heretici: sed etiam omnes impij: sed illi corrigen
annum. di sunt τ puniendi: illa autem sunt agnoscenda τ veneranda. Item Grego.
Gre.Io. ra Quod dicitis vt qui ordinatus est iterum ordinetur valde ridiculosum est:
uenati.epo vt enim baptizatus est semel iterum baptizari non debet/ita qui consecra
di.lxviij sic tus est semel in eodem ordine non valet iterū consecrari. His alijsq; autho
ut semel ritatibus videtur asseri in omnibus impijs etiam in hereticis prescisis et
damnatis xp̄i sacramenta permanere cum iure dandi. Possunt em̄ dare sȝ
perniciose: τ quibus dederint non sunt iterum ordinandi que premissis ex
opposito obuiare videntur.

¶ Determinatio premisse contradictionis authoritatum. C

Hec autem quidam ita determinant. Dicunt enim hereti
cos accepta sacerdotali vel ep̄ali vnctione ab ecclesia recedentes: baptismi
quidem dandi ius retinere: sed non habere facultatem tribuendi sacros or
dines vel consecrandi dominicū corpus postq̄ prescisi τ damnati sunt ab
ecclesia. Sicut degradatus episcopus non habet potestatem largiendi sa
cros ordines: facultatem tñ baptizandi non amisit. Qd vero Aug. ait. In=
telligunt dictum de hereticis qui non sententia ecclesie: sed prauitate sen=
sus sui a fidei veritate ac doctrine vnitate diuisi sunt q̇ licet tales sint: ius
tamen ordinandi τ consecrandi habent: τ qui ab eis ordinantur ante ma=
nifestam prescisionē: etiam si cum eis aperte exierint: τ sentētia ecclesie dā
nati fuerint/tamen si redierint iterum ordinandi non sunt. Et vbicunq; le=
gitur de ordinatis ab hereticis ꝙ seruatis eis ordinibꝰ ministrare valeant
vel iterum ordinandi non sint: de huiusmodi accipienduȝ dicunt. Nā post
quā prescisi fuerint τ damnati iudicio ecclesie: ius ordinandi τ cōsecrandi
eis detractuȝ asserunt: vt degradatis vel excommunicatis. Alij vero dicūt
Scda opi. sacramēta ab hereticis τ prescisis sm̄ formā ecclesie celebrata vera esse et
pbabilis rata: qui recedentes ab ecclesia ius dandi τ consecrandi non perdiderunt
τ qui sic ab hereticis ordinantur: cum redeunt iterum ordinandi non sunt
Que vero ab hereticis aliter q̄ in ecclesia fiunt falsa/sunt τ inania/τ qui a
Tertia op. talibus ordinari videntur non munus sed vulnus accipiunt. Et sm̄ hanc
differentiam varie de his loquuntur doctores. Quidaȝ vero dicunt eadem

sacramenta ab hereticis prescisis posse celebrari q̄ a catholicis: si ab illis
forma ecclesie seruet̄ ⁊ ab eis celebrata vera esset rata q̄tū ad se: q̄tū vero
ad effectū falsa eē ⁊ inania. Et in his qui male tractant: ⁊ in his qui male
suscipiunt: ⁊ ideo irrita falsa: q̄ quod pronuttunt ⁊ conferre credunt̄ non
tribuunt. Dānanda etiā dicunt̄: q̄ illicite dantib' vel accipientibus sunt
in iudicium. Polluta etiā dicunt̄ nō q̄tū ad se: sed propter indignā hereti
corū tractationē. iō Gre. cōionē Arrij vocat execrationē: ⁊ Innoc. Bonosij
ordinationē damnationē: non qȝ ita in se sint: sed q̄ male dantes vel ac- i. Co. xi.
cipientes tales facit. Sicut etiā Hiero. sacrificia eorum panem luctus vo- Hiero. sup
cat: non q̄tū ad se: sed q̄tum ad effectum: Nonnulli vero tradūt illos here Osee.
ticos, qui in ecclesia ordinati sunt ius ordinandi ⁊ consecrandi etiam cum Qrta oplo
separati fuerint habere. Qui vero in scismate vel heresi positi ab eis ordia falsa ⁊ vr̄ cē
ti ⁊ initiati fuerint, illo iure carent. Iōq̄ cū ordinare volunt vulnus potius Gratiani
infigunt q̄ gratiam conferant.

¶ De simonia vnde dicitur ⁊ quid sit. D

De simoniacis vero non est ambigendum quin sint here Nota qȝ h
tici q̄ tū ante sententiā degradationis ⁊ ordinant ⁊ consecrant: Et lȝ simo magr̄ nō te
niaci p̄prie dicātur q̄ instar symonis magi inpreciabilē gratiā precio con net̄: vt hēs
ducere volunt: ⁊ qui pro ministerio sacro p̄ciū recipiūt in modū Giezi. Gie- retro in er-
zite vocandi sunt omnes tū ⁊ dātes ⁊ accipientes simoniaci dicunt̄ ⁊ vtri- roribus
q̄ eadem sententia percelluntur. Act. viii
iiii. Reg. v.

¶ De his qui scienter a simoniacis ordinantur. E

Differt tamen inter eos qui ordinantur a simoniacis sciē
ter ⁊ eos qui ignoranter. Qui eñ scienter a simoniacis se permiserint cōse Urban' pa
crari: īmo execrari: eorū consecratio omnino irrita est: Qui vero ordinātur pa. i. q. i
a simoniacis quos cū ordinant̄ nesciunt esse simonianos, qui ⁊ tunc p̄ ca-
tholicis habētur: eorū ordinatio misericorditer sustinet̄.

¶ De his q̄ dicunt se emere corporalia ⁊ nō spūalia. F

Si vero aliqui obiecerint se non consecrationes emere sȝ Paschal. i.
res ipsas que ex consecratione proueniunt: penitus desipere p̄bantur. Nā q. iii. c. si q̄s
quisq̄ horum alterum vendit sine quo alterum non habetur: neutrum vē obiecerit.
dere derelinquit.

¶ Distinctio simoniacorum. G

Simoniace autem heresis tripartita est distinctio. Alij ei
simoniace a simoniacis ordinantur. Alij simoniace a non simoniacis. alij Ni. pa. i. q
nō simoniace a simoniacis. Uñ Nico. pap. Statuim' decretū de simoniaca i. ca. statui
tripartita heresi. i. de simoniacis simoniace ordinantibus vel ordinatis: ⁊ m' decretū
de simoniacis simoniace a non simoniacis: ⁊ de simoniacis non simonia-
ce a simoniacis. Simoniaci simoniace ordinati vel ordinatores secundū
canones a proprio gradu decidant. Simoniaci etiā simoniace a non simo
niacis ordinati similr̄ ab officio remoueantur. Simoniacos vero non simo
niace a simoniacis ordinatos, misericorditer per manus impositionē pro
temporis necessitate in officio permittimus permanere. Quod intelligen-
dum est de his qui ordinantur a simoniacis ignorantes eos esse simonia
cos hos facit simoniacos non reatus criminis: sȝ ordinatio simoniaci.

Alexander papa de his qui violenter a simoniacis vel ab hereticis
ordinantur. H

Alexander j.q.j.c.erga simoniacos j.q.j.c.con Similiter cum decernit Alexander papa simoniacos omnino damnandos ac deponēdos/ subintelligendū est nisi violēter quis attractus fuerit. De his em̄ & a quibuslibet hereticis violenter ordinatis dicit Inn. q possunt habere aliquem colorem excusationis si stati discedūt ab eis & pessimo eorum conciliabulo renunciant.

¶ De etate ordinandorum ita decreuit Nico. papa. J

stat Di. lxxvij. & lxxviij. q si p totum Fabianus Luce.iij. Sacri inquit canones sanxerunt vt subdiaconus non ordinet ante. xiiij. annos: nec diaconus ante. xxv. nec presbyter ante. xxx. deinde si dign9 fuerit ad epatū eligi pōt: qd nos etiā pari modo seruare iubem9. Item Fabianus. Si quis. xxx. etatis non impleuerit annos nullo mō presbyter ordinet: & si valde sit dignus: q2 et ipse dñs. xxx. anno baptizatus est: & sic cepit docere.

Disti. xxvi. De mrīmonio fm cāz formalem. Gen. ij. ¶ De sacro coniugij cui9 institutio & cā ostenditur. A

Cum alia sacramenta post peccatum & propter peccatum exordium sumpserunt: matrimonij sacramentum etiā ante peccatum legitur institutum a dño: non tamē ad remediū: sz ad officium. Refert em̄ scriptura Gen. in Adam misso sopore at q vna de costis eius sumpta: & exide muliere formata: virumin spū intelligentē ad quem vsum mulier facta esset: post extasim prophetice dixisse. Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea. Propter hoc relinquet hō patrē & matrē & adherebit vxori sue: & erunt duo in carne vna.

¶ De duplici institutione coniugij. B

Coniugij autem institutio duplex est: vna ante peccatum ad officium facta est in paradiso vbi esset thorus immaculatus: & nuptie honorabiles: ex quibus sine ardore cōciperent: sine dolore parerent. Altera post peccatū ad remediū facta extra paradisum propter illicitū motuz deuitandū. Prima vt natura multiplicaret: Secunda vt natura exciperet: & vitium cohiberet. Nam & ante peccatum dixit de9. Crescite & multiplicamini: & post peccatum omnibus pene hominibus per diluuium consumpt. Quod vero ante peccatum institutum fuerit coniugium ad officium. post peccatum vero ad remedium concessum Augu. testat dicens. Quod sanis est ad officium: egrotis est ad remedium. Infirmitas enim incontinentie q est in carne per peccatum mortua ne cadat in ruinam flagitiorum excipit honestate nuptiarum. Si vero non peccassent primi homines sine carnis incentiuo ac feruore libidinis ipsi ac successores eorum conuenirent. Et sicut remunerabile est aliquod bonum opus: sic coitus eorum bonus esset & remunerabilis. Qui a vero ppter peccatū letalis cōcupiscentie lex mēbris nostris inhesit: sine qua carnalis non fit commixtio/ reprehensibilis est: et malus coitus: nisi excusetur per bona coniugij.

Heb. iij. Gen. j. Augu. sup Gen. in li. de nuptijs & cōcupiscētia. Rom. vj

¶ Quando fm preceptum: quando fm indulgentiam contractum sit coniugium. C

j. Cor. vij. Prima institutio habuit preceptum: secunda indulgentiam. Didicimus enim ab Apostolo humano generi propter vitandaz fornicationem indultum esse coniugium. Indulgentia vero quia meliora nō eligit/ remedium habet non premium/ a quo si quis declinauerit: meretur

tritiale iudicium. Quod secundum indulgentiam conceditur: voluntariū est non necessarium: alioquin transgressor esset qui illud nō faceret. Et potest sane intelligi illud sub precepto dictum hominibus primis ante peccatum crescite et multiplicamini. Quo etiam post peccatum tenebantur vsque quo facta est multiplicatio: postquam secundum indulgentiam matrimonij contractus fuit. Ita etiam post diluuium quo vniuersum pene humanum genus deletum est: secundum preceptum dictum est filijs Noe: crescite et multi. Multiplicato vero homine secundum indulgentiam contractum est non secundum imperium. Gen. ix.

¶ Quibus modis accipiatur indulgentia. D

Indulgentia autem diuersis modis accipitur: scilicet pro concessione: pro remissione: pro permissione. Et est permissio in nouo testamento de minoribus bonis: et de minoribus malis. De minoribus bonis est coniugium quod non meretur palmam: sed est in remedium. De minoribus malis. id est de venialibus est coitus qui fit causa incontinentie. Illud .s. coniugium indulgetur. id est conceditur. Illud vero id est coitus talis permittitur. id est toleratur ita quod non prohibetur. Aug. de heresibus

¶ Quod nuptie sint bone. E

Fuerunt autē nōnulli heretici nuptias detestantes qui Taciani appellati sunt: hi nuptias omnino damnant: ac pares fornicationibus: alijsque corruptionibus faciunt: nec recipiunt in suorum numero coniugio vtentem marem / vel feminam. Quod autem res bona sit coniugium non modo ex eo probatur quod dominus legitur coniugium instituisse inter primos parentes. Sed etiam quod in chana galilee nuptijs interfuit Christus / easque miraculo commendauit aqua in vinum conuersa. Qui etiā postea virum dimittere vxorem prohibuit. nisi causa fornicationis. Apostolus etiam ait. Uirgo non peccat si nubat. Constat ergo rem bonam esse matrimonium: alioquin non esset sacramentum: Sacramentum enim sacrum signum est. Hugo. iiij. sen. c. ij Gen. ij. Joan. ij Mat. xix. i. Cor. vij.

¶ Cuius rei sacramentum sit coniugium. F

Cum ergo coniugium sacramentum sit: et sacrum signum est: et sacre rei scilicet coniunctionis Christi et ecclesie / sicut ait Apostolus. Scriptum est inquit. Relinquet homo patrem et matrem et adherebit vxori sue / et erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autē dico in Christo et in ecclesia. Ut enim inter coniuges coniunctio est secundū consensum animorum: et secundum permixtionem corporū: sic ecclesia christo copulatur voluntate et natura qua idem vult cum eo / et ipse formam sumpsit de natura hominis. Copulata est ergo sponsa sponso spiritualiter et corporaliter. id est charitate ac conformitate nature. Huius vtriusque copule figura est in coniugio. Consensus enim coniugum copulam spiritualem christi et ecclesie que fit per charitatem significat. Commixtio vero sexuum / illam significat / que fit per nature conformitatem. Ephe. v. Gen. ij

¶ Qualiter intelligendum sit illud / mulier illa non pertinet ad matrimonium cū qua non est commixtio sexuum. G

Inde est quod quidam doctorū dixerunt illam mulierem nō

pertinere ad matrimonium/ que non experitur carnalem copulam. Ait enim
Au.xxvij. Augustinus. Non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimo
q.ij.c.nõ ẽ. nium/ cum qua docetur non fuisse commixtio sexus. Item Leo papa. Cum
Leo papa societas nuptiarum ita a principio sit instituta vt preter commixtionem
ibidẽ.c.cũ sexuum non habeant in se christi et ecclesie sacramentum/ non dubium est
societas. illam mulierem non pertinere ad matrimonium: in qua docetur non fuisse
Aug. in so nuptiale mysterium. Item Augusti. Non est perfectum coniugiũ sine com
liloquijs. mixtione sexuum. Hoc si sm superficiem verborum quis acceperit inducit
in errorem tantum vt dicat sine carnali copula non posse contrahi matrimonium: et inter Mariam et Joseph non fuisse coniugium vel non fuisse perfectum: quod nephas est sentire. Tanto enim sanctius fuit atq; perfectius: q̃to a carnali opere immunius. Sed superius posita ea ratione dicta intelligendum est: non quin pertineat mulier illa ad matrimonium cũ qua non est permixtio sexuum: sed nõ pertinet ad matrimonium quod expressam et plenam tenet figuram coniunctionis christi et ecclesie. Figurat enim illam vnionem christi et ecclesie que est in charitate sed nõ illam que est in nature conformitate. Est ergo et in illo matrimonio typus cõiunctionis christi et ecclesie sed illius tantum qua ecclesia christo charitate vnitur non illius qua per susceptionem carnis capiti membra vniuntur. Nec
Au. l li. de ideo tamen minus sanctum est coniugium quia vt ait Augustinus. In nu
bono cõiu- ptijs plus valet sanctitas sacramenti q̃ fecunditas ventris. Est etiam con
gali.c.xxiij iugium signum spiritualis coniunctionis et dilectionis animorum quas
Eph.v. inter se coniunges vniri debẽt. Unde Apostolus ait. Uiri diligite vxores vestras et corpora vestra.

Dis.xxvij. ¶Que sunt consideranda in coniugio. A
De mrimonio sm cãs efficiẽtẽ: determinans gñaliter q̃ psensus sit mrimonij cã.xxvij.q.ij.in pun.

Post hec aduertendum est quid sit coniugium: et q̃ sit efficiens causa cõiugij: et causa propter quã cõtrahi debeat: et que sint bona cõiugij: z quõ p ea excusetur coitus carnalis: q̃ sint legitime persone ad matrimoniũ. Sunt z alia plura in matrimonio consideranda que sub compẽdio perstringemus.

¶Quid sit coniugium. B

Sunt ergo nuptie vel matrimonium viri mulierisq; coniunctio maritalis inter legitimas psonas indiuiduam vite cõsuetudinẽ retinẽs. Ad indiuiduã consuetudinẽ vite pertinet q̃ absq; consensu alterius neuter cõtinentiã profiteri põt vel orationi vacare: z q̃ inter eos dũ viuunt vinculum coniugale permanet: vt alij se copulare nõ liceat: et vt inuicem alter alteri exhibeat quod quisq; sibi. Hac autem descriptione legitimorũ et fidelium tantum matrimonium includitur.

¶De consensu qui efficit coniugium. C

Efficiens aũt causa matrimonij est consensus: non quilibet: sed p verba expressus: nec de futuro sed de presenti. Si enim cõsentiũt in futurum dicentes. Accipiã te in virum: et ego te in vxorem: nõ est iste cõsensus efficax matrimonij. Item si consentiãt mente z nõ exprimãt verbis vel alijs certis signis. nec talis cõsensus efficit matrimonium. Si aũt verbis explicant quod tamen corde nõ volunt si non sit coactio ibi vel dolus: obligatio illa verborum quibus consentiunt dicentes: accipio te in virũ: et ego te in vxorem matrimonium facit.

¶Auctoritatib⁹ probat q̃ solus cõsensus facit matrimoniũ. D

Quod autem cõsensus matrimonium faciat subditis probatur testimonijs. Ait enim Isido. Consensus facit matrimoniũ. Itẽ Nicolaus papa. Sufficiat solus scdm leges eorum consensus: de quorũ coniũctionibus agitur: qui solus si forte in nuptijs defuerit: cetera etiã cũ ipso coitu celebrata frustrãtur. Itẽ Joh. Cris. Matrimoniũ quidẽ nõ facit coitus sed volũtas et ideo nõ soluit illud separatio corporis. Itẽ Ambr. Nõ defloratio virginitatis facit coniugiũ: sed pactio cõiugalis. Ex his apparet qꝫ cõsensus .i. pactio cõiugalis matrimoniũ facit: et extũc coniugiũ est etiam si non precessit vel secuta est copula carnalis.

xxvij.q.ij.i. prin. ubi.s.c.sufficiat. Joh.chris. ubi.s.c.matrimonium. Ibidẽ.c.cũ initiatur.

E

¶Quando incipiat esse coniugium.

Quod enim ab ipsa desponsatione in qua pactio cõiugalis exprimitur cõiuges sint sanctorum testimonia probant. Ait enim Ambro. Cum initiatur coniugium coniugij nomen asciscitur cum cõiungitur viro coniugium est: non cum viri admixtione cognoscitur. Item Isid. Cõiuges verius appellantur a prima desponsationis fide: quãuis adhuc inter eos ignoretur coniugalis cõcubitus. Item Augustinus. Coniunx vocatur ex prima desponsationis fide quã cõcubitu non cognouerat: nec fuerat agniturus: nec perierat: nec mẽdax mãserat cõiugis appellatio: ubi nõ fuerat: nec futura erat carnis ulla cõmixtio. Propter qđ fidele cõiugiũ ambro. parẽtes christi vocari meruerũt nõ solũ illa mater: sed etiã ille pater ei9: sicut cõiunx matris ei9: utrũqꝫ tamẽ mẽte nõ carne. Ex his euidenter insinuatur qꝫ ex tẽpore quo intercedit consensus volũtarius ac maritalis qui solus coniugium facit: veri coniuges sunt sponsus et sponsa.

Amb. in li. de virginib9 xxvij.q.ij. Isido. i li. ethimo. ix. c.viij. Au. i li. de bono cõiugij. xxvij.q.ij. Mat.xij. Luce.ij.

F

¶Scdm quosdam non est coniugium ante carnalem copulam: sed sponsi et sponse sunt.

Quidã tamẽ asserunt verũ coniugium non contrahi ante traductionem et carnalem copulam: nec vere coniuges esse aliquos anteqꝫ intercedat commixtio sexus sed a prima fide desponsationis vir sponsus: et mulier sponsa est non coniunx. Sponsos autem et sponsas coniuges frequenter appellari dicunt: non quia sint sed quia futuri sunt: cuius rei spõsionem inuicem fecerunt et scdm hoc verba premissarum auctoritatũ intelligenda fore tradunt.

G

¶Qua ratione nituntur.

Quod vero inter sponsam et coniugem plurimũ intersit: ex eo astruunt: quia licet sponse ante carnalem copulam inconsulto vel nolente sponso monasterium eligere: quo facto sponso etiam licet aliam ducere. Coniugatus vero vel coniugata nec continentiam nisi ex cõmuni consensu seruare valet: nec monasterium petere: nisi vterqꝫ continentiam pariter profiteatur. Quod vero liceat sponse monasterium eligere/ auctoritatibus sanctorũ probatur. Ait enim Eusebius papa. Despõsatã puellam non licet parentibus alij viro tradere: tñ licet sibi monasteriũ eligere. Itẽ Grego. Decreta legalia desponsatam si conuerti voluerit nullo penitus censuerunt damno mulctari. Refert etiam Hierony. qꝫ Macharius inter christi heremitas precipuus: celebrato nuptiali conuiuio cum vespere thalamũ esset ingressurus ex urbe egrediens transmarina petijt et heremi solitudinẽ sibi elegit. Beatus etiam Alexius similiter ex nuptijs diuina gratia vocatus sponsam deseruit: et nudus christo famulari cepit. His auctoritatibus et exemplis liquet licere sponsis sine consensu suarum sponsarum et econ=

Qđ sponse no pt moasteriũ eligere nõ exq̃sito sponsi consensu. Euseb. pa. xxvij.q.ij. c. despõsata. Grego. ubi. s. ca. decreta. xxvij.q.ij. §.ij. Exempla ponit.

uerso continentiam profiteri.

¶Quod coniugatus vel coniugata nequeant continentiã profiteri sine alterius consensu.

Hoc autem coniugatis nullatenus licet. Nõ enim potest
vir melioris vite propositũ sumere sine vxoris consensu et econuerso. Unde
Gre. xxvij. Grego. scribẽs theutiste patricie. Sunt qui dicunt religionis gratia coniu
q.ij.c.Sũt cgia debere solui. vnde sciendum est: quia et si hoc lex humana concessit: ta
Matt.v.et men lex diuina prohibuit. Si vero vtrisq3 conueniat continentem vitã du=
xix. cere: hoc quis audeat accusare. Sic enim multos sanctorum nouimus cũ
j.Cor.vij. suis coniugibus et prius continentem vitam duxisse. et post ad sancte ec=
clesie regimina migrasse. Si vero continentiam quam vir appetit mulier
non sequitur aut quam vxor appetit vir recusat: coniugium diuidi nõ po=
xxvij.q.ij.c test: quia scriptum est. Mulier potestatẽ sue carnis nõ habet: sed vir. Simi
Agathosa liter et vir potestatẽ sue carnis nõ habet: sed mulier. Idem Agathosa lator
et quatuor presentium questa est virum suum contra volũtatem suam in monasteriũ
c.seqñtib9. esse conuersum: qua propter experiẽtie tue precipimus vt diligẽti inquisi=
tione discutias ne forte eius voluntate cõuersus sit vel ipsa mutare se pro=
Mat.vij. miserit: et si hoc reperens et illũ in monasterio permanere prouideas et hãc
et.xix. sicut promisit mutare vitam cõpellas. Si vero nihil horum est: nec quõdam
fornicationis crimẽ propter quod licet vxorẽ dimittere predictã mulierem
commisisse cognoueris: ne illius conuersio vxoris relicte in seculo fieri pos
sit perditionis occasio: volum9 vt maritũ suũ illi etiã si iam tõsuratus sit
reddere debeas: oĩ prsus excusatiõe cessante: qr nisi fornicatiõis causa virũ
xxvij.q.ij. vxorẽ dimittere nulla ratio concedit. Postq3 em copulatione cõiugij viri et
Si quis. mulieris vnũ corpus efficitur: non potest ex parte conuerti: et ex parte rema
nere in seculo. Itẽ ex.viij.sinodo. Si qs cõiugatus cõuerti ad monasteriũ
velit: nõ est recipiẽd9 nisi prius a cõiuge castimoniã pfitente fuerit absolu
Ex sinodo tus. Tales ergo ɔiuges tũc sine culpa sequunt xpm relicto seculo: si habẽt
Eugenij. ex pari volũtate castitatis consensum. Itẽ. Si vir et vxor diuertere p sola re
Aug.de a= ligiosa inter se ɔsenserint vita: nullatenus sine ɔsensu epi fiat: vt ab eo sin
dulterinis gulariter puiso ɔstituant loco. Nã vxore nolẽte vel altero illorũ etiã p tali
coniugijs. re mrimoniũ nõ soluit Itẽ Aug. Si abstines sine vxoris volũtate: tribuis
xxvij.q.ij. ei fornicãdi licẽtiã: et pctm illi9 tue imputabit abstinẽtie. Itẽ Nico. papa
vbi supra. scripsit nobis thaberga regina regia se velle dignitate vel maritali copula
exui: et sola vita priuata esse contẽtã desiderare. Cui rescripsimus: non hoc
aliter fieri posse nisi eandem vitã vir eius lotharius elegerit. Ex his patet
q cõiugati sine cõmuni consensu monasterium eligere: continentiã pfiteri
vel habitũ religionis sumere non valent: et si fecerint reuocari debẽt. Spõ=
si vero possunt sine cõmuni consensu monasteriũ eligere. Uñ videtur inter
spõsum et sponsam coniugiũ nõ esse. Ideoq3 asserunt a prima fide despõsa
tionis coniuges appellari; nõ re ɔ̃sentiũ sed spe futurorũ: qr ex fide quam
de despõsatiõe sibi inuicẽ debẽt postea efficiuntur cõiuges. Premissas aũt
auctoritates quibus asseritur q consensus matrimoniũ facit: ita intelligi
volunt vt consensus vel pactio cõiugalis nõ ante coitum faciat matrimo=
nium sed in coitu. Sicut enim defloratio virginitatis non facit matrimo=
niũ nisi precedat pactio cõiugalis: ita nec pactio cõiugalis anteq3 assit co
pula carnalis. Ex pactione ergo coniugali sponsi et sponse fiunt ante coitũ
in coitu vero efficiuntur coniuges. Facit em pactio cõiugalis: vt que prius
erat sponsa: in coitu fiat coniunx.

¶Rñsio ad pdicta cũ determinatione superiorũ. 3

His autẽ ita respõdemus. Fit aliquãdo desponsatio vbi est compromissio viri et mulieris de contrahendo matrimonio: non est autem ibi cõsensus de presenti. Est et despõsatio habens consensum de presenti id est pactionem coniugalem que sola facit coniugium. In illa ergo desponsatione vbi est pollicitatio contrahendi matrimoniũ: sponsi tantũ et sponse fiunt: non coniuges. & talibus sponsis licet sine communi cõsensu cõtinentiam profiteri et monasterium eligere. In ea vero desponsatione vbi est cõsensus de presenti cõiugium cõtrahitur & ab illius desponsatiõis prima fide veri coniuges appellantur. Sm hanc distinctionẽ desponsatiõis de sponsis varie loquuntur doctores.

¶Quõ accipiatur sponsa in subditis capitulis. K

Aliquãdo enim sponsas vocant que talem habuerunt desponsationẽ vbi fuit pactio cõiugalis de presenti. et ille vere cõiuges sunt. Unde Grego. Si quis vxorem despõsauerit vel subarrauerit: quãuis post modum preueniente die mortis eius nequiuerit eam ducere in vxorem: tamẽ nulli de consanguinitate eius licet accipere eam in coniugio: et si inuẽtum fuerit factum separetur omnino. Item Julius papa. Si quis desponsauerit vxorem vel subarrauerit: et vel preueniente die mortis vel irruentibus quibusdam causis eam non cognouerit nec frater eius nec vllus de cõsanguinitate eius eandem sibi tollat in vxorem vllo vnq̃ tempore. Item Grego. Qui desponsatam proximi sui puellam ceperit in coniugium: anathema sit ipse et omnes consentientes ei: quia sm legem dei morti decernitur. Nam diuine legis mos est sponsas appellare coniuges: vt in euangelio. Accipe Mariam coniugem tuam. Et in Deuterono. Si quis alterius sponsam in agro vel quolibet loco oppresserit vel adduxerit in domum suam: moriatur/quia vxorem proximi sui violauit: nõ que iam vxor erat sed que a parentibus vxor fieri debebat. Ex his colligitur q sponse quedam coniuges sunt ante commixtionem sexuum. Sed forte illud mouet quod in fine capituli dicitur non que iam vxor erat: sed que vxor fieri debebat. Quod non ita intelligi debet quasi vxor vere non fuerit: ex quo pactio cõiugalis intercessit: sed quia nõdum traducta fuerat: nec res vxoria intercesserat scz concubitus coniugalis.

Margin notes: Qõ spõsas dimissam aliꝰ cognatus nõ põt ducere. Gre. xxvij. q.ij. c. si qs vxorem. Julius pa. ibi. & c. si quis desponsauerit. Greg. ibid. c. q desponsa. Deut. xxij. Mat. j. Deut. xxij.

¶Quod aliter accipitur in his alijs capitulis sponsa. L

Hec etiam sponsa est que sic viro desponsata est: vt nõ intercesserit consensus de presenti/sed sponsio futuri. Scdm quẽ modũ illud decretũ intelligit. Si qs spõsam filij oppsserit: et post filiꝰ eiꝰ eã duxerit: pater postea nõ habeat vxorẽ: nec mulier virũ: filius q̃ patris facinus ignorauit aliã ducat. si coniunx illa fuisset: qõ vtrũq; foret: si in sponsalibus pactio cõiugalis intercessisset: nõ permitteret sponso aliã ducere. mechis aũt pena non nubendi ex rigore infligitur vt alij terreantur. Idẽ ex eodẽ. Quidam desponsauit vxorem & dotauit et cum ea coire non potuit quam clanculo frater eius corrupit et granidã reddidit. decretũ est vt q̃uis nupta nõ potuerit esse legitimo viro: despõsatã tñ fratri frater habere non possit: sed mechus & mecha fornicatiõis q̃dẽ vindictã sustineant: licita vero eis coniugia non negentur. De illa desponsatione hoc intelligi debet vbi nõ fuit cõsensus cõiugalis de p̃senti: alioq̃n nõ liceret eis talia sortiri cõiugia. Scdm

Margin notes: Ex cõci. tiburicen. et hr xxvij. q. ij. c. si qs spõsam. Ibid. c. qdã desponsauit. Ex cõci. tolletano vbi. & c. statutũ.

hoc etiam illud intelligi debet. Statutū est a sacro cōuentu vt si quis spō-sam alterius rapuerit publica penitentia mulctetur: & sine spe cōiugij ma-neat: & si ipsa eidē crimini cōsentiens non fuerit: licentia nubendi alteri nō negetur. Apparet hanc fuisse despōsatam sine pactione cōiugali de presen-ti & ideo non fuisse coniugem: cui viuente sponso alteri nubendi licentia nō negatur. Sunt enim quedā nuptialia pacta de futuro: ex quibus sponsi et sponse vocantur: nec exinde cōiuges sunt. Et est pactio quedam coniugalis de presenti: que sponsum & sponsam etiam cōiuges facit: & vtraque pactio de sponsatio vel sponsalia interdum dicuntur: proprie tamen sponsalia dicun-tur quedam solēnia pacta nuptialia.

¶ Quare statim non tradantur sponse. M

De nuptialibus pactis vbi est tantum sponsio futuri ait

Au. ibid. c. instituturz. Augustinus. Institutū est vt iam pacte sponse non statim tradantur ne vi-lem habeat maritus datā quā suspirauit sponsus dilatam.

¶ Que spōsa sit vidua mortuo sponso & que nō. N

Au. I li. cō-fessio. & hr xxvij. q. ij. Et est sciendum q illa sponsa que tantum in futuro est pa-cta: mortuo sponso non remanet vidua: q: non fuerat vir eius: vnde si quis eam duxerit, ad sacros ordines conscendere non prohibetur: q: non duxit vi-duas. Vidue enim maritus eque sicut bigamus sacerdos fieri prohibetur. Ex tali autē copula nullus arcetur a sacris ordinibus.

¶ Qui alterius sponsam eo mortuo ducit: ad sacros ordines accedere potest. O

pelagi. pa. d. xxxiiij. c. vltimo. Secundum hoc intelligendum est quod ait Pelagius pa-pa de illo qui mortuo sponso: eius sponsam ducit in vxorē. Nihil est inquit q̄tuz ad hunc articulū attinet: quod ei obuiet de canonicis institutis quin ad sacros ordines promoueri valeat. Si vero talis sponsa fuisset inter quā & sponsum eius cōsensus de presenti intercessisset eo mortuo vidua reman-sisset: cui copulatus in cōiugio vlterius ad sacros ordines nō accederet tum viduam duxerit. nō est ergo ambigendū quin solus de presenti cōsensus cō-iugium efficiat. & exinde veri cōiuges appellantur. Ideo post talem cōsen-sum si quis alij se copulauerit: etiam si carnis commixtio illic sequatur ad priorem copulam reuocandus est.

(Margin: Not. q hic ngr nō te-nct vt ha-bes retro i erroribus.)

¶ Si cōsensus de futuro cū iuramento faciat cōiugium. A

Dis. xxviij. Inquirit qualiter sit ille cō-sensus q est efficiēs in fi-nōij causa ostēdēs q nō dz eē de-fectiuus ex aliquo ex-teriori. Hic queri debet vtrum consensus de futuro addito etiam iuramēto coniugium efficiat: vt si quis promittat vel etiā iuret alicui se vsque ad tempus placitum illam ducturū & illa pro-mittat vel iuret se illi nupturam nūquid talis sponsio eos cōiu-ges facit. Si mutato proposito alter vel vterque ad alienam copulam trāsit: nūquid ob priorem sponsionem iuramento subnixam: secunde federatio-nis pactum scindetur. Considera quia longe aliud est promittere & aliud facere: qui promittit nondum facit. Qui ergo promisit se in vxorem ductu-rum aliquam nondum eam duxit vxorem, & que spopondit se nupturā nō-dum nupsit. Quomodo ergo coniuges appellari possunt qui nondum con-trahunt: sed in futuro se contracturos iurando promittunt? Item. Si ex vi

iuramenti ad futurum pertinentis mox efficiuntur coniuges/cur iurant in
futuro se facturos qd in presenti efficiunt. Item. Si ex quo iurant mox effi=
ciuntur cōiuges: tunc rem hanc efficiunt quā iurant se facturos. Ideo dico
q2 coniugium tunc non fuit: sed futurum promittitur. Si vero ille post vxo
rem duxit & illa marito nupsit/coniugium vtrinqz fuit/& nō potest dissolui.
Precedens ergo mendacium vel periurium: penitentia est corrigendū: sed
coniugium sequens non est dissoluendum. Non autem sic est quando iura
mentum cōiugij presentis consensus attestatione firmatur quia post talē
consensum si quis alij se copulauerit etiam si prolem procreauerit & irritū
debet fieri & ipse ad priorem copulam reuocari.

¶ Que videntur obuiare premissis. B

Premisse autem sententie videtur obuiare illud quod le- In aut. qb9 mo. n. effi.
ges tradunt. Si quis tactis diuinis scripturis iurauerit mulieri si eam le= le. §. pe. col.
gitimam vxorem habiturum vel etiam si in oratorio tale sacramentum de= vi. & allega
derit sit illi legitima vxor q̄uis nulla dos nulla alia scriptura interposita tur. xxx. q.
sit. Sed hic ostenditur quid fieri vel esse debeat nō quid tunc fiat. No enim v. ca. si q̄s.
per illud iuramentum tunc fit vxor sed fieri debet quia iuratum est. Potest Determina=
& de illo iuramento hoc dictum intelligi vbi de presenti consentiunt ac sein= tio.
uicem suscipiunt. Illi etiam sententie qua dictum est solum consensum fa=
cere coniugiū videtur obuiare quod Euaristus papa ait. Aliter legitimū
non fit coniugium nisi ab his qui super feminam dominationem habere vi xxx. q. v. ca.
dentur & a quibus custoditur. Uxor petatur & a parentibus sponsetur: & le= aliter.
gibus doretur: & a sacerdote vt mos est benedicat/& a paranimphis custo=
diatur ac solēniter accipiatur. Item. Ita legitima scitote esse connubia: ali
ter vero presumpta non coniugia sed adulteria vel fornicationes sunt: nisi xxx. q. v. ca.
voluntas propria suffragata fuerit & vota succurrerint legitima. Hoc autē nec illū. §.
non ita intelligendum est tanq̄ sine enumeratis non possit esse legitimum sed obijcit.
coniugium/sed quia sine illis non habet decorem & honestatem debitā. In
huius enim sacramenti celebratione sicut in alijs quedam sunt pertinentia
ad substantiam sacramenti: vt consensus de presenti qui solus sufficit ad Que ad ne
contrahendum matrimonium: quedam vero pertinentia ad decorem & solē cessitatē q̄
nitatem sacramenti vt parentum traditio: sacerdotum benedictio & huius= ad decorē p
modi. sine quibus legitime fit coniugium q̄tum ad virtutem non q̄tum ad tineāt sacri
honestatē sacramenti. Sine his ergo non quasi legitimi coniuges: sed qua
si adulterini vel fornicatores conueniunt: vt illi q̄ clanculo nubūt & vtiqz for
nicatores essent nisi eis suffragaretur voluntas verbis expressa de presenti:
que legitimum inter eos facit matrimonium. Nā & consensus occultus de
presenti per verba expressus coniugium facit licet non sit ibi honestus con=
tractus: sed matrimonium non sanxit consensus qui in occulto fuit. Si enī
alter alterum dimiserit non cogitur iudicio ecclesie redire & cōmanere qua=
si cum coniuge/quia non potest probari testibus contractus qui in occulto
est factus. Qd si ipsi qui in occulto sibi consenserunt eundem consensum vo
luntarie in manifesto profiteantur: tunc vtiqz propria volūtas suffragatur
& legitima vota succurrūt ad sanciendum coniugium qd prius occulte fue=
rat contractum. Uoluntas ergo verbis expressa in occulto ad hoc suffraga=
tur vt fiat cōiugium/manifeste vero expressa suffragatur vt sanciat & robo=
ret ac liberū sit ecclesie de hoc iudicare si expedierit.

¶ De qua re sit consensus ille: an de carnali copula an de
cohabitatione/an de alio. C

xxvii.q.ii.c subiiciat.§. cū ergo inter istos.

Hic queritur cū consensus de presenti matrimoniū faciat/ cuius rei cōsensus sit ille: an carnalis copule: an cohabitatiōis: an vtriusq;. Si cohabitationis consensus matrimonium faciat, tunc frater cum sorore pater cum filia potest contrahere matrimoniū. Si carnalis copule tunc inter Mariā ꝛ Joseph non fuit cōiugiū. Proposuerat eñ Maria in virginitate manere: nisi deus aliter facere iuberet: sm qđ videtur angelo dixisse. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. i. me non cognituram proposui.

Luce. i.

Nec enim qꝛ virum tunc nō cognoscebat necesse erat inquiri quomodo posset habere filiū: sed qꝛ se nunq̄ cognituram proposuerat. Dicit enim Beda ꝙ in virginitate manere disposuerat. Si ergo contra suū propositū post consensit in carnalem copulam videtur facta voti rea mēte ꝛ si nō opere violata.

Beda sup Lucam.

Ecce i quā rez fuit ille consensus.

Dicamus ergo ꝙ consensus cohabitationis vel carnalis copule non facit coniugium: sed cōsensus coniugalis societatis verbis secundum presens tempus expressus: vt cum vir dicit. Ego accipio te in meam: non dominam: non ancillam: sed coniugem/ quia enim non ancilla/ vel domina datur/ ideo nec de summo nec de imo a principio formata est: sed de latere viri ob coniugalem societatem. si de summo fieret/ vt de capite videref ad dominationē creata. Si vero de imo/ vt de pedibus videretur ad seruitutem subiicienda: sed quia nec in dominam nec in ancillā assumitur/ facta est de medio. i. de latere/ quia ad coniugalem societatē assumitur.

Quare d' latere viri fcā sit mulier.

Cum ergo sic conueniunt/ vt dicat vir: accipio te in meam coniugē ꝛ dicat mulier: accipio te in meum virum. his verbis vel aliis idem significantibus exprimitur consensus/ non copule carnalis vel cohabitationis corporalis sed coniugalis societatis/ ex qua oportet eos cohabitare/ nisi forte causa religionis pari voto corporaliter separentur vel ad tempus vel vsq; in finem.

¶ Coactio excludit consensum cōiugalem. A

Dist. xxix. Cōsensus q̄ est efficiēs mrimōii cā nō dʒ eē defectiu' ex a liḡ interiori. s. voluntate.

Oportet autem consensum coniugalem liberū esse a coactione. Coactus enim consensus qui nec consensus appellari debet/ cōiugium nō facit. sicut testatur Urbanus papa scribēs Sancio regi arragonū in hec verba. De neptis tue cōiugio quā te cuidam militi daturū necessitatis instante articulo sub fidei pollicitatione ɔfirmasti. hoc equitate dictāte decreuim⁹: vt si illa virū illū omnino vt dicitur rēnuit: ꝛ in eadē voluntate persistit vt viro illi se prorsus deneget nuptura: nequaq̄ eā inuitam ac renitentem eiusdē viri cogas coniugio copulari.

Urban⁹ papa. 31. q. ii. c. de nepti. Ibidē. c. si verum.

Idē. Si verum esse constiterit quod nobis legati Jordanis principis retulerunt scꝫ ꝙ ipse coactus ꝛ dolens filiam suam flentem ꝛ pro viribus renitentem Raynaldo desponsauerit, quoniam legum ꝛ canonū authoritas talia sponsalia non approbat: ne ignorantibus leges ꝛ canones nimis durum videatur: ita sententiam temperamus vt si princeps cum assensū filie id qđ ceptum est perficere voluerit concedamus. Sin autem legatus noster vtrasq; partes audiat: ꝛ si nihil fuerit ex parte Raynaldi quod amplius impediat/ ab ipso iordane sacramentum quo constent hec que dicta sunt accipiat ꝛ nos canonum ꝛ legum scripta sequentes: deinceps non prohibemus/ quin alii viro si voluerit predicta eius filia tantū in domino nubat. Ex his apparet coniugium fieri inter consentientes ꝛ spontaneos non inter renitētes ꝛ inuitos. Uerumtamen qui inuite ꝛ coacte coniuncti sunt/ si postea aliquo temporis spacio sine contradictione ꝛ querimonia cohabitauerint facultate discedendi vel reclamādi habita consentire videntur/ ꝛ consensus

ille consequens supplet quod precedens coactio tulerat.

¶ In libro pandectarum. B

Consentire autem probatur qui euidenter non contradicit: secundum illud. In sponsalibus eorum consensus exigendus est/ quorum in nuptijs desideratur. Intelligitur tamen semper patri filia consentire: nisi euidenter dissentiat. Item. Sponsalia sicut nuptie consensu fiunt cōtrahentium ꝛ ideo sicut in nuptijs/ ita ꝛ in sponsalibus patrisfamilias filiam consentire oportet: que si patris voluntati non repugnat: consentire intelligitur.

¶ De errore qui euacuat consensum. A

Nec solum coactio impedit vel excludit cōsensum/ sed etiā error. Non autem omnis error consensum impedit. Est enim error alius persone alius fortune/ alius conditionis: alius qualitatis. Error persone quando hic putatur esse homo ille/ et est alius. Error fortune quando putatur esse diues qui pauper est vel econuerso. Error cōditionis quando putatur esse liber qui seruus est. Error qualitatis quando putatur esse bonus qui malus est. Error fortune ꝛ qualitatis coniugij consensum non excludit. Error vero conditionis cōiugalem cōsensum euacuat. de qua conditione post modū tractabimus. Error quoqꝫ persone consensum coniugalem non admittit vt si quis feminam nobilem in coniugium petat: ꝛ pro ea alia ignobilis tradatur ei non est inter eos cōiugium: quia non consensit vir in istā sed in aliam/ vt si quis promitteret mihi se venditurum aurum: ꝛ pro auro offerret mihi auricalcum ꝛ ita me deciperet/ nunquid dicerer cōsensisse in auricalcū: nunꝗ volui emere auricalcum: nec ergo in illud consensi. quia consensus non nisi voluntatis est. Sicut ergo error materie excludit cōsensum: ita ꝛ in cōiugio error ꝑsone. Si obijcitur de Jacob qui pro Rachel septem annis seruierat ꝛ supposita est ei Lya: nūquid error persone exclusit coniugium/ cum non in eam: sed in Rachel consenserit? Sed quod ibi factum: in misterio gestum non improbe traditur. ibi tamen ꝛ si non precessit: secutus est consensus/ nec ex illo concubitu qui consensum precessit fornicarij iudicantur cū ille maritali affectu eā cognouerit ꝛ illa vxorio affectu debitum persoluerit putans lege primogenitarum ꝛ paternis imperijs se illi iure copulatam. Excusatur etiam quia dei consilio in mysterio ita actum est. Hodie etiam excusaretur ille cui inscio vxoris soror lectulum eius ingressa se subijceret: que cum sine spe coniugij perpetuo manere censeatur: ille tamen qui cognouit eā ꝑ ignorantiā excusatur/ quod per simile probatur. Si enim dyabolus transfigurans se in angelum lucis credatur bonus non est error periculosus. Quod autem vir ille in illam mulierem non consenserit: ex simili ostenditur. Si quis hereticus nomine Augustini vel Ambrosij alicui catholico se offerret eūqꝫ ad sue fidei imitationem vocaret: si ille assentiret in cuius sententiam fidei diceretur cōsensisse. Non in hereticorum sectam: sed in integritatem fidei quam ille hereticus se mētiebatur habere. Error vero fortune cōsensum non excludit. Que enim nubit pauperi putans illum esse diuitem/ non potest renunciare priori conditioni cuius errauerit. Nec error qualitatis vt si quis ducat vxorem meretricem vel corruptam quam putat esse castam vel virginem non potest eam dimittere.

¶ De coniugio Marie ꝛ Joseph. B

Dist. xxx. Cōsensus q̄ est efficiens cā matrimonij nō dꝫ esse defectiuus ex parte rōnis. xxix. q̄sti. j. post pn. vbi totū ponit̄ quod h̄r vsqꝫ ad. ca. premissis.

Oppositio Gen. xxix. Solutio.

j. Cor. j.

Premissis aliquid addendū est de modo illius cōsensus: qui inter Mariā et Joseph intercessit. Sane credi potest non solū Mariam sed etiam Joseph apud se disposuisse virginitatē seruare velle: nisi de⁹ aliter iuberet: eosq; sic consensisse in coniugalē societatē vt vterq; de altero reuelāte spūsancto intelligeret ꝙ virginitatē seruare vellet nisi deus aliter inspiraret/ sed illam voluntatē verbis non expresserāt/ postea vero expresserunt: et sic in virginitate permanserunt. Consensit ergo Maria in maritalem societatē/ sed non in carnalē copulā: nisi de eadem specialiter deus preciperet/ cuius etiā consilio in maritalē consensit copulā/ quia virginitatē seruare volebat: et ideo non aliter cōsensisset in cōiugalem societatē nisi familiare dei consiliū habuisset. de qua Au. sic ait. Beata Maria proposuit se seruaturam votū virginitatis in corde: sed ipsum votū non expressit in ore. Subiecit se diuine dispositioni: proposuit se pseueraturā ƀginē: nisi deus aliter ei reuelaret. Cōmittens ergo virginitatē suā diuine dispositioni cōsensit in carnalē copulā/ non illā appetendo: sed diuine inspirationi in vtroq; obediendo: postea vero simul cū viro labijs expressit: ⁊ vterq; in virginitate permansit.

Aug. l li. de vitijs ⁊ pcu. ⁊ hr. xxix. q ij. c. suffici at ✠ cum ergo.

Quod pfectū inter eos fuit coniugium. C

xxvij. q. ij. ✠ Jnt͂ qs. Augu. ad Ediciam.

Inter quos vt ait Augu. perfectū fuit coniugiū perfectū quidē non in significatione sed in sanctitate. Sanctiora sunt eni͂ coniugia pari voto continētiū. vnde Aug. Quod deo pari voto ⁊ consensu voueratis ambo perseueranter reddere debuistis: a quo proposito si lapsus est ille tu saltem perseuera. Non quia pariter temperabatis a cōmixtione carnali: iō maritus tuus esse destiterat/ immo vero tanto sanctius coniuges manebatis: ꝗto sanctiora cōcorditer placita seruabatis. Perfectū ergo fuit Marie ⁊ Joseph coniugiū in sanctitate. perfectū etiam fuit ꝙm triplex bonū coniugij fidē. s. prolē ⁊ sacramentū. Oē eni͂ nuptiarū bonū vt ait. Aug. impletū est in illis parentibus christi fides/ proles/ sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum dn̄m. Fidē quia nullū adulteriū. Sacramentū quia nullū diuortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit qꝛ in carne peccati fieri nō poterat sine pudenda concupiscentia carnis/ que accidit ex peccato sine qua concipi voluit qui sine pctō futurus erat. Et lꝫ non intercesserit coniugalis cōcubitus/ cōiuges tn̄ hñ fuerūt mente nō carne sicut et parētes: ꝗuis Amb. dicat perfectū fieri cōiugiū p carnalē copulā. Jn oī inquit matrimonio cōiunctio intelligitur spūalis/ quā cōfirmat et pficit cōiunctoiū cōmixtio corpalis. Sed intelligendū est cōiugiū pfici cōmixtione corpali: nō ꝗtū ad veritatē vel sanctitatē coniugij/ sed ꝗtum ad significationē: qꝛ pfectius vnionē christi ecclesie tunc figurat.

Aug. l li. de bo. piu. ⁊ hr xxvij. q. ij. c oē itaq;.

Amb. l li. de pñarchis ⁊ hr. xxvij. q. ij. c. cū initiatur.

De causa finali coniugij. D

Exposito que sit efficiens causa matrimonij: consequens est ostendere ob quam causam soleat vel debeat contrahi matrimoniū. Est igitur finalis causa matrimonij contrahendi principalis procreatio prolis: propter hoc eni͂ instituit deus coniugiū inter primos parentes: quibus dixit. Crescite et multiplicamini ⁊c. Secunda est post peccatum Ade vitatio fornicationis. Unde Apostolus. Propter fornicationem vnusquisq; habeat vxorem suam: ⁊ vnaqueq; habeat virum suū. Sunt et alie cause honeste vt inimicorū reconciliatio et pacis reintegratio. Sunt etiam et alie cause minus honeste propter quas aliquando contrahitur: vt viri mulieris q;

Gen. j. j. Cor. vij.

pulchritudo: que animos amore inflāmatos sepe impellit inire coniugiū/
vt valeant suum explere desiderium. Questus quoq; et diuitiarū possessio
frequenter est coniugij causa: et alia multa que cuiq; diligentiā adhibenti
facile est discernere. Nec est assentiendū illis qui dicunt non esse coniugium
quod propter has causas minus honestas cōtrahit. Constat em̄ ex p̄missis
coniugiū fieri ex cōmuni cōsensu verbis de presenti expresso: quāuis amor
ad hoc attraxerit. Cuius rei documentū prestat Jacob qui Rachel decoraz Gen.xxix.
facie et venusto aspectu amauit eāq; multum diligens ait. Seruiā tibi pro Deut.xxi.
Rachel septez annis. In deuteronomio etiam legitur. Si videris in medio
captiuorū mulierē pulchrā et adamaueris eā voluerisq; vxorē habere: itro
duces eam in domū tuam ꝛc.

¶Quod malus finis non contaminat sacramentum. E

Et licet fine nō bono contrahatur coniugium qñ species
cōtrahentis mouet animū/coniugiū tamen bonum est: quia vita mala vel
intentio peruersa alicuius sacramentū non contaminat. Habuit autem cō-
iugium Marie et Joseph alias causas speciales. s. vt virgo solatio viri su-
stentaretur: vt dyabolo partus celaretur: vt Joseph esset testis castitatis:
defendens eā ab infamia suspitionis: ne vt adultera dānaretur.

¶De tribus bonis coniugij. A

Post hec de bonis cōiugij que sint et qualiter coitū Dist.xxxi.
excusent dicendū est. Tria sunt principaliter bona coniugij. Uñ De m̄rimo
Aug. Nuptiale bonū tripartitū est. s. fides/ proles/ sacramentū/ nio ꝫ cām
In fide attēdit ne post vinculū coniugale cum alio vel alia coeat finalē q̄tū
In prole vt amanter suscipiatur: religiose educet. In sacramento vt coniu- ad bona cō
gium non separet et dimissus vel dimissa nec cā prolis alteri coniūgatur. iugij cōiter
B Augu. sup

¶De duplici separatione. Gen.li.ix.

Separatio autem gemina est corporalis scꝫ sacramētalis.
Corporaliter possunt separi cā fornicationis vel ex cōmuni consensu cā re-
ligionis siue ad tempus siue vsq; in finem. Sacramentaliter vero separari
non possunt dum viuunt si legitime persone sint. Manet enim vinculum cō
iugale inter eos etiam si alijs a se discedentes adheserint. Unde Augusti- Math.xix.
nus. Usq; adeo manent inter viuentes semel inita iura nuptiarū: vt poti⁹
sint inter se coniuges etiam separati q̄ꝫ cum alijs quibus adheserunt. Itē.
Manet inter viuentes quoddam coniugale vinculum: quod nec separatio Aug.i li.de
nec cum altero copulatio possit auferre: sicut apostata anima de coniugio bono cōiu-
christi recedens etiam fide perdita: sacramentuz fidei non amittit quod la gali. et hꝫ
uacro regenerationis accepit. Redderetur enim redeunti si amisisset absce- xxxij.q.vij.
dens. Habet autem hoc qui recesserit ad cumulū supplicij: non ad meritū ca. vsq;.
premij. Item quibus placuit ex consensu ab vsu carnalis concupiscentie in In eodē li.
perpetuum continere absit vt vinculum inter illos coniugale rumpat: im- nō canone.
mo firmius heret quo magis ea pacta secum gerunt: que charius concor-
diusq; seruanda sunt non voluptarijs corporum nexibus: sed voluntarijs
animorum affectibus. Et attende q̄ tertium bonum coniugij dicitur sacra-
mentū. non q̄ sit ipsum coniugiū: sed quia eiusdē rei sacre signū est. i. sp̄ua
lis et inseparabilis coniunctionis christi et ecclesie.

¶Quod hec tria assint omni coniugio. C

Et est sciēdū ab aliquibus contrahi coniugiū vbi hec tria Du.iiij.se.
bona non comitantur. Deest enim fides vbi vir cum alia: vel mulier cum ca.v.

alio coit. hoc ergo bonū ita cōiugio adheret: vt ex eo ſi aſſit amplius cōmē-
Aug. de ſa- detur coniugiū ſi non aſſit non inde annihiletur. Que enim adultera eſt nō
cris pte. xj. ideo coniunx non eſt: immo ſi coniunx non eſſet adultera nō foret. Quod cū
c. viij. ſit culpa cōmittitur: ſacramentū vero non caſſatur. Bonum quoqꝫ prolis nō
omnibus adeſt coniugibus. Quidam pari voto continentiā ſeruant alij ꝓ
etatis defectu vel alterius rei cā generare non valent. Nec omnes illi etiam
qui prolem recipiunt bonum prolis habent. Nam bonū prolis dicit̃ nō ipa
proles vel prolis ſpes que ad religionem non refertur: immo ad hereditari-
riā ſucceſſionē (vt cum quis heredes terrene poſſeſſionis habere deſiderat)
ſed ſpes ac deſideriū quo proles ad hoc querit̃ vt religione informet̃. Mul-
ti ergo prolē habent qui tamen bono prolis carent. nec ideo tamen cōiugiū
Aug. li. de bo. ſiuga. eſſe deſinit. Sacramentū vero ita inſeparabiliter coniugio heret legitima-
rum perſonarū, vt ſine illo coniugiū non eſſe videatur: quia ſemper manet
li. et hr. xxx inter viuentes vinculū coniugale: vt etiam interueniente diuortio fornica-
ij. q. ij. c. ſo tionis cā coniugalis vinculi firmitas non ſoluatur. Ubi vero non inter le-
let queri. gitimas perſonas contrahitur coniugiū non adeſt illud bonum quod di-
citur ſacramentū: quia poteſt ſolui talium copula, de quibus poſt dicetur.
Quod vero coniugiū ſit inter eos qui coniugali affectu non tamen gratia
prolis: ſed explende libidinis conueniunt: nec fornicarij: ſed coniuges ap-
pellentur. oſtendit Auguſtinus inquiens. Solet queri cum maſculus et fe-
mina: nec ille maritus nec illa vxor alterius, ſibimet non filiorū ꝓcreandō-
rum: ſed pro incontinentia ſolius concubitus cauſa copulantur ea fide me-
diā vt nec illa cum altero: nec ille cum altera faciat id vtruꝫ nuptie ſint vo-
cande. Et poteſt fortaſſe non abſurde hoc appellari connubium: ſi vſqꝫ ad
mortem alicuius eorum id inter eos placuerit: et prolis generationē q̄uis
non ea cauſa cōiuncti ſunt non tamē vitauerint vt vel noluerint ſibi naſci fi-
lios: vel etiam opere malo aliquo agant ne naſcātur. Ceterum ſi vel vtrūqꝫ
vel vnum horum deſit, non inuenio quomodo has nuptias appellare poſ-
ſimus. Etenim ſi aliquam ſibi ad tempus adhibuerit donec aliquam di-
gnam honoribus aut ſuis facultatibus inueniat quā in cōiugio adducat
animo ipſo adulter eſt, nec cum illa quam cupit inuenire: ſed cum iſta cum
qua ſic cubat: vt cum ea non habeat maritale conſortiuꝫ. Ecce coniuges di-
cuntur qui ſolius concubitus cauſa conueniunt. ſi tamen prolis generatio-
nem aliquo malo dolo non vitent.

¶De his qui procurāt venena ſterilitatis. D

Qui vero venena ſterilitatis procurant non coniuges: ſed
Au. de nup. fornicarij ſunt. vnde Augu. Aliqñ eouſqꝫ ꝑuenit hec libidinoſa crudelitas
et ꝯcupi. et vel libido crudelis, vt etiam venena ſterilitatis procuret: et ſi nihil value-
hr. xxxij. q. rint: conceptos fetus intra viſcera aliquo modo extinguat vel fundat volē-
ij. c. aliqñ. do prolem ſuam prius interire q̄ viuere: aut ſi in vtero viuebat, occidi anteq̄
naſci. Prorſus ſi ambo tales ſint coniuges non ſunt et ſi ab initio tales fue-
runt non ſibi per connubiū: ſed per ſtuprū potius conuenerunt. Si vero am-
bo tales non ſunt audeo dicere aut illa quodāmodo eſt mariti meretrix:
aut ille adulter vxoris.

Aug. xxxij. q. ij. c. q̄ vo ¶Qñ ſint homicide qui procurant abortum. E

Au. in li. q̄ no. et ve. te. q. xxv. Hic queri ſolet de his qui abortum procurant quando in-
dicentur homicide vel non? Tunc puerperiū ad homicidium pertinet: quā-
do formatum eſt et animā habet vt Augu. ſuper Exod. aſſerit. Informe aūt

puerperium vbi non est anima viua lex ad homicidium pertinere noluit. Dicit etiam Augu. q informe puerperium non habet animam/ ideoq mulctatur pecunia / non redditur anima pro anima: sed iam formato corpori anima datur non in conceptu corporis nascitur cum semine deriuata. Nam si cum semine et anima existit de anima/ tunc et multe anime quotidie pereunt: cu semen ex fluxu non proficit natiuitati. Primum oportet domum copaginari et sic habitatorem induci. Cum ergo lineamenta compacta non Hiero. ibidem
fuerint/ vbi erit anima. Item Hiero. ad Algasiam. Semina paulatim for- c. sicut snla
mantur in vtero/ et tandiu non reputatur homicidium/ donec elementa confecta suas imagines membraq suscipiant. His apparet tunc eos homicidas esse qui abortum procurant: cum formatum est et animatum puerperium.

¶ De excusatione coitus qui fit per hec bona. F

Cum ergo hec tria bona in aliquo coniugio simul concurrunt: ad excusationem coitus carnalis valent. Quando enim seruata fide thori causa prolis coniuges conueniunt: sic excusatur coitus vt culpam no habeat. Quando vero deficiente bono prolis/ fide tamen seruata conueniut causa incontinentie/ non sic excusatur vt non habeat culpam: sed venialem Unde Augustinus. Coniugalis concubitus generandi gratia non habet culpam. Concupiscentie vero satiande: sed tamen cum coniuge propter tho- Au. I li. de
ri fidem venialem habet culpam. Item. Hoc q coniugati victi concupiscen- bono coniu-
tia vtuntur inuicem: vltra necessitatem liberos procreandi. ponam in his gali.
pro quibus quotidie dicimus. Dimitte nobis debita nostra &c. Ubi autem Hugo. iiii.
hec bona desunt fides. s. et proles/ non videtur coitus defendi a crimine. Un sen. c. iiii. &.
in sententiolis Sexti pithagorici legitur. Omnis ardentior amator proprie Math. v.
vxoris adulter est. Item Hiero. Sapiens iudicio amat coniugem non affe- xxxii. q. iiii
ctu/ non regnat in eo impetus voluptatis: nec preceps fertur ad coitu nihil c. origo qd.
est fedius q vxorem amare quasi adulteram. Qui dicunt se causa humani Hiero. ibidem
generis vxoribus iungi imitentur saltem pecudes: et postq venter vxoris c. sapiens.
intumuerit: non perdant filios: nec amatores se vxoribus exhibeant: sed maritos. Idem In matrimonio opera liberoru concessa sunt. voluptates autem que de meretricu amplexibus capiunt: in vxore sunt danate.

¶ De indulgentia apostoli quo sit accipienda. G

Sed si concubitus qui fit causa prolis culpa caret: qd apostolus sm indulgentiam permittit? ita enim ait. Hoc autem dico sm indulgentiam. Cui enim prestatur venia nisi culpe? Per hoc etiam quidam pro- I. Cor. vii.
bare volunt nuptias esse peccatum: sed vt predictum est: indulgentia alia est concessionis alia permissionis. Egerat apostolus de nuptiis et de carnali coitu: et ad vtrumq retulit illud: hoc autem dico sm indulgentiam. Indulgentur enim nuptie sm concessionem et concubitus nuptialis qui fit tantum causa prolis. Concubitus vero qui est preter necessitatem generandi: ob incontinentiam indulgetur sm permissionem: quia ibi est aliqua culpa sed leuis. Ideoq non iubetur nec conceditur: sed permittitur: quia non est Aug. de ver-
laudabilis sed venialis. De hoc Augustinus sic ait. Forte aliquis dicet. si bis apli.
veniam concessit apostolus. ergo peccatum sunt nuptie: cui enim venia nisi peccato conceditur. Plane quod infirmitati permisit sm veniam audeo dicere peccatum esse. veniam namq concedens apostolus concubitum attendit coniugatorum vbi est incontinentie malum. Incontinentie malum est quod vir cognoscit vxorem: etiam vltra necessitatem procreandi li-

Quid sit malũ incõtinẽtie. beros:sed ⁊ ibi est nuptiarũ bonum. Nõ enĩ quia incõtinentia malũ est:idõ cõiugium:vbi est cõcubitus preter intẽtionẽ gñationis nõ est bonũ.nõ propter illud malũ culpabile est hoc bonũ/sed illud malũ fit veniale propter bonũ nuptiale:qđ nõ reprehẽdit apl's sed malũ incõtinẽtie.

Aug.super Ge. Itẽ cõcubitũ q̃ non fit cã plis:nuptie non cogunt fieri:sed impetrãt ignosci:si tñ nõ ita sit nimius vt impediat tempora que orationi debẽtur:nec inmutet in eũ vsum qui est cõtra naturam.

Aug.i.li.de bono cõiugali. Cõcubitus enĩ necessarius cã gñandi inculpabilis ⁊ solus ipse nuptialis est. Ille vero qui vltra necessitatem progredit̃: nõ rationi:sed libidini obsequit̃ ⁊ hunc non exigere:sed reddere coniugi ne fornicet̃ ad coniugem pertinet. Si vero ambo tali concupiscẽtie subigunt̃. rẽ faciunt q̃ nõ est nuptiarũ.cuius delicti nõ sunt nuptie hortatrices:sed deprecatrices:decus quidẽ coniugale est castitas procreandi ⁊ reddendi carnalis debiti fides. Hoc est opus nuptiarũ qđ ab omni pctõ defendit apl's dicens.

i.Cor.vii. Non peccat virgo si nupserit. Cum ergo culpabilis non sit gñandi intẽtio ne concubitus qui proprie nuptijs imputãdus est q̃d sm veniã concedit apl's nisi quia cõiuges debitũ carnis exposcũt:non propaginis voluntate:sed libidinis voluptate.q̃ tñ voluptas non propter nuptias cadit in culpam:sed propter nuptias accipit veniã. Immoderata ergo progressio sm veniam cõceditur. Quocirca ⁊ hinc laudabiles sunt nuptie.quia etiam illud quod nõ ptinet ad se ignosci faciunt propter se. Non enĩ iste concubitus quo seruitur cõcupiscentie agit̃ vt impleat̃ fetus quem postulant nuptie. Omnino ergo in

Aug.cõtra Julia.hereticum. genere suo nuptie bone sunt:quia fidem thori seruant/⁊ prolis suscipiẽde cã vtrunque sexum commiscent:⁊ impietatem separationis horrent. Sanctitas etiã coniugij nec coniunx infidelis obesse potest:sed potius fidelis prodest infideli:vt apl's docet.

i.Cor.vii. Ex his ostenditur.quod coniuges qui causa prolis tñ conueniunt:vel qui exigentibus debitum reddunt:defendit a peccato sanctitas coniugij/bonumque nuptiale. Si enĩ absque peccato nõ posset fieri concubitus coniugalis non precepisset dñs post diluuium eos copulari

Hug.iiii.sentẽ.c.iiii. Gen.ix. dicens. Crescite ⁊ multiplicamini:cum iam sine carnali concupiscentia nõ possint commisceri.

Quod nõ omnis delectatio carnis pctm̃ sit. D

Sed forte aliquis dicet omnem carnis concupiscentiam ⁊

Hugo.iiii.sentẽ.c.iiii. delectationẽ que est in coitu malam esse ⁊ pctm̃:quia ex peccato est ⁊ inordinata. Et nos dicimus illam concupiscentiam semper malam esse quia feda est ⁊ pena pcti:sed non semper pcm̃ est. Sepe enĩ delectat̃ vir sanctus sm carnẽ in aliq̃ re vt refiescẽdo post laborẽ edẽdo post esuriẽ:nec tñ talis delectatio est pctm̃:nisi sit immoderata. Sic ⁊ delectatio que fit in coitu coniugali/cui

Gre.xxxiii.q.iiii.c.vir cum propria Leui.xv. assunt illa tria bona a peccato defenditur. Uidetur tamen beatus Gregorius aliter sentire.scilicet quod sine peccato non possit fieri carnalis cõmixtio dicens. Uir cum propria coniuge dormiens.nisi lotus aqua ecclesiam intrare non debet. Quamuis diuerse hominum nationes de hac re diuersa sentiant:⁊ alia custodire videant̃. Romanorum tñ semper ab antiquioribus vsus fuit post admixtionem proprie coniugis.⁊ lauacri purificationẽ querere ⁊ ab ingressu ecclesie paululum temperare. Nec hoc dicentes culpam deputamus esse coniugium:sed quia ipsa licita admixtio coniugis sine voluptate carnis fieri nõ põt a sacri loci ingressu est abstinendum:quia voluptas ipsa sine culpa nullatenus esse potest. E

Determinat authoritatem.

Hoc autem ne predictis obuiet intelligendum est in illis

qui non gratia prolis conueniunt: quorum voluptas non est sine peccato
& vix aliqui reperiri possunt adhuc amplexus carnales experientes q̄ non
interdum conueniant preter intentionē procreande prolis. Hoc autem quo
tiens fit ab ingressu ecclesie abstinendum est. Et q̄ ita intelligendū sit gre=
gorius consequenter ostendit. Si quis vero sua coniugē: nō cupidine volu
ptatis raptus: sed tantū creandorū liberorum gratia vtitur iste profecto si
ue de ingressu ecclesie siue de sumēdo corporis dn̄ici misterio suo est iudi=
cio relinquendus: q2 prohiberi a nobis non debet accipere qui in igne po=
situs nescit ardere. Cū ergo non amor procreande sobolis s3 voluptas dn̄a
tur in opere commixtionis habeant coniuges etiam de commixtione sua/
quod defleant. Tūc aūt vir qui post admixtionē coniugis lotus aqua fue
rit etiam sacram communionem valeat accipere: cū ei sm̄ prefinitam sentē
tiam ecclesiam etiam licuerit intrare.

¶ De solutione carnalis debiti. A

S Ciendum etiam est q2 cum in omnibus aliis vir p̄ Dist.xxxij.
sit mulieri vt caput corpori. est em̄ vir caput mulieris: in soluē= De in̄rimo
do tamen carnis debito pares sunt. Ideo Apl's vtriq3 pariter p̄= nio sm̄ cā3
cipit in hac causa sibiinuicem subiici inquiens. Uir debitū red finalē q̄tū
dat vxori: similiter & vxor viro: q2 mulier non habet potestatem sui corpo= ad fidem
ris: sed vir. Similiter et vir non habet potestatem sui corporis: sed mulier: thori.
quia nec mulier ad alium virum: nec vir ad aliam mulierem potestatem i.Cor.xi.
sui corporis h3: nec vir ad continendum nec mulier potestate3 habet/ sine i.Cor.vi.
mutuo consensu: sed alter alterius potestatem h3 corporis vt poscenti alte
ri non liceat alteri negare debitu3: in hoc em̄ pares sunt: q2 nec viro nec mu
lieri corpus suum l3 aliū tradere: sed sibiinuicem debitores sunt in hac cā: Augu.
ne peccandi detur occasio: per quod non dominium tollitur viro: sed vitiū Amb. i li.d
Debēt em̄ coniugati non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem libe= bono 9iu.
rorum procreandoru3 causa: que prima est in ista mortalitate societas. ve
rumetiam infirmitatis inuicē excipiende ad illicitos concubitus deuitan
dos mutuā quodammodo seruitutem: vt & si alteri eorum continentia pla
ceat: nisi ex alterius consensu non possit. Ad hoc enim neuter h3 potestatē
sui corporis: qđ adeo verum est: vt etiam q̄ non filiorum procreandorum:
sed infirmitatis & incontinentie cā expetit: vel ille de matrimonio: vel illa
non sibi alterutrum negent: ne per hoc incidāt in damnabiles corruptelas
Reddere enim debitum coniugale nullius est criminis: exigere aūt vltra ge
nerandi necessitatem: culpe est venialis. Fornicari vero vel mechari punie
di est criminis.

¶ Quod neuter cōtinere valeat nisi ex cōi consensu. B

Quod vero sine consensu vxoris vir continere non valeat Aug.sr̄ po
subditis probatur testimoniis. Ait em̄ Aug. Si dicat vir continere iam vo xlvi. & h̄r. x
lo: nolo autem vxor: non potest. Quod em̄ tu vis illa non vult. Nunqđ per xxij.q.iiij.q.vi.
continentiam tua3 illa debet fieri fornicaria. Si alii nupserit te viuo adul c. si dicat
tera erit. Non vult tali lucro deus tale damnum compensari. Redde debi Mat.x.
tum & si non exigis redde. Pro sanctificatione perfecta deus tibi computa An. ad edi
bit si non quod tibi debetur exigis: sed reddis quod debes vxori. Idem s3 tiam.
verba apostolica etiam si vir continere voluisset & tu noluisses debitu3 si= Idē ad ar
bi reddere cogeretur: & illi deus imputaret continentiam: si non sue/s3 tue mentariu3
concederetur infirmitati: ne in adulterium caderes. Quisquis ergo compa epl'a. xxvi.
tiens infirmitati vxoris reddit non exigit debitum: aut si propter propriā

infirmitatem ducit vxorem plangens potius: quia sine vxore esse non po-
tuit ꝙ gaudens: qr duxit securus expectat diem nouissimum. Idē. Una so
la causa esse potest qua te ad id quod vouisti non modo hortaremur: sꝫ ēt
prohiberemus implere si forte tua coniunx hoc tecum suscipere animi vel
Au. in li. d carnis infirmitate recusaret. Nam vouenda talia non sunt a cōiugatis: ni
adulterinis si ex consensu ꝛ voluntate cōi: ꝛ si īpropere factum fuerit magis est corrigē
coniugijs. da temeritas ꝙ persolnēda promissio. Non eñ deus exigit si quis ex alie-
Idē i qōni no aliquid voluerit: sed potius vsurpare vetat alienū. Idem Apostol⁹ nec
bus nume- ad tempus vt vacent orationi nisi ex consensu voluit coniugem carnali in
roꝝ. q. liij. uicem fraudari debito. Idem manifestum est ita voluisse legem feminam
sub viro esse. vt nulla eius vota que abstinentie causa vouerit reddant ab
ea: nisi author fuerit vir permittendo. Nam cum ad petiñ eiusdem viri per
tinere voluerit lex: si prius permiserit: ꝛ postea prohibuerit: non tñ dixit; vt
faciat mulier quod vouerat qr permissa iam prius a viro fuerat. Uiri di-
xit esse peccatum: qr abnuit quod prius concesserat: nō tñ mulieri ex hoc
iussum dedit vt cum prius vir ei concesserit postea si prohibuerit contēna
tur. Ex his apparet ꝙ vir vł mulier continentiam deo offerre non potest si-
ne cōi consensu: nec alter alteri debitum negare debet. Si vero quilibet eo
rum alterum a suo iure absoluerit ad preteritam seruitutem: nunꝗd reuo
care poterit. Hoc eñ videtur Aug. supra voluisse. Quibusdam videt̃ ꝙ mu
lier non discedens a domo viri: que viro permittente continentiā vouerit/
vel promiserit eodem prohibēte soluere non valeat: ꝛ hoc propter dignita
tem viri qui est caput mulieris. Sꝫ meli⁹ hoc intelligit̃ in tali casu vbi vir
Ex cōci. Re concedit mulieri vouere continentiaꝫ ꝛ ante votū prohibet implere. Si vo
mēn. xxiij. habitum mutauerit non pōt reuocare eum illud. Qui vxorem suā velare p-
q. v miserit aliam non accipiat. sed similiter conuertatur.

C Quibus temporibus cessandum sit a coitu. C

Et licet debitum poscenti semper sit soluendum: non licꝫ
Aug. l li. d tamen qualibet die poscere. Uñ Aug. Christiano cum vxore sua aliquādo
qōnib⁹ no. licet conuenire: aliquando non: propter processionis enim dies ꝛ ieiunio-
ꝛ vete. te. et rum aliquando non licet conuenire: quia etiam a licitis abstinendum est/
hꝫ. xxiij. q. vt facilius impetrari possit quod postulatur. Idem. Quotiens eñ vł dies
iiij. c. xp̄ia- natiuitatis: vel relique festiuitates aduenerint: non solum a concubina-
no. rū consortio: sed etiam a proprijs vxoribus abstinete. Idem Ambrosius.
Ibidē. c. q- Si causa procreandorum filiorum ducitur vxor: non multum tempus con
tiēs. amb. cessum videtur ad ipsum vsum: quia ꝛ dies festi ꝛ dies processiōis/ ꝛ ipsa
xxxiij. q. ii- ratio conceptus ꝛ partus iuxta legem cessare vsum carnis his debere tem
ij. poribus demonstrant.

C Hiero. videtur dissentire a premissis D

Hie. l ꝗdaꝫ Illi autem quod dictum est reddere debitum non esse pec
ꝫmōe xxxiij catum videtur obuiare quod ait Hierony. Quicunꝗ vxori debitum reddit
q. 4. sciatꝭ. vacare non potest orationi: nec carnes agni edere. Idem Si panes propo-
j. Reg. xxj. sitionis ab his qui vxores suas tetigerant comedi non poterant ꝙ toma-
Exo. xxxij. gis panis qui de celo descendit non potest ab his qui coniugalibus pau-
Ioh. vj. loante hesere complexibus violari atꝙ contingi: non quod nuptias cōdē-
Hier. super nemus: sed quod eo tempore quo carnes agni manducaturi sumus: vaca-
Mat. xxxij. re a carnalibus operibus debeamus. Hoc capitulum maxie ad ministros
ꝗōne. ij. ecclesie pertinere videtur: quibus nō licebat sacra officia celebrare atꝙ my
steria tempore coniugalis amplexus: quo etiam presentis spūssancti non

batur. Unde idem ait. Connubia legitima carent quidem peccato: nec ta= men tempore illo quo coniugales actus geruntur presentia spiritussancti dabitur etiam si propheta esse videatur: qui officio generationis obsequit. E

¶ Quibus temporibus non sunt celebrande nuptie.

Nec soluz in opere carnali obseruanda sunt tempora: sed etiam in celebrandis nuptijs: scdm illud. Non opz a septuagesima, vsq ad octauam pasche & tribus hebdomadibus ante festum sancti Joannis: & ab aduentu dñi vsq post epyphaniam celebrare nuptias. Quod si factuz fue nt separent. Jdē Nico. papa. Nec vxorem ducere nec coniugia facere quadra gesimali tempore conuenire posse vllo modo arbitror. 35. q. iiij. ca. Non opz. pl. nō opz. Ni. pap ad cōsultabul garorū. 33. q. iiij. c. nec vxorem

¶ De diuersis coniugij legibus.

Queritur hic de antiquis patribus q plures simul leguntur habuisse vxores vel concubinas vtruz peccauerint. ad quod dicimus pro varietate temporum varia inuenitur dispen satio conditionis. Ab exordio enim temporis inter duos tantuz Adam s. & Euam inchoatum est coniugium deo per os Ade dicēte. Homo adherebit vxori sue: & erunt duo in carne vna: & secundum inchoatiōis mo dum inter duos tantum per omnem successionem temporum cōtraheretur cōiugiū si primi homines in obedientia perstitissent. Post eorum vero co pulam filij & filie eorum matrimonio coniuncti sunt: sed vnus vni tantuz. Ideo aūt fratres sororibus tunc sunt copulati qr non erant alie mulieres vel viri: quibus Ade filij vel filie iungerentur. Primus omnium Lamech: duas legitur simul habuisse vxores & hoc in eo arguitur: qr pro expletiōe carnalis voluptatis id fecisse perhibetur. Postea vero cum iam pene om= nes homines falsis dijs seruirent paucis in cultu dei permanentibus con sultum est a deo plures in matrimonio copulare sibi ne illis paucis defi= cientibus: cultus & notitia dei deficeret. Unde Abraham viuente vxore ad ancillam intrauit: & ex ea genuit. Jacob etiam liberis & ancillis se copula uit. Et filie Loth patre ebriose sunt. Cum enim ceteris in idolatria relictis abraham & filios eius in peculiarem populum sibi dñs elegisset: rite mul tarum fecunditate mulierū populi dei multiplicatio querebatur: quia in successione sanguinis erat successio religionis. Unde etiam in lege male dicta erat sterilis que non relinquebat semen super terram. Hic etiaz sacer dotibus coniugia decreta sunt: qr in successiōe familie successio est officij: Non ergo Abraham vel Jacob deliquit: quia preter vxorem filios ex an cilla quesiuit: nec illorum exemplo preter coniugale debitum: fecunditatē in aliqua licet alicui querere: cuz illorum coniugia nostrorum equent vir ginitati: & immoderatus vsus coniugij nostri temporis turpitudinem fe re imitetur fornicationis illius temporis. De hoc Aug. sic ait. Antiquis iu stis non fuit peccatum q pluribus feminis vtebantur. nec contra naturaz hoc faciebant cū non lasciuiendi causa: sed gignendi hoc facerent. nec con tra morem: qr eo tpe ea fiebant: nec contra preceptuz: quia nulla lege erat prohibitum. Idem. Obijciūtur Jacob quatuor vxores qđ qñ mos erat cri men non erat. Sic patriarche cōiugibus excipientibus semen suuz misce bantur non concupiscentia perficiende voluptatis sed prouidentia propa gande successionis: sicut aplī auditoribus suis admirantibus doctrinam suā condelectabant non auiditate consequēde laudis: sed charitate semi nande veritatis. Idem alibi. Antiquis temporibus cuz adhuc salutis no stre mysterium velaretur iusti officio propagādi nuptias contrahebāt nō

Dis. xxxiij. Quatr si= dei thori fuerit i pri bus antiqs 33. q. iiij. c. recur rat. §. hīsita Gen. ij. Gen. iiij Gen. xvi. Gen. xxix. & xxx. Deut. vi. Deut. xviij Aug. in li. de virginib. Augu. sup Gen. & hr xxxij. q. iiij c. obijciūt. Jacob. Act. ij. Idē d bono ziu. c. iiij.

victi libidine sed ducti pietate qui multo facilius continere possent et vellent. Utebantur tamen coniugibus: et plures vni viro habere licebat quas castius habebat quam nunc vnam quilibet istorum in quibus videmus quod

i. Cor. vij. secundum veniam concedit Apostolus. Habebant enim eas in opere gene

Amb. xxxij randi non in morbo desiderij. Item Ambro. Dixit Sarra ad Abraham. Ec

q. iiij. c. Dixit sarra. ce conclusit me dominus vt non pariam. Intra ergo ad ancillam meam vt filium facias ex ea et ita factum est. Considera primum quod Abraham an

Gen. xvj. te legem Moysi et ante euangelium fuit. Non ergo in legem commisit Abraham sed legem preuenit. Nondum enim interdictum videbatur. Secundo considera quod non ardore aliquo vage succensus libidinis non petulantis forme captus decore ancille contubernio coniugalem post habuit thorum sed studio querende posteritatis et propagande sobolis. Adhuc post

Gen. xix. diluuium raritas humani generis erat etiam religionis. Denique et Loth sancti filie hanc causam querende posteritatis habuerunt: ne genus deficeret humanum: et ideo publici muneris gratia priuatam culpam pretexit. Item Augustinus. Iustus quis cupiat dissolui et esse cum christo: tamen sumit alimentum non cupiditate viuendi: sed officio consulendi: vt maneat quod necessarium est propter alios. Sic misceri feminis iure nuptiarum officiosum fuit sanctis viris. non libidinosum. Quod enim est cibus ad salutem hominis: hoc est concubitus ad salutem humani generis: et vtrumque non est sine delectatione carnali, que tamen modificata et refrenante temperantia in vsum naturalem redacta libido esse non potest. Quod autem in sustentando vitam illicitus est cibus, hoc est in querenda prole fornicarius vel illicitus concubitus, et quod est in cibo licito immoderatior appetitus, hoc est in coniugibus venialis ille concubitus.

¶ Non prefert virginitas Iohannis castitati Abrahe. B

Quod vero castitas virginalis non preferatur in merito

Au. l li. de virginib⁹. coniugali castitati Abrahe. Augustinus ostendit inquiens. Sicut non est impar meritum patientie in Petro qui passus est: et in Iohanne qui passus non est, sic non est impar meritum continentie in Iohanne qui nullas expertus est nuptias: et in Abraham qui filios genuit. Nam illius celibatus et isti⁹ connubium pro temporum distributione christo militauerunt: sed continentiam Iohannes in opere Abraham in solo habebat habitu. Melior est autem castitas celibum quam nuptiarum: quarum vnam Abraham habebat in vsu: ambas in habitu. Caste enim et coniugaliter vixit. Esse autem castus sine coniugio po

Hier. xxxij. q. iiij. ca. Quis ignoret. tuit, sed tunc non oportuit. Item Hiero. Quis ignoret sub alta dispensatione dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti cuius nunc christiani sunt? Quomodo Abraham ante placuit in coniugio, si nunc virgines placent in castitate. Seruiuit ille legi et tempori suo: seruiamus et nos legi et tempori nostro in quos fines seculorum deuenerunt. Ex his apparet quod sancti patres ante legem

i. Cor. x. Gen. xxxv. sine peccato plures habuerunt vxores vel concubinas. Eas enim nunc vxores appellat scriptura: nunc concubinas: Rachel tamen et Lya ambe vxores fuerunt, non concubine.

¶ Oppositio. C

Si quis opponat quod fidem thori non seruabant illi patres.

Dicimus in hoc seruasse fidem thori, quia non alijs, sed proprijs vxorib⁹ vel ancillis miscebantur. Ecce que fuerit consuetudo in hac re ante legem. Legis vero tempore interdixit Moyses carnalem copulam fieri cum matre, cum nouerca, cum sorore, cum nepte: cum amita: cum matertera: cum nuru

et aliis quibusdã. Permisit aũt diuortiũ fieri dato libello repudij: in quo vir scribebat causas ꝓ quib⁹ vxorẽ repudiabat. Permisit autẽ aliã ducere dato prioꝛi libello: qḋ propter duriciã cordis eoꝝ permissum xp̃s dicit. Nõ vt cõcederetur dissidiũ/ sꝫ vt tolleretur homicidium. Permisit fieri mala ne fierent peioꝛa: et hoc permittendo non dei iustitiam demonstrauit: sed in peccatoꝛe minuit culpam. Que erat cõsuetudo legalis. Leui. xviij Deut. xxiiij Mat. xix.

¶ Cui licebat plures habere vel non. D

Sed nunquid sub lege licebat habere plures vxoꝛes? Audi quid scriptum est in Deuteronomio. Non habebit rex vxoꝛes plurimas que alliciãt animã eius. Super quem locũ ait Augustinus. Manifestum est salomonẽ hoc preceptum trãsisse. Dauid autem plures habuit nec preceptũ preterijt. Permissum est enĩ regi plures habere/ nõ plurimas que alliciant animã multiplicate. Cũ tamẽ additur vt non eleuetur coꝛ ei⁹/ alienigenas pꝛohibitum esse videtur. Uerũtamen multiplicatio vxoꝛũ generaliter prohibita est. Permissum est aũt regi plures habere sed nõ multiplicare. Ueniẽte aũt plenitudinis tpe quo chꝛisti grã vbiq̃ est dilatata/ reducta est lex nuptiarũ ad prioꝛem honestioꝛemq̃ institutionẽ: vt vnus vni in figura chꝛisti ⁊ ecclesie coniungat. Nec queritur electio muneris in successione generis/ sed in perfectiõe vite et sinceritate scĩẽtie/ et virginitas fecunditati pꝛefertur: et sacerdotibus continentia indicitur. Deut. xvij Augusti. i. Regũ. xi. ij. Reg. xij. i. Reguꝫ. i. Gal. iiij.

¶ De virginitate mentis et carnis. E

Melioꝛ est autem virginitas mẽtis q̃ carnis. Unde Ambꝛo. Tolerabilius est mentem virginem q̃ carnem habere: vtrũq̃ bonum est si liceat. si non liceat: saltem nõ casti homini sed deo simus. Uirgo pꝛostitui potest adulterari non potest: nec lupanaria infamãt castitatẽ: sed castitas etiam loci abolet infamiam. Idem. Non potest caro ante coꝛrumpi/ nisi mens ante fuerit coꝛrupta. Item Isidoꝛus. Non potest coꝛpus coꝛrumpi nisi prius animus coꝛruptus fuerit. mundata enĩ a contagione anima: caro non peccat. In fine huius capituli aperitur quomodo verũ sit nisi anima prius fuerit coꝛrupta/ coꝛpus nõ posse coꝛrumpi scilicet peccato. Illud etiam Augustini aduertendum est. Sicut inquit sanctius est moꝛi fame q̃ idolotitis vesci/ ita sanctius est defungi sine liberis/ q̃ ex illicito coitu stirpem querere. Undecũq̃ vero nascantur homines: si parentum vitia non sectentur et deum recte colant honesti et salui erunt. Semen enim ex qualicunq̃ homine: dei creatura est: et ea male vtenti male erit non ipm aliquãdo malum erit. Amb. i li. de virgib⁹. xxxij. q. v. c tolerabili⁹ xxxij. q. iiij Reuera. Isidoꝛ⁹ in synonimis Aug. i li. de bono cõiu.

¶ De personis legitimis. A

Nunc superest attendere que persone sint legitime ad contrahendum matrimonium. Legitime iudicantur persone scdm statuta patrum que diuersa sunt. Alie nãq̃ fuerunt legitime ante legem: alie sub lege/ alie in tempoꝛe gratie. Item in primitiua ecclesia quedam erant legitime que modo non sunt. Earum vero que modo legitime sunt vel illegitime quedã sunt plene legitime: quedam omnino illegitime/ quedam medie. Plene legitime sunt quibus non obuiat votum continentie: vel oꝛdo sacer: vel cognatio: vel dispar cultus: vel conditio/ vel nature fragilitas/ et si quid est aliud. Penitus vero illegitime sunt per votum: per oꝛdinem: per cognationem per disparem cultum. Medie vero sunt: nec plene legitime nec omnino illegitime per frigidita Di. xxxiiij. De matrimonio scdm cau sam materiales q̃ est personarũ legitimarũ vel illegitimarum.

per conditionẽ. Si eñ tales iunguntur ignoranter: cõmanere possunt quibusdam accedentibus causis et eisdem deficientibus diuidi.

¶ De frigidis separandis. B

Sententia hui⁹.c. sũmatim contineẽ extra de frigid. et male. Gre. xxxiij. q.j.c. q̄ aũt sterrogasti xxxiij. q. j. ca. requisisti de his.

De his enim qui causa frigiditatis debitum reddere non possunt consulit Grego. vt permaneant. Sed si mulier causatur dicens volo esse mater et filios procreare decreuit vt vterq; eorum septima manu propinquorum iuret: q̄ nunq̄ carnaliter conuenerint et tunc mulier secundas nuptias contrahat. Uir autem qui frigide nature est: absq; spe cõiugij permaneat. Ait enim sic. Interrogasti de his qui matrimonio iuncti sunt et habere non possunt. si ille aliam vel illa alium ducere possit de quib⁹ scriptũ est. Uir et mulier si se coniunxerint: et post dixerit mulier de viro q̄ coire nõ possit cum ea: si potest probari quod dicit per iustum iudicium: alium accipiat. si vero ille acceperit aliam: separentur. Item. De his requisisti qui ob causam frigide nature dicunt se non posse inuicem op crã carni dantes conmisceri. Iste vero si non potest ea vti pro vxore habeat eam quasi sororem quod si retinaculum coniugale voluerint rescindere, maneãt vterq; innupti, nam si huic non potuit naturaliter concordare: quomodo alteri conueniet? Igitur si vir aliam vxorẽ vult accipere manifesta patet ratio quia suggerente dyabolo odij fomite exosam eam habuerit, et ideo eam dimittere mendacij falsitate molitur. Quod si mulier causatur et dixit volo esse mater et filios procreare, vterq; eorum septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquijs iureiurando dicat vt nunq̄ per commixtionem carnis coniuncti: vna caro effecti fuissent. Tunc videtur mulierem secundas posse contrahere nuptias: humanum dico propter infirmitatẽ carnis eorũ.

Cor. vj.

Uir aũt qui frigide nature est: maneat sine cõiuge. Quod si et ille aliã cõiugem acceperit. tũc hi qui iurauerant periurij crimine rei teneantur: et penitẽtia peracta priora cogantur recipere cõnubia. Hoc seruandum est cum vterq; idem fatetur. Sed vir si asserit se debitum reddidisse vxori, et illa diffitetur. cui potius fides habenda sit, merito queritur? De hoc ita statutum est.

Ibid. ca. si qs accepit j. Cor. vij.

Si quis ita acceperit vxorem et habuerit eam aliquo tempore, et ipsa femina dicit q̄ nunq̄ coisset cũ ea: et ille vir dicit q̄ sic fecit: et in veritate viri cõsistat: quia vir est caput mulieris. Hoc de naturali impossibilitate statutum est.

¶ De his qui maleficijs impediti coire non possunt. C

Hismari⁹ remẽsis archiep̄s. xxxiij. q. iij c. si per sortiarias.

De maleficij autem impedimento hoc tenendum decernitur. Quod si per sortiarias et maleficas concubitus non sequitur hortandi sunt quibus illa eueniunt vt spiritu cõtrito et humiliato deo et sacerdoti de oib⁹ pctis cõfessionẽ faciãt: et lachrymis orationib⁹ et ieiunijs dño satisfaciãt: et per exorcismos ac cetera ecclesiastice discipline munimina ministri ecclesie tales sanare procurent. Quod si non potuerint: separari valebunt. Sed postq̄ alias nuptias expetierint illis viuentibus quibus post iuncte fuerint: prioribus quos reliquerant: etiam si possibilitas cõcubẽdi eis reddita fuerit: reconciliari nequibũt. Quod in fine huius capituli continetur ex rigore magis dictum intelligendum est q̄ ex canonica equitate. Uel intelligendũ est nõ posse recõciliari prioribus nisi iudicio ecclesie quo diuisio facta fuerat.

¶ De furiosis addit. D

Furiosi quoq; dum in amentia sunt matrimoniũ contra-

here non valent. Unde fabianus. Neq̃ furiosus neq̃ furiosa matrimonium contrahere possunt: sed si contractum fuerit non separentur. Item Nicolaus papa. Hi qui matrimonium sani contraxerunt et uni ex duobus vel ambobus amentia vel furor vel aliqua infirmitas accesserit: ob hanc infirmitatem talium coniugia solui non possunt. Similiter est etiam sciendum de his qui ab aduersarijs excecantur, vel membris truncantur vel a barbaris execti fuerint.

Fabian⁹. xxxvij. q. vij. ca. neq̃ furiosus. Ibid. c. hi q̄ m̄rimonium.

¶ De his qui cum duabus sororibus dormiunt. E

De his etiam qui cum duabus sororibus vel que cũ duobus fratribus dormiunt videndum est quid censeãt canones. Qui dormierit cum duabus sororibus et vna ex illis ante fuerit vxor, neutram ex ipsis habeat: nec ipsi adulteri vnq̃ in cõiugio copulentur. Itẽ nec proprie vxori licet sibi reddere debitum quam sibi reddidit illicitã, sororem eius cognoscendo. Nec post mortem vxoris licet ei vel adultere copulari in coniugiũ. Item zacharias papa. Concubuisti cum sorore vxoris tue si fecisti, neutrã habeas et vxor tua si non fuerit conscia sceleris et continere non vult, nubat in domino cui vult. Tu vero et adultera sine spe coniugij maneatis, et dum viuitis penitentiam agite. Quod ait cui vult nubat intelligẽdum est post mortem viri. Unde Grego. Qui vxores suas in adulterio deprehendunt nec ille nec illa aliã vxorẽ accipiat vel alium virũ q̃diu ambo viuũt. Si vero adultera mortua fuerit vir eius si vult nubat adultera vero nũq̃: et si mortuus fuerit vir eius sed oibus diebus penitentie lamenta persoluat. Hic de illo adulterio agitur: quod cum cognato viri vel cũ cognata vxoris committitur.

Ex aurelianẽsi cõcilio vbi. s̄. ca. q̄ dormierit. Nota ꝙ h̄ mgr̄ nõ tenet vt hẽs retro in erroribus. zacha. pa. ibidẽ. c. cõcubuisti. Gre. ibidẽ. c. hi vo q̄. Nota ẽt. c. si q̄s viduã z. c. si q̄s cũ nouerca. c. et. q. vbi. s̄. q̄ faciunt ad ꝓpositum.

¶ Non est dimittenda vxor pro aliqua macula seu deformitate corporis. F

Illud etiam sciẽdum est ꝙ pro aliqua infirmitate vel macula corporali: non licet viro vxorẽ dimittere z ecõuerso, sed debet alter alteri subsidia prouidere. Unde Augu. Si vxorem quis habeat sterilem siue deformem corpore: vel debilem membris, vel cecã, vel claudam, vel surdã: vel si quid aliud: siue morbis, vel laboribus doloribusq̃ confectam z quicquid excepta fornicatione excogitari potest vehementer horribile, pro societate fideq̃ sustineat.

Aug. l li. de s̄mone dñi in monte.

¶ Eodem iure vtitur vir et mulier. A

Hoc etiam notandum est ꝙ cũ dominus concedat vxorem dimitti causa fornicationis viro: eadem licentia nõ tollitur feminis. Unde Hiero. Precepit dñs vxorem nõ dimitti excepta causa fornicatiõis: z si dimissa fuerit manere innuptã. Quicq̃d viris precipitur: hoc consequenter redundat ad feminas. Non enim adultera vxor dimittenda est. z vir mechus tenendus. Item. Apud nos q̄d non licet feminis, eque non licet viris: et eadem seruitus pari conditiõe cẽsetur. Ex his ostenditur ꝙ mulier potest super fornicatione virum conueniri ve/vt vir mulierem. Unde Innocẽ. papa Christiana religio adulterium in vtroq̃ sexu pari ratiõe condẽnat: sed viros suos mulieres nõ facile de adulterio accusant: viri autẽ liberius vxores suas adulteras apud sacerdotes deferre cõsueuerũt, et ideo mulieribus prodito earũ crimine negaꝫ cõmunio virorũ aũt latente cõmisso, nõ facile quisq̃ ex suspitionibus arceꝫ: qui tamẽ submouebitur si eius flagitium detegatur.

Dist. xxxv. De diuorcio q̄d fit p̄p adulterium. Mat. xix. Hie. d̄ mor te fabiole z h̄r. xxxij. q. v. c. ꝑcepit. Ibidem. Innoc. pa. xxxij. q. v. c. xp̄iana.

¶Q̄ꝺ fornicariā nequit dimittere vir nisi ⁊ ipse expers fuerit ⁊ econuerso. B

xxxij. q.vj. Si vero queritur an adulter adulteram possit dimittere
§.Ecce. causa fornicationis. Dicimus q̄ nequit adultera vxor dimitti a viro/nisi ⁊
Aug.xxxij. ipse expers fornicationis existat ⁊ econuerso. Unde Augustinus. Nihil ini=
q.vj.ca.ni= quius est q̄ȝ causa fornicationis dimittere vxorē/ si ⁊ ipse cōuincatur forni=
hil iniqui⁹ cari. Occurrit enim illud in quo alterum iudicas teipsum condēnas. Qua
propter quisquis fornicationis causa vult abijcere vxorem prior debet esse
fornicatione purgatus: q̄ꝺ similiter ⁊ de femina dixerim. Idem. Indignan
Ibidē. c. In= tur mariti si audiant adulteros viros pēdere similes adulteris feminis pe
dignantur nas: cū tanto grauius eos puniri oportuerit q̄ȝto magis ad eos pertinet
⁊ virtute vincere: ⁊ exēplo regere feminas. Ex his apparet ꝙ adulter adul=
teram dimittere non valet ⁊ ecōuerso.

¶Q̄ꝺ possunt recōciliari qui separant causa fornicationis. C

Si quis autem fornicationis expers fornicariam dimise=
j.Cor. vij. rit: alij copulari nō pōt/ sed cōtinere oportet vel ad dimissam redire: sic ⁊ de
Mat.xix. femina. Unde ⁊ Apostolus. His qui matrimonio iuncti sunt: precipio non
Amb.xxxij ego sed dominus vxorem a viro non discedere ꝙ si discesserit maneat innu=
q.7.c. vxor pta: aut viro suo recōcilietur. Et de viro addit. Et vir vxorem non dimittat.
Augu. sup Sed Amb. ait. Ideo nō subdit de viro sicut de muliere q̄ licet viro aliā du
epi.ad Co. cere. Sed hoc a falsarijs in Ambrosij libro positū creditur. Supplendum
xxxij.q.vij. enim esse in viro q̄ꝺ de vxore premisit aperte dicit Augustinus sic. Quare nō
c.aplus dt. addit de muliere q̄ꝺ premisit de viro. nisi ꝙ similem formam vult intelligi.
Ibidem. vt si dimiserit q̄ꝺ causa fornicationis permittitur: maneat sine vxore aut re
Aug. d ser. concilietur vxori. Idem. Si nec nubere illi cōceditur: viuo viro a quo recessit:
dñi i mōte nec huic alterā ducere viua vxore quā dimisit multominus fas est illicita
⁊ hr. xxxij. cū quibuslibet stupra cōmittere. Idem. Ut non facile dimittatur vxor domi
q.vij. nus solā fornicationis causam excepit: ceteras vero vniuersas molestias si
Ibid.c.dño que extiterint iubet pro fide cōiugali ⁊ pro castitate fortiter sustineri. ⁊ me
adillud. chum dixit qui a viro solutā duxit. Ex his ostenditur ꝙ si causa fornicatio=
Mat.xxij. nis fit separatio. non potest vir vel mulier in aliā transire copulā. Possunt
aūt recōciliari ⁊ cohabitare sicut prius: si dimissū alter reuocare voluerit.

¶Que predictis videntur obuiare. D

Ioh. Cris. Dicit tamē Johannes Crisostomus. Sicut crudelis ⁊ ini=
xxxij.q.i.c. quus est qui castam dimittit: sic fatuus est ⁊ iniquus qui retinet meretri=
crudelis. cem. Patronus enim turpitudinis est qui celat crimē vxoris. Item Hierony=
Hiero. ibid mus. Cum mulier vnam carnem in aliam diuiserit: ⁊ se fornicatione a ma=
c. dixit dñs rito separauerit non debet teneri: ne virum quoq̄ȝ sub maledicto faciat dicē
puer.xviij. te scriptura. Qui tenet adulteram stultus est ⁊ insipiens. Item ad amandū
xxxiiij.q. ij presbyterum scribens de quadam que viro suo viuente alij nupserat sic ait.
Non satis. Rem nouam loquor: immo nō nouam sed vere rem que veteris testamenti
Deut.24. authoritate confirmatur. Si reliquerit scd̄m virū mulier ⁊ reconciliari vo=
luerit priori non potest.

¶Determinatio. E

xxij.q.j. Sed hec omnia intelligenda sunt de illa que ab adulterio
recedere noluit/nec per penitentiam peccatū delere. Quod si vir scienter pa=

titur:cōsentire videtur. Si enim an adulterio perseuerare elegit/ patronus
turpitudinis ꝛ lenocinij reus maritus habebitur/ nisi eam adulterij ream
facere voluerit. Si autem a peccato recesserit ꝛ per penitētiam illud purga-
uerit/ poterit viro reconciliari. Unde Augustinus. Quid tibi durū videtur Au. ad pol
vt post adulterium reconcilietur coniunx: si fides assit non erit durum. Cur lētiū. xxxij.
enim adhuc deputamus adulteros: quos credimus penitētia esse sanatos? q. j. c. qđ āt
Idem. Non erit turpis nec difficilis etiam post patrata ꝛ purgata adulte- In libro de
ria recōciliatio coniugij/ vbi per claues regni celorum non dubitaꝰ fieri re- adul. cōiu.
missio peccatorū/ non, vt post viri diuortium adultera reuocetur. sed vt post
christi consortium adultera non vocetur. Item Gregorius. Debet recipere
peccatricem que penitentiā egit/ sed non sepe. Item Hermes. Si vir scierit Greg. i li. q̄
vxorem suam deliquisse ꝛ non egerit penitentiam mulier: sed permanet in dz pastor.
fornicatione sua: ꝛ viuit cum illa vir/ reus erit ꝛ particeps peccati eius. Qđ Hermesi li.
si mulier dimissa egerit penitentiam ꝛ voluerit ad virum reuerti: debet re- đ adulteri-
cipere peccatricem que penitentiam egit sed non sepe. nis ꝯiugijs

¶De illis qui se ante polluerūt per adulteriū. F

Solet etiam queri an valeat duci in coniugium que prius leo pa. xxxi

est polluta per adulterium? De hoc Leo papa ait. Nullus ducat in matri- q. j. c. nullꝰ
monium quam prius polluit adulterio. Item. Relatum est auribus sancto Ex ꝯcilio ti
rum sacerdotum quēdam alterius vxorem stupro violasse: ꝛ insuper meche burēsi ibiđ
iuramentum dedisse: ꝙ post legitimi mariti mortem si superuiueret/ du- c. relatum.
ceret eam in vxorē: qđ ꝛ factū est. Tale ergo cōnubium prohibemus ꝛ ana-
thematizamus. His alijsqꝫ authoritatibus vetantur in coniugium copula-
ri: qui se prius adulterio maculauerunt. Sed econtra Aug. ostendit dicēs. Au. i li. de
Denicꝫ mortuo eo cum quo fuit verum coniugium: fieri potest cōiugium cū nup. ꝛ ꝯcu.
qua precessit adulteriū. Idem. Posse fieri sane licitas nuptias ex personis Aug. ibidē
illicite coniunctis honesto placito subsequente manifestū est. c. denicꝫ. ꝛ

¶Determinatio. G c. se.

Sed hec vltima authoritas de concubinis loquitur perhi

bens cōcubinas posse transire ad honestum placitum nuptiarum/ si castita
tem ꝛ fidem seruare velint. Prima vero authoritas Augustini de illis agit
que de peccato penituerunt: ꝛ nihil in mortem viri machinate sunt: nec viuē Ibidem.
te viro fidem adultere dedit mechus. ꝙ eam in cōiugio duceret si superuiue
ret. Qui vero hec faciūt/ alijs premissis authoritatibus prohibenꝰ copulari.

¶Si pro extrema cōditione valeat vxor separari a viro ꝛ ecōuerso. A Di. xxxvj.

Nunc de conditione videamus an valeat coniugiū De imped

diuidere? Ad qđ dicimus quia non negatur ingenua posse nube mēto cōdi-
re seruo/ sed si nesciꝰ esse seruilis conditionis: libere potest dimit tiōis qđ re-
ti/ cū seruitus eius fuerit dephēsa ſm illud. Si quis ingenuus spicit statū
homo ancillā alterius vxorē acceperit/ ꝛ estimat ꝙ ingenua sit/ si ipsa femi legꝫ hūane
na fuerit postea in seruitutem deiecta: si eam a seruitute redimere potest fa In ꝯcilio ꝯ
ciat: si non potest: si voluerit aliam accipiat. Si vero ancillam eam sciérat pđ ꝯmeriā
ꝛ collaudauerat: post eam vt legitimam habeat. Item ex eodem. Si femina ꝛ hꝛ̄. xxix. q
ingenua acceperit seruum/ sciens ꝙ seruus esset habeat eum: quia omnes ij. c. si quis
vnum patrem habemus in celis vna lex erit viro ꝛ femine. Cū dicitur sciēs ingenuam
illum seruum datur intelligi ꝙ si nescierit illū seruū esse/ non cogitur mane- Ibiđ. c. si fe
re cum ipso. Si enim conditionis doluꝫ patitur: non cogitur adherere ei cu mina inge-
ius fraude decepta est. Si autem scierit vir conditionem mulieris vel econ- nua.

uerso:non valet eā dimittere. Unde zacharias papa. Si quis liber ancil-lam in matrimonio acceperit:non habet licentiam dimittendi eam si cōsen-su amborū cōiuncti sunt:nisi ob fornicationē. De illis agit quibus alteru-trius cōditio nota est quando cōiunguntur.

Zacha. pa. ibid. c. si qs Liber.

¶ De copula serui et ancille diuersorū dominorū. B

Circa primum principale eſt hec diuiſio premittenda. Qꝺ diffinitio circa ea que ſunt fidei. id eſt approbatio veritatis alicuius tanq̄ catholice vel reprobatio aut condemnatio appoſite falſitatis tāq̄ heretice aut in fide erronee poteſt eſſe dupliciter. Uno modo ſcholaſtice ⁊ doctrinaliter. Alio mō authoritatiue ⁊ iudicialiter. Et hic ſecundus modus eſt duplex ſm ꝙ hec authoritas iudiciaria eſt bipartita. Una eſt ſimpliciter ſuprema alia eſt inferior ⁊ ſubordinata. Juxta hanc trimēbrem diuiſioneꝫ que clara eſt: ſunt tres cōcluſiones principales declarande ⁊ deinde ex eis quedā alie ſubinferende. Prima erit de diffinitione iudiciali ⁊ authoritatiua ſuprema. Secūda de inferiori ⁊ ſubordinata. Tertia de doctrinali ⁊ ſcholaſtica. Et ipſaruꝫ probatio principaliter fundabitur in iure diuino. Prima igitur concluſio eſt. Ad ſanctam ſedem apoſtolicaꝫ pertinet authoritate iudiciali ſuprema circa ea q̄ ſunt fidei iudicialiter diffinire. ⁊ hec probatur: qr̄ ad illius tanq̄ ad ſupremi iudicis authoritatem pertinet in fide iudicialiter diffinire cuius fides nunq̄ deficit. Sed ſancte apoſtolice ſedis fides nunq̄ deficit: igitur ⁊c̄. maior eſt nota: ſed minor probatur qr̄ de hac ſancta ſede in perſona Petri Apoſtoli in ea preſidentis dictū eſt. Petre rogaui pro te vt non deficiat fides tua. Luce. xxij. Propter quod dicit Cyprianus. xxiiij. diſt. Qui ⁊c̄. Secunda concluſio eſt ꝙ ad epiſcopos catholicos pertinet authoritate inferiori ⁊ ſubordinata circa ea que ſunt fidei iudicialiter diffinire. Et hoc probat̄. Qr̄ ad eos pertinet iudiciali authoritate inferiori ⁊ ſubordiata i fide diffinire ad quos ptinet cō

similiter ecclesiā regere. Sed ad epos catholicos ptinet sm̄ igitur et pmū. Maior patet: quia ecclesie regimen maxime concernit fidē: et ideo cui iure diuino cōmittit ecclesiā regere ei eodem iure cōmittit de fide cognoscere et iudicare. Sed minor pbat auctoritate Pauli Act. xx. vbi dicit. Attendite vobis et vniuerso gregi in quo vos spūssanctus posuit epos ecclesiā regere dei. Unde patet q̄ de iure diuino et auctoritate spūssancti epi positi sunt ad regimen ecclesie dei. Regimen aūt importat iudicialē auctoritatē ergo sequit̄ q̄ ad eos pertinet auctoritate iudiciali inferiori et subordinata et supme auctoritati subiecta ecclesiā regere et per ꝯñs de fide cognoscere et in ea diffinire. Unde patet q̄ de tali regimine ad fidem ptinere loquatur apostolus ꝛc.

¶ Tertia ꝯclusio est q̄ ad doctores theologos ptinet determinare de doctrinali et scholastica circa ea que sunt fidei doctrinaliter diffinire ad quos ptinet sacrā scripturā docere et ex ea hereticas assertiones et in fide erroneas reprobare ac veritates catholicas approbare. Sed ad doctores theologicos pertinet scđm igit̄ et primū. Probationes minoris et maioris vide si vis in dicto tractatu. Ex pdictis conclusionibus patet responsio ad principalē articulū. s. q̄ ad epm parrhisieñ. et ad theologie facultatez ptinet assertiones hereticas aut in fide erroneas et contra eas asserentes parrhisius condēnare. quia per secundā cōclusionē patet q̄ hoc ad epm ptinet diffiniendo iudicialiter. Et per tertiā cōclusionē patet q̄ ad facultatē theologicā pertinet diffiniēdo doctrinaliter. Sed adhuc ad magis fundandū propositū tres alie cōclusiōes ex premissis sunt subinferende.

¶ Quarta igit̄ conclusio est q̄ ad dictos epm et facultatē theologie ptinet non solum cōiunctim sed et diuisim modis pdictis assertiones hereticas aut erroneas condēnare lʒ tm̄ qñqꝫ rōnabiliter cōsueuerint in hmōi cōdēnatione cōiunctim procedere. Probationes dimittuntur hic causa breuitatis.

¶ Quinta conclusio ad dictam facultatē theologie cōtra certas personas. scʒ contra singulares magistros ꝛ baccalaureos eidem facultati iuratos pertinet qñqꝫ nō solum doctrinaliter sed etiam iudicialiter aliquomodo assertiōes hereticas aut erroneas condēnare. Et hec conclusio pbatur ex triplici radice. Prima probatio fundatur ex concessa potestate ꝛc. Secūda probatio fundatur in obseruata consuetudine ꝛc. Tertia eiusdē cōclusionis pbatio fundat̄ in publica vtilitate ꝛc.

¶ Sexta cōclusio est q̄ ad supiorem iudicem ptinet processum p dictos epm et facultatē theologie factū nec sine magna ꝛ notabili cā fauorabiliter impedire nec approbationi cōtra eos in cā fidei interiecte sine matura deliberatione ꝛ preuia informatione deferre. Et hec pbat̄: qꝛ ꝛc. Ex dictis conclusionib⁹ ad ppositū applicatis: patet luce clarius iustificatio pcessus facti contra dictū fratrē Johannē sicut patet in singulis articulis.

¶ Primus igitur articulus est. Quod cū dictus frater infra scriptos errores Parrhisius in scholis publice dogmatizauerit: et coram facultate theologie euocat⁹ per decanū eiusdem facultatis monitus charitatiue ipsos corrigere recusauerit, ptestans eos vsqꝫ ad mortē velle defendere dicta facultas errores huius potuit ꝛ merito debuit doctrinaliter condēnare prima pars. s. q̄ hoc potuit patet ꝛc.

¶ Scđs articulus est: q̄ dicta facultas theologie coassūptis sibi magistris aliarum triū facultatū vniuersitatis Parrhisieñ. doctores prius per eos examinatos ꝛ doctrinaliter cōdēnatos merito debuit dño epo parrhisieñ. tanqꝫ iudici ordinario iudicialiter denunciare. Et hoc clare patet ex secūda cōclusione ꝛ eius pbatione sed adhuc ꝛc. Quāobrē pnominate facultatis theologice magistri trib⁹ aliis facultatibus sibi coassumptis et coadiūctis nunciauerūt ecclesie. Ex quibus patet triplex ratio denunciationis predicte quā secreta et charitatiua monitio precessit licet tamen hoc non esset necesse sicut patet ex doctrina sācti Thome. ij. ij. q. xxxiij. ar. vij. vbi docet q̄ peccata publica sunt publice arguenda iuxta illud

apoſtoli ad Thimo.v. peccantem coraz
omnibus argue vt ceteri timorē habeāt.
Quod intelligitur de peccatis publicis:
vt dicit Aug. in li. de verbis dñi ꝛc.

¶ Terti⁹ articulus eſt ꝙ dicta facultas
in ſcholis ſuis theologicis et dictus ep̄s
in locis ſue dioceſis premiſſorū errorum
dogmatizationē publicationē aut defen
ſionem finaliter inhibere potuerunt ꝛ de
buerunt iudicialiter prohibere ꝛc.

¶ Sed huic oraculo opponuntur tria q̄
ponit dictus frater in ſupplicatione ſua
ſeu querela dño pape expoſita: in qua fe
re tot ſunt mendacia quot ſunt verba.

¶ Primū eſt quia alique concluſionum
ſuarum trahuntur ex doctrina ſcti Tho=
me: quam facultas theologie alias exp̄ſ
ſe commendauit: et dñs Stephan⁹ ep̄s
parrhiſieñ. ꝑ ſuas litteras approbauit.

¶ Secundum eſt ꝙ dominus Urban⁹ pa
pa quintus per eius bullam vniuerſita=
ti ſtudij Tholoſani ſcripſit ꝛ voluit eiuſ
dem ſancti doctrinam tanꝗ benedictam
ꝛ catholicam ſequi ꝛ teneri a chriſticolis
et ſtudioſis: et eam pro virtutibus am=
pliari.

¶ Tertium eſt ꝙ ſolius ſedis apoſtolice
eſt declarare dānare ꝛ approbare. Unde
poſtea concludit ꝙ dictus dñs ep̄s appo
nens falcem in meſſem ſummi pontificis
dictas concluſiones pronunciauit et de=
creuit falſas hereticas ꝛ erroneas. Et cau
ſam ſubdit ibidem / quia iſta que tan=
gunt fidem ſunt de maioribus eccleſie
cauſis et que ad ſolum ſummum ponti=
ficem pro examinatione et deciſione de=
ferri debent. Ex quibus ſequi videtur ꝙ
nec epiſcopus nec facultas predicta con=
cluſiones. predictas potuerunt iudicia=
liter damnare nec earum dogmatizatio=
nem aut publicationem vel defenſionem
finaliter cohibere. Ad illa autem facili=
ter reſpondetur.

¶ Unde ad primum reſpondet vniuerſi=
tas in ſuis litteris patentibus. Nos in=
quit milleſies diximus: ꝛ vt videm⁹, non
ſufficit qualiter ſancti Tho. doctrinam
in dicta noſtra condēnatione nequaꝗ re
probamus: ſed hunc eiuſqꝫ fautores do=
ctrinam eius ad diſtortū fideiqꝫ abſonuz
ſenſum adaptantes aut vltra ꝗ fieri de=
bet contra eiuſdem doctoris documentū
dilatantes condēnamus: audacter aſſe=
rimus. Et hec clare patebunt ex dicendis
in ſecundo et tertio capitulis: vbi mani=
feſte probabitur ꝙ predicte erronee con=
cluſiones non trahuntur ex doctrina ſan
cti Tho. ſed magis cōtrariantur eidem.

¶ Ad ſecundū reſpōdetur ꝙ ex predicta
bulla dñi Urbani vel ex preallegata lr̄a
dñi Steph. ep̄i aut alia quacūqꝫ littera
autentica non poteſt ſufficienter conclu=
di ꝙ ſancti Thome doctrina ſit in omni
bus approbata / ſicut clare oſtendet in
tertio capitulo huius tractatus. Et ad
hoc adijciunt aliqui talem rationē. Illa
doctrina non poteſt ſic eſſe in omnibus
approbata que multa continet in fide er
ronea. Sed vt dicūt predicta ſancti Tho.
doctrina non ſoluz in materia de abſolu
ta neceſſitate creature de qua p̄ſentes cō
trouerſie inferius in tribus vltimis con=
cluſionibus tertij cp̄. ſpecialiter tractabi
tur / ſed etiam in pluribus alijs multa cō
tinet in fide erronea: quod declarāt. Nā
in prima parte ſum. q̄ſt. xlvij. ar, vl. i re=
ſponſione vltimi arti. dicit ꝙ non eſt poſ
ſibile aliā terram eſſe ꝗ iſtam quia om=
nis terra naturaliter ferretur ad hoc me=
dium vbicunqꝫ eſſet: et notum eſt ꝙ nō lo
quitur de potentia nature.

¶ Item in articulo vltimo dicit ꝙ impoſ
ſibile eſt duos āgelos eſſe vnius ſpeciei:
ꝛ ꝙ impoſſibile eſt eſſe plures albedines
ſeparatas a ſubſtantijs / que vidētur eſſe
contra articulum de omni potentia dei /
et contra veritates creditas circa ſacra=
mentum altaris.

¶ Item. j. q. lxxviij. ar. iij. et. vj. et in que=
ſtionibus diſputatis tenet articulum de
vnitate forme ſubſtantialis in hoīe: qui
eſt decimusquart⁹ articulus quinte par
tis de euan. eterno dānat⁹ ꝑ Alexādrū.

¶ Item ex hac opinione Thome de vni=
tate forme ſicut dicit in gloſa Okam in
dialogo ſuo concluſiones ſequūtur que
in anglia fuerunt ſcandoloſe ſcilicet ꝙ
corpus Chriſti non fuit idem numero vi
uum et mortuum: et hoc concedit ſanct⁹
Thomas in queſtiōibus diſputatis. q.

lxiij. quod non fuit simpliciter. Unde sequitur ultra ꝙ caro mortua nunꝗ̄ fuit viua / et ꝙ corpora sanctorum mortuorum nunꝗ̄ fuerunt corpora sanctorum viuentium / et ideo reliquie corporuꝫ sanctorum nunꝗ̄ fuerunt partes corporum viuentium: nec corpus christi quod fuit vulneratum in cruce iacuit in sepulchro / que omnia sunt absurda. Ex quibus et alijs pluribus erroribus contra quos quidam doctores speciales cōposuerūt tractatus concludunt isti ꝙ huiusmodi doctrina non potest esse in omnibus approbata: nec hoc obstat eius sāctitati vel canonizationi: quia non obstante glorioso martyrio Cypriani ipse errauit in fide / sicut patet. iiij. sententiarum. dist. vj. ⁊. j. dicetur. c. iij. Unde sanctitas vite non infert sanctitatem doctrine / sicut patet de Papia martyre / qui fuit patronus secte heretice. Unde ex his omnibus inferunt ꝙ predicta approbatio. Urbani quinti non est huius doctrine approbatio vniuersalis / sed tanꝗ̄ doctrine vtilis et in multis probabilis sicut doctrina pape magistraliter dicta sola habet auctoritatem magistralem sicut dominus Innocen. quartus de suo apparatu testat᷒ est. Sed de hac materia copiosius infra dicetur in tribus primis conclusionibus tertij ca. et ideo breuius pertransimus. Ad tertium obiectum respōdetur primo ꝙ nec facultas ⁊c.

Capitulū. ij.

Circa secundū principiū ī quo declarandū est ꝙ assertiōes dicti fratris per cedulam theologie facultatis dicto dño epo traditā fuerunt rationabiliter condēnate. Premittenduꝫ est vnum pambulum generale quod in aliquibus dictarum assertionum et earum condēnatione est necessario prenotandū: vcꝫ ꝙ lꝫ aliqua propositio vel assertio possit hr̄e aliquē sensum. verūtn̄ pōt rōnabiliter cōdēnari tanꝗ̄ reuocanda propter alium sensum falsum in ea vel in eius ꝓbatiōe ītellectū. Et hec suppositio ꝓbaꝶ tā rōnibus ꝗ̄ auctoritatibus sanctorum doctorum et specialiter ex dictis sancti Thome de aquino vt pars aduersa ⁊c. Quarto probatur supposito premissa et singulariter declaranda est per exemplum sumptū ex doctrina ecclesie. Nam per ecclesiam nonnūꝗ̄ assertio ambigua habens aliquem sensum catholicum est dānata immo quandoqꝫ assertiones cōtradictorie s̄m vocem per eam sunt dānate: et ideo altera earum vel vtraqꝫ aliquem habet sensum catholicū. Et ecce exēpluꝫ manifestū. Nam Isido. in li. ethy. c. v. li. viij. et habeꝶ. xxiiij. q. iij. c. quidam autē aperte insinuant ꝙ vtraqꝫ istarum. deus creat mala. deus non creat mala est heresis ꝯdēnata: vnde et assertores vtrinsqꝫ reputat hereticos dictos Colicíani a quodam Colico nominati: qui dicunt deum non facere mala: contra illud quod scriptum est. Ego deus creans mala. Floriani a floriano qui econtrario dicunt deuꝫ creasse mala contra illud quod scriptuꝫ est. Fecit deus omnia bona.

Ex quibus colligiꝶ ꝙ vtraqꝫ istarū est heresis condēnata: et tamen ista assertio deus creat mala habet aliquem sensum catholicum scꝫ istū: deus creat mala pene et similiter ista: deus non creat mala habet sensum catholicū scꝫ istū deus nō creat mala culpe ⁊c. Hac igitur suppositiōe preambula sic firmiter stabilita singillatim declarandū est ꝙ assertiones dicti fratris fuerūt rōnabiliter cōdēnate.

Prima igiꝶ ꝓpositio sua fuit. Maior est vnio hypostatica ī christo ꝗ̄ vnio triū personarū in essentia increata.

Secunda. Possibile est esse aliquam creaturam puram in puris naturalibus que ita posset sibi ⁊ homini mereri sicut anima Christi concurrente gratia habituali / non est tamen aliqua possibilis que tam conuenienter congruenter ⁊ sufficienter hominem posset redimere et saluare sicut Christus. Et ista condēnatur reuocanda tanꝗ̄ falsa et male sonans et erronea ad intellectum probationis sue videlicet de gratia anime christi quo ad primam eius partem.

Tertia aliqua pura creatura rationalis potest in puris naturalibus beatifice dei essentiam intueri et hanc dicit patere

de creatura predicta. Et ista condénatur reuocanda. alias parrhisius damnata tanq̄ erronea in fide.

Quarta Aliqua pura creatura est possibilis perfectio anima christi in merendo: puta gratia anime christi. Et hec dānatur reuocanda tanq̄ falsa erronea: absurda in theologia et philosophia et theologice doctrine irrisiua. Addit huic propositioni istam verificationem et si non quo ad q̄titatem meriti: tamē quo ad modum merendi/et hec omnia eidem prodesse non possunt.

Quinta videtur mihi q̄ talis creatura si poneret̄ esset simpliciter genus. Et hec condēnatur reuocanda sicut immediate precedens.

Sexta ponere aliquod creatum vel aliqua creata esse simpliciter & absolute necesse est non esse contra fidem. Et hec condēnatur reuocanda tanq̄ falsa et male sonans in fide secundū comunē modum theologorum.

Septima necesse eē non repugnat esse causatū. Et hec condēnatur reuocanda tanq̄ falsa et erronea in fide.

Octaua magis est consonū fidei ponere aliquid circa primum esse absolute et simpliciter necesse q̄ ponere ipsum sine aliqua additione esse necesse esse. Et hec condemnatur reuocanda tanq̄ falsa et erronea propter falsam implicationem et erroneā comparationis quā icludit q̄ aliquam rem creatam esse necesse esse scilicet sine aliqua additione est consonum sacre scripture/et per consequens aliqd creatum est increatū/quod cōtradictionem includit.

Nona. Asserere aliquid fore verum/ qd est contra sacram scripturam est expressiue contra fidem. Et hec condemnatur reuocanda tanq̄ falsa et iniuriosa sanctis & doctoribus si eam intelligat vniuersaliter prout in probatione eius videtur pretendere.

Decima non omnem hominem preter christum contraxisse ab Adam peccatum originale est expressē contra fidem. Et hec dāmnatur reuocanda tanq̄ falsa scādalosa et piarum aurium offensiua et p̄sumptuose asserta non obstante probabilitate questionis: vtrum beata virgo fuerit in peccato originali concepta &c.

Undecima: beatam Mariam virginē et dei genitricem non contraxisse peccatum originale est expresse contra fidem. Et hec condemnatur reuocanda tanq̄ falsa scandalosa presumptuose asserta et piarum aurium offensiua.

Duodecima: tantum est contra sacrā scripturam vnum hominem esse exemptum a peccato originali preter christū sicut si decem homines ponerentur exempti. Et hec condemnatur sicut precedens reuocanda tanq̄ falsa scandalosa p̄sumptuose asserta et piarum aurium offensiua.

Tredecima: magis est expresse contra scripturam sacram beatam virginem nō esse conceptam in peccato originali q̄ asserere ipsam simul fuisse beatam & viatricem ab instanti sue conceptionis vel sanctificatiōis. Et postq̄ probauit contrariū/dixit q̄ pari modo videretur dici q̄ magis est expressum ipsam vnitā fuisse hypostatice et hoc idem in consistorio et in scripto suo corā iudicibus recitauit. Hec autem propositio condemnatur sicut precedens reuocanda tanq̄ falsa scādalosa presumptuose asserta et piarum aurium offensiua et merito potuisset rigorosius condemnari/quia nulla precedentium est ita temeraria.

Quartadecima et vltima. In expositione sacre scripture siue declarando per ecclesiam siue per doctores sine exceptione per quecunq̄: de sacra scriptura et non aliunde trahenda est determinatio declaratio siue acceptio/sicut in grammatica contra regulas poni in eodem exceptio reperitur. Et hec condemnatur reuocanda tanq̄ falsa et erronea si intelligat quod exceptio vel expositio sit trahenda expresse: et explicite ex scriptura sacra et non aliunde prout videtur pretendere aliter non esset ad propositum suum. Harū propositionum improbationes diffuse et pulcherrime ponunt in dicto tractatu.

Capitulū.ij.

Circa tertium principale in quo
declarandū est ꝙ doctrina sancti Thome
nō sic ē approbata ꝙ ꝓpter eā oporteat
ante dictam condēnationem aut dicti epi
scopi processū aliqualiter impedire pre=
mittēda est hec diuisio. Qd aliquā doctri
nam esse per ecclesiam approbatā potest
tripliciter intelligi. Uno modo ꝙ talis do
ctrina sit per ecclesiam tanq̄ vtilis ⁊ in fi=
de ꝓbabilis acceptata ⁊ tanq̄ talis inter
scholasticos diuulgata. Secundo modo
ꝙ talis doctrina sit sic approbata ꝙ opor
tet credere ꝙ ipsa sit in omni sui parte ve=
ra. Tertio modo sic vt ipsa sit sic appro=
bata vt oporteat credere ꝙ ipsa in nulla
sui pte sit in fide erronea vel hr̄tica. Nā
multa sunt falsa que non pertinent ad fi=
dem / que tamen non inducunt errorē con
demnabilem ⁊ in talibus non cadit here=
sis q2 heresis importat corruptionē fidei
christiane. In talibus autem falsitas aut
error ad corruptionem fidei christiane nō
pertinet / vt dicit sanctus Tho. ij.ij. q. de
heresi. ar. ij. Et ideo patet ꝙ approbatio
alicuius doctrine secūdo modo maior est
approbatione alicuius tertio modo. Pri=
mus autem modus approbationis mul=
tum differt a duobus alijs / q2 multe sunt
doctrine illo primo modo approbate que
cōtinent non solum falsa / immo etiā que=
dam in fide erronea: vt inferius patebit.
Unde primus modus approbationis cō=
munis est multis doctrinis seu libris vel
tractatibus sanctoꝝ: ⁊ doctoꝝ: sed secun=
dus ⁊ tertius valde paucis scriptis cōue=
niunt, scꝫ soli doctrine scripture sacre ⁊ vni
uersalis ecclesie vt quidā dicunt: sicut ap
parebit ex dicendis: ⁊ ideo vterq̄ ipsorū
maior est primo. Quilibet aūt predictorū
modorum potest subdiuidi / q2 talis ap=
probatio alicuius doctrine potest esse ex=
pressa vel tacita. Expressa quidē per scri=
pturam autēticam sicut per authoritatē
scripture diuine vel constitutionē ecclesie
vel bullam apostolicā aut aliā litteram
autenticā alicuius persone vel collegij in
hoc potestatē habentis. Et sic expresse ap
probata est doctrina scripture sacre noui
⁊ veteris testamenti generaliū conciliorū /
epl'arū decretaliū ⁊ quorūdā opusculoꝝ
sanctorū patrum: sicut ptꝫ ex decreto Ge
lasij pape. xv. di. c. sancta Romana. Ta=
cita vero pōt esse alicuius doctrine appro
batio p' tolerantiam seu ꝑmissionē eccl'ie
⁊ sic multe sunt doctrine approbate non
solū sanctoꝝ patrū: sed etiā quorundā
doctoꝝ ⁊ magistroꝝ qui scripserūt sum=
mas lecturas. diuersas ⁊ in quibusdam
inter se aduersas tā in theologia q̄ in iu
re canonico: sicut ptꝫ de multis doctori=
bus vniuersitatis Parrhisien. ⁊ aliorū
studioꝝ. Et hec tacita eorū approbatio
habet' implicite ex ꝑallegato decreto Ge
lasij pape vbi dr. Opuscula atq̄ tractat'
oīm patrū orthodoxorū: q̄ in nullo a ceē=
tur sancte Ro. ecclesie consortio deuia=
uerunt / nec ab eius fidei predicatione se
iuncti sunt / legenda decernim'. Un̄ quia
hic gn̄aliter oīm ꝑallegatorū magistrorū vel
doctoꝝ q̄ hmōi sunt approbata tacita. s
⁊ implicita: lꝫ nō explicita: sꝫ de opuscu
lis eorū diligenter obseruādū est qd ibi=
dem sequitur. Qd cū hec ad catholicorū
man' aduenerint beati pauli apl'i sentē
tia precedat. Oīa probate qd bonū est te
nete. Iuxta primā diuisionē declarande
sunt tres principales cōcl'iones circa ap=
probationē doctrine sancti Thome / dei=
de alie tres speciales circa doctrinā ei'
de absoluta necessitate creature.

¶ Prima igit' conclusio est ꝙ doctrina sā
cti Thome in opusculis suis theologicis
cōtenta primo mō est per ecclesiā appro
bata: ⁊ tanq̄ vtilis ⁊ probabilis diuul=
gata: ⁊ hec probatur. q2 ⁊c.

¶ Scda cōcl'o est. Predicta sancti Tho.
doctrina nō est scdo mō per ecclesiam ap
probata sic. s. ꝙ oporteat credere ꝙ ipsa
in omni sui parte sit vera. Et hec proba=
tur q2 ⁊c.

¶ Tertia concl'o. Prefata sancti Thome
doctrina nō est tertio mō predicto ꝑ eccle
siam approbata sic. s. ꝙ oporteat crede=
re ꝙ ipsa in nulla sui parte sit in fide er
ronea vel heretica: ⁊ hec conclusio ꝓba=
tur: quia ⁊c.

¶ Scdo principalr ꝓbat' tertia ꝯcl'o / q2 ꝟ
illa nō opꝫ credere doctrina ꝙ ipsa i nul
la sui parte sit in fide erronea / vel hereti

ea in qua quidem continent multe con=
trarietates ꝛ repugnantie etiam in mate
ria ad fidē pertinēte sed multe huiusmo
di repugnantie ꝛ cōtrarietates ꝯtinētur
in doctrina sancti thome igr̄ ꝛc. Maioꝛ ē
nota ſꝫ minoꝛ probat/ ꝛ de multis exem=
plis breuitatis cā pauca ponent.
¶ Primū exēplū est qꝛ primo snīaꝝ dist.
xi. arti. iiij. tenet sanctus Thomas ꝙ pa
ter ꝛ filius possunt dici duo spiratores/
sicut spirantes. In prima vero parte sue
summe. q. xxxvi. ar. vi. dicit ꝙ sunt vnus
spiratoꝛ ꝛ nō duo ꝛ tn̄ hec materia mul=
tū ad fidē pertinet: cū in cōcilio lugdun̄.
sub Gregorio decimo celebrato fuerit dif
finitū ꝙ spūssanctus a patre ꝛ filio non
duabus spirationibꝰ: sed vnica spiratio
ne ꝓcedit: sicut pꝫ in. c. fideliter. extra de
sum. tri. ꝛ fi. ca. li. vi.
¶ Scōm exēplū est ꝙ in. ij. snīaꝝ di. i. di=
cit ꝙ creatio instrumētaliter cōicare po=
tuit creature sustinēs in hoc opinionem
magistri li. iiij. dist. v. in qua tn̄ ab aliis
doctoribꝰ cōiter nō tenet. In pria ṽo p=
te summe. q. xlv. ar. v. dicit ꝙ non/ ꝛ idem
dicit in secundo contra gentiles. ca. xxi. ꝛ
in questione de veritate.
¶ Tertium exemplū pōt poni: qꝛ in secū
do snīaꝝ: ꝛ similiter in quarto tenet: qꝺ
ols homo preter xp̄m concipitur in pecca
to originali: ꝛ in primo tenet ꝙ beata vir
go non fuit concepta in peccato origina
li sicut supra dictum est ꝛ tamē pars ad
uersa contra quā agimus asserit sꝫm ex
presse esse: immo expressissime contra fi=
dem/ ꝛ ideo habet concedere ꝙ doctrina
sancti Thome in hac parte est in fide er=
ronea.
¶ Quartuꝫ exemplū qꝛ in tertio sentētia
rum di. vi. q. ij. ar. ij. dicit ꝙ prima opio
ibi posita a magistro non est heretica li=
cet sit falsa. s. filius dei assumpsit homi
nem ex humana carne: ꝛ aīa rationali cō
stitutū: ꝛ ille hō cepit esse deꝰ: ꝛ deus ce=
pit esse homo ille. In tertia ṽo pte sum.
q. ij. ar. iiij. in fine ꝺꝛ ꝙ est heretica ꝛ dā
nata in concilio.
¶ Quintū exēplū est qꝛ in. iiij. sen. distin.
xxxviij. ar. iiij. in solutiōe tertij argumē=
ti dicit ꝙ papa pōt dispensare in voto cō
tinentie ꝛ in. ij. ij. q. lxxxviij. ar. xi. dicit ꝙ
nō: allegās decretalē. Cū ad monasteriū
eꝫ de sta. mo. vbi in fine illiꝰ decretal. dꝛ
ꝙ abdicatio ꝓprietatis/ sicut ꝛ custodia
castitatis est adeo annexa regule mona
chali vt cōtra eā nec summꝰ pontifex pos
sit indulgere: sed hec secūda opinio vide
tur esse erronea in fide cum sit cōtra ob=
seruantiā ecclesie q̄ in tali voto quꝫ dis=
pensauit: sicut ostendit dn̄s durandꝰ in
quarto.
¶ Sextuꝫ exemplū generale qꝺ sumitur
ex quodā tractatu sancti Thome de con
cordia quorūndam dictorū suoꝛuꝫ inter
se discordantiū: q̄ incipit ꝯtrā sibunt plu
rimi ꝛ multiplex erit scia: vbi multa di=
uersa. aut aduersa: que in doctrina sua
continent corrigit ꝛ expōit. Et qꝛ ṽisimi
le est ꝙ tūc nō ola huiusmodi sibi occur
rerunt: ideo in fine prologi sui supplicat
libroꝝ suorum lectoribus ita dicens. Si
quis aliquid inuenerit nō cōcordāter si
nō sit manifesta cā dicēdi ex q̄ sꝫm hyla.
accipienda est intelligentia dictorum/ di
scretiorē ꝛ magis exe citatū consulat: si
vero non fuerit inuentum quō vtrūqꝫ sta
re possit: id illoꝝ eligat qꝺ magis cōso=
num veritati iudicauerit: alterum vero
nos ipsi reuocaremus si talis discordia
nobis occurreret. Ex quo dicto correlarie
sequitur ꝙ si in doctrina sancti Thome
aliqua assertio reperiret q̄ esset heretica
aut in fide erronea nō propter hoc seque
retur ꝙ asserens fuisset hereticus: qꝛ sꝫ
eam ꝑtinaciter non asseruisset cum ad re
uocationē humiliter se offerat. Si enim
beatus Cyprianus ꝛ beatus hieronymꝰ
licet erroneas opiniones / vel hereticas
scripserint: quas reuocasse non leguntur
vt infra dicet/ qꝛ tn̄ eas pertinaciter non
defenderunt non sunt heretici iudicādi/
ꝛc. ꝛ propter hoc solum quod heresim te
nuerit: ṽbo vel scripto nō esset post moꝛ
tem de heresi accusandus nisi ꝓbari pos
set ꝙ talē heresim pertinaciter tenuisset.
Ex hoc pꝫ ex dictis sancti Thome in. ij.
ij. q. de heresi. ar. ii. in solutiōe ad tertiū
argumentū vbi allegat Aug. xxiiij. q. 3.
dicentem. Si qui sentētiam suam quis
falsam atqꝫ peruersam nulla pertinaci

animositate defendūt querunt autem tacita solicitudine veritatem corrigi parati cum inuenerint nequaq̄ sunt inter hereticos cōputandi. Unde concludit q̄ si aliqui doctores dissensisse videntur in vel cōtra ea quorum nihil interest ad fidem vel etiam in quibusdam ad fidem pertinentibus que nondum erant per ecclesiam determinata non est vitium heresis: postq̄ autem essent determinata authoritate ecclesie vniuersalis: si quis tali determinationi pertinaciter resisteret vel repugnaret hereticus esse sentiretur. Et hoc dicit sanctus Tho. propter dissensionem que fuit inter Hie. et Augu. circa cessationem legalium. Ex quibus omnibus satis patet q̄ idem sanctus Tho. qui Aug. in regula et in doctrina sequitur sicut magistrū discipulus dicere potuit et debuit cum eodem Aug. errare potero sed hereticus non ero q̄a nō oportet credere q̄ doctrina sua in nulla sui parte fuerit heretica vel in fide erronea licet ipse nō fuerit hereticus.

¶ Tertio probatur eadem conclusio q̄ si oporteat dicere q̄ hmōi doctrina in nulla sui parte sit in fide erronea vel heretica hoc maxime esset q̄ ipsa est per ecclesiam approbata: sed aliqua est doctrina multomagis approbata q̄ doctrina sctī Thome: que tamen in aliqua sui parte est heretica vel erronea in fide/ igitur hoc etiaꝫ sine vlla temeritate dici poterit de doctrina sancti Tho. non obstante eius approbatione: consequentia est clara et maior nota/ q̄ illi fundamento innitiť pars aduersa. Sꝫ minor ꝓbať per multa/ exēpla.

¶ Et vt a maioribus ad minora procedatur. Primuꝫ exemplū ponitur de doctrina Beati Petri Apostoli quam nulli dubiuꝫ est esse magis approbatam quā doctrina Beati Pauli pro omnibus ad fidem pertinentibus que verbo aut facto docuit: cōstat q̄ huiusmodi doctrina in aliqua sui parte fuit in fide erronea. scꝫ in illa parte in qua Paulus Apostolus eum reprehendit de qua reprehensione dicitur ad Gal. ij. ca. Cum autem venisset cephas antiochiam in faciem ei restiti quia reprehensibilis erat. Et causaꝫ reprehēsionis ipsius et aliorum per eius doctrinam errantiuꝫ subdit: q̄ certe non recte ambulabat ad veritatem euangelij. Et sic patet q̄ errabat contra veritatem euangelij: q̄ eius doctrina erat in hoc in fide erronea. Unde etiā pꝫ q̄ in errore fidei minor reprehendere pōt q̄tūlibet maioreꝫ: cū paul⁹ sic reprehenderit Petrum principeꝫ apostolorum. et ideo non debet mirum nec temerariū iudicari si minores doctores reprehenderent sanctum Thomā vbi ostēderent eum errasse in materia fidei.

¶ Secundū exēplū est de doctrina sancti Cypriani q̄ inter doctores approbatos primus noīatur in decreto Gelasij pape xv. di. c. sancta Romana. et tñ eius doctrina in aliquibus fuit erronea. Uñ de baptismo paruulorum eundem reprehēdit Aug. de conse. di. iiij. c. quomodo et merito erat reprehendēd⁹: lꝫ esset sanct⁹ martyr et insignis sicut ponitur. xxxij. di. c. porro. Reprehēsibilis aūt erat: q̄ s. baptisma hereticorū lauacrū diaboli appellabat. Uñ Aug. li. ij. ꝯtra quēdā donatistā de scripturis Cipriani dicit sic. Quod in eis diuinarū scripturarum authoritati cōgruit cū laude eius accipio: qđ autem non ꝯgruit cū pace eius respuo: et. s. Uiri hui⁹ laudē assequi nō valeo: ei⁹ multis lrīs mea scripta non cōparo: eius ingeniū diligo: eius laude delector: eius charitateꝫ miror/ eius martyrium veneror. Hoc qđ aliter sapuit non accipio: q̄ ecclesia non accipit pro qua sanguinē fudit.

¶ Tertiū exēplū est de doctrina btī Hieronimi q̄ in predicto decreto Gelasij inter approbatos doctores numeratur/ cuius eloquiū vt Aug. de eo ait contra Julianum ab oriente in occidentē instar solis refulget ac etiā intātū defert ecclesia vt sacre scripture testimoniū pre ceteris interpretibus ex eius translatione suscipiat: et tñ constat q̄ eius doctrina in aliqua sui parte conceditur fuisse erronea: etiā in hisque ad fidem et doctrinam Apostolicam pertinere noscuntur. Nam sicut habetur in decretis. xxvi. dist. circa doctrinā btī pauli apostoli dicentis: oportet episcopum esse vnius vxoris virū et nō plurium. Hieronimi et Augusti. contrarias sententias protulerunt. Hinc est q̄ glo. in predicta dis.

c.j.dicit ꝙ male sentit hic hiero. Augu. eũ corrigit in proximo. Isti etiã sancti sicut ptz in eorũ epl'is vt recitat glosa. ad Gal.ij.cap.ij. de reprehensione: qꝛ Paulus dicit petrũ apl'm esse reprehensibilẽ cõtrariũ sentiebãt vt supra tactũ est: ꝛ nõ alterꝰ eorũ circa veritatem euãgelij erroneã opinionẽ tenebat. De Augus. etiã ꝛ alijs pluribus approbatis doctoribus / simile posset ostendi.

¶Quartum exemplũ de doctrina xp̃iana / seu cõpilatione mgr̃i sententiarum q̃ in studijs generalibus ꝛ qñqꝫ ex mãdato apostolico publice tanqꝫ approbata ꝛ autentica legitur: ꝛ tñ in ea aliqua continentur in fide erronea: sicut est illa opinio quã tenet in.iij.di.xxij. ꝙ xp̃s in triduo sue mortis fuit homo: ꝛ quedã alie in quibꝰ cõiter reprobatur. Hoc tñ nõ obstante videtur ꝙ eiꝰ doctrina sit magis autentica qꝫ doctrina sancti Thome.

¶Quintum exẽplũ est de doctria seu cõpilatione decreti. Gratiani q̃ a doctoribus decretorum tanqꝫ approbata ꝛ autẽtica legitur: ꝛ a qua ꝛ nõ a lectura decretalium doctores decretorum ꝛ non doctores decretalium nolant: ꝛ tñ illa doctria in aliqua sui parte est erronea in fide / sicut ptz.xxxiij.q.iiij.c.sed obijcit: vbi narrat Gratianus ꝙ tempore regis Achab fuerunt missi duo quiquagenarij ad heliam q̃ dixerunt ei. Hõ dei rex isr'l vocat te. ꝙ est heresis explicita: qꝛ cõtraria veritas est explicite approbata: qꝛ hoc accidit tẽpore Ochozie mortuo rege achab: sicut expresse in sacra scriptura reperitur iiij. Reg.c.j. Unde si gratianꝰ pertinaciter ei adhesisset fuisset manifestus hereticus: sed non fuit hereticus: qꝛ nõ pertinaciter sed inaduertenter illud dixit. Unde super illo passu dicit glo. ꝙ ipse confundit hystoriam. non eñ Achab misit illos quinquagenarios: sꝫ rex Ochozias nec etiã illud cõtigit tpe Achab sed sub Ochozia. In pluribus etiã alijs locis reprobat Gratia. sicut patꝫ.xj.q.iij.c. ad mensurã. ꝛ.xij.q.j.c.j. ꝛ alijs qꝫ pluribus locis. Et dicunt aliqui ꝓpter hoc ꝙ multis licet negare glosas decretorũ ꝛ decretalium cũ glosa aperte negat tertiũ. Et consimiliter dicũt aliqui de glosis ordinarijs biblie q̃ tamẽ videntur esse maioris authoritatis qꝫ doctriua sancti tho. cũ allegant authoritatiue.

¶Sextum exemplũ potest poni de quibusdaꝫ doctoribꝰ qui non sunt sancti canonizati / sicut venerabilis Anselmꝰ Cãtuarieñ. ep̃s. Hugo de sancto vic. ꝛ q̃daꝫ alij quorum dicta vel scripta in aliquibus reperiuntur erronea: ꝛ tñ eorum doctrina nõ minus videt esse autẽtica qꝫ doctrina sancti Tho. cũ ipsi cõiter in actibus scholasticis scientificis allegant authoritatiue: nec solent negari: sed eorum dicta reuerenter glosari ꝛ exponi qđ tamen scholastici nondũ consueuerunt facere de dictis sancti Thome. ꝛ ideo presumptuosum videt eiꝰ doctrinam super ipsos ꝛ alios doctores sic extollere ꝙ nõ liceat credere aut asserere ipsum in fide errasse / sicut ꝛ alij errauerũt. Nec obstat eius canonizatio quã aliqui ꝓ maguo colore pretendunt. Ex quibus omnibus videt ꝙ dicere sanctũ Thomã in aliqua parte doctrine sue errasse in fide nec obuiat seu derogat canonizationi sue: nec approbationi doctrine sue theologice: sicut h̃ idẽ dicere de alijs sanctis ꝛ precipuis doctoribꝰ non derogat canonizationi: nec approbationi eorum. Nam ecclesia sicut canonizãdo aliqueꝫ sanctũ non per hoc approbat omnia eius facta / ita approbando eius doctrinam nõ per hoc approbat omnia eius dicta vel scripta: sed solum illa que per authorem ipum non sunt retractata: nec per alium sunt correcta: aut merito tanquam veritati contraria corrigenda / iuxta superius allegatam Apostoli sententiam. Omnia probate / quod bonum est tenete. Sic igitur per ecclesiaꝫ approbatur aliqua doctrina: non tamẽ quo ad omnia: sed quo ad illa que sunt veritati consona: sicut patet de doctrina Origenis: de qua dicit Gelasiꝰ pa.xv.di.c.sctã Romana / ꝙ Origenis nonnulla opuscula que vir btissimus hieronymus non repudiat legẽda suscipimus: reliqua autẽ cum authore

suo dicimus esse renuenda. Ex omnibus
igitur predictis clare patet tertia conclu-
sio principalis. ⁊c.

¶ Quarta conclusio. Doctrina sancti Tho.
li. ij. summe contra gentiles. ca. xix. de rerum
creatarum necessitate absoluta est devir-
tute sermonis falsa ⁊ multum impropria.
Et hec conclusio patet: quia illud capitulum
intitulatur qualiter in rebus creatis esse
potest necessitas absoluta: ⁊ est principa-
lis conclusio capituli ꝙ sunt quedam in
rebus creatis que simpliciter ⁊ absolute
necesse est esse / ⁊ alique que sunt cōtingen
tia esse. Sed ꝙ ista locutio sit devirtute ser
monis falsa ⁊ multum impropria / hoc pro
batur ⁊c.

¶ Quinta cōclusio. Predicta sancti Tho.
doctrina secundum quosdam est in fide
erronea seu in aliqua sui parte de huius-
modi errore suspecta. Et in hac conclusio-
ne non assertiue: sed solum recitatiue lo-
quimur. Dicūt enim aliqui ꝙ ista doctri-
na multos errores continet.

¶ Primus est: quia ponit aliquid a deo
esse necesse esse qđ videtur contra sacram
scripturam ⁊ intentionem sanctorum: quia
necesse esse est proprium nomen dei / ⁊ vide
tur esse intentio sacre scripture Exod. iij.
c. vbi Moysi interroganti domino: si dixe-
rit mihi qđ nomen est eius quid dicā eis.
Dixit dominus ad Moysen. Ego sum qui
sum: sic dices filijs israel. Qui est misit me
ad vos. Super quo verbo dicit glosa ⁊c.

¶ Secundus error vt isti dicūt est in prin-
cipali fundamento predicte positionis
quod est istud. Sunt inquit quedam in
rebus creatis que simpliciter ⁊ absolute
necesse est esse. Illas enim res simpliciter
⁊ absolute necesse est esse in quibus nō est
potestas ad non esse. Quedam autem res
sic sunt a deo in esse producte vt in eis na
turaliter sit potentia ad non esse. Qđ qui-
dem contingit ex hoc ꝙ materia in eis est
in potentia ad aliam formam. Iste igitur
res in quibus vel non est materia vel si est
non est potentialis ad aliam formam nō
habent potentiam ad non esse: eas igitur
simpliciter ⁊ absolute necesse est esse. Hoc
autem iterum circa medium capituli ma-
gis explicat dicens ꝙ quia materia secundum
quod est in eius potētia est ex ordine ma
terie necessario: res alique corruptibiles
existunt sicut animal quod ex contrarijs
compositum est: quia eius materia con-
trariorum est susceptiua: forma autem secundum
id quod est actus est ⁊ per eam res existūt
actu. Unde ea ipsa prouenit necessitas ad
esse in quibusdam: quod contingit / quia
res ille sunt forme non in materia: et sic
non est in eis potentia ad non esse sicut
est de substantijs separatis: vel quia for-
me rerum sua perfectione adequant totā
potentiam materie vt sic non remaneat
potentia ad illam formam: nec per conse-
quens ad non esse sicut est in corporibus
celestibus. Hoc est igitur principale fun-
damentum positionis sancti Thome qđ
videtur multipliciter erroneum. Primo
quia ⁊c.

¶ Tertius principalis error predicte po-
sitionis esse videtur: quia dicit ꝙ per hoc
ꝙ dicitur deum produxisse res per volun-
tatem non per necessitatem: non tollitur
quin voluerit aliquas res esse que de ne-
cessitate sint ⁊ aliquas que sint cōtingen
ter ad hoc ꝙ sit in rebus diuersitas ordi-
nata. Nihil igitur prohibet res quasdam
diuina voluntate productas necessarias
esse. Et consequenter hec declarando sub-
dit esse necesse simpliciter non repugnat
ad rationem esse creati. Nihil enim habet
aliquid necesse esse: quod tamē sue neces-
sitatis causam habet sicut conclusiones
demonstrationum. Nihil igitur prohibet
quasdam res sic esse productas a deo vt
tamen eas esse sit necesse simpliciter. Et
iterum postea ibidem aliam rationem cō
cludit sic: igitur aliqua creatura de neces-
sitate habet esse.

¶ Ex quibus clare patet ꝙ nō solum con-
cepit quasdam res diuina voluntate pro-
ductas necessarias esse vel eas necesse esse:
sed etiam concludit ꝙ quedam de neces-
sitate sunt: ⁊ ꝙ eas esse est necesse simpli-
citer ⁊ de necessitate habēt esse modo hoc
repugnat libertati diuine voluntatis.
quod arguitur sic: Quia ista consequen-
tia est bona: deus vult creaturam esse:
ergo creatura est: et econtra: et per
consequens / si antecedens libere / et vo-

luntarie verificatur de aliqua creatura: cō
sequens cōsequenter verificatur de eadē:
q2 si deus libere ⁊ cōtingenter vult quālibet
creaturā esse: sequitur ꝙ quelibet crea
tura est cōtingenter ⁊ nulla est de necessita
te. vnde etiam ex opposito sumitur oppo
situm: quia ⁊c̄.

¶ Quartus error huius doctrine esse dici
tur in quadā ratione que ibidē sequitur
que dicit: ꝙ quāto aliquid magis distat
ab eo qđ per seipsum est ens: scʒ a deo tā
to magis propinquū est ad nō esse. Quā
to igitur aliquid est propinquius deo: tā
to magis recedit a nō esse. que autē iam
sunt propinqua/sunt ad non esse per hoc
ꝙ habent potentiā ad nō esse. Illa igitur
que sunt deo propinquissima ⁊ per hoc a
non esse remotissima talia esse oportet ad
hoc ꝙ sit ordo rerum cōpletus vt in eis nō
sit potentia ad non esse: talia aūt sunt ne
cessaria absolute: sic igitur aliqua creatu
ra de necessitate habet esse. Hec autē ratio
deficit in multis. Primo. in hoc ꝙ suppo
nit ꝙ entia deo propinquissima sicut an
geli tāto magis recedunt a nō esse. hoc enī
proprie loquēdo non est verum: q2 ꝓprie
nihil distat vel recedit a non esse. ⁊c̄.

¶ Quintus error predicte positionis est in
ipsius declaratione in qua dicit. Sciēdū
est itaqꝫ ꝙ si rerū creatarum vniuersitas
cōsideretur prout sunt a primo principio
inueniuntur dependere ex volūtate nō ex
necessitate principij nisi necessitate sup
positionis vt dictū est. Si vero cōparētur
ad principia prima inueniuntur necessita
tem habere absolutā. Nihil enim prohi
bet aliqua principia nō ex necessitate pro
duci quibus tamen positis de necessitate
sequitur talis effectus: sicut mors anima
lis huiusmodi necessitatem absolutā ha
bet propter hoc ꝙ ex contrarijs iam est cō
positum: cuius ipsum ex cōtrarijs cōponi
non fuisset necessariū absolute. Similiter
aūt ꝙ tales rerum nature a deo produce
rentur voluntariū fuit/ꝙ aūt eis sic statu
tis aliquid proueniat vel existat absolu
tā necessitatē habet. Ex quo patet ꝙ hec
positio est locutio impropria ⁊ petit prin
cipiū: q2 hoc assumit quod debet proba
re. nam per exemplū positū patet ꝙ vocat
necessitatem absolutā illam que nō est ex
cōditione vel suppositione sicut mors hu
ius animalis: nō ex suppositione vel cōdi
tione scilicet ꝙ animal nō sit ex cōtrarijs
cōpositum nō habet necessitatē/⁊ ideo nō
habet necessitatem nisi cōditionalem ⁊c̄.

¶ Sextus error doctrine predicte assigna
ri potest in quodā dicto quod sequitur ibi
dem vbi ait. Manifestū est ꝙ omnia que
contrariū habent vel ex cōtrarijs sunt cor
ruptibilia sunt: que aūt hmōi nō sunt sem
piterna sunt nisi pars corrumpatur sicut
forme que non subsistunt: sed esse earū est
per hoc ꝙ insunt materie. Ex hoc enim se
quitur ꝙ gratia in anima vel in angelo
cum nō habeat contrariū nec ex cōtrarijs
existat: nec sit forma que insit materie/est
sempiterna: ⁊ idē videretur sequi de luce
vel de lumine si esset sine materia sicut ac
cidentia sacramenti altaris sunt sine sub
iecto. Hoc etiā fauet articulo parrhisius
condēnato allegato superius in quo dici
tur. omne quod nō habet materiā est eter
num. ⁊ breuiter hec ⁊ alia multa erronea
falsa ⁊ impropie dicta videntur multis
in predicta doctrina cōtineri que tamē ex
tedio pertransimus.

¶ Dicūt etiā ꝙ in terminis philosophie ⁊
naturalibus principijs in eodē lib. c. xxv.
errauit manifeste/vbi declarādo qualiter
deus omnipotēs dicatur quedā nō posse/
inter alia dicit ꝙ deus nō pōt facere vnū
⁊ idem esse ⁊ nō esse quod est contradicto
ria simul: ⁊ postea subdit ꝙ ꝯtradictio in
cōtrarijs ⁊ priuatiue oppositis includit/
sequitur enim ꝙ si est album ⁊ nigrū ꝙ sit
albū ⁊ non albū. ⁊ si est videns ⁊ cecū ꝙ sit
videns ⁊ nō videns vnde eiusdē rationis
ꝙ deus non posset facere opposita simul
inesse eidem sm̄ idem. Ex quo patet ꝙ po
nit ꝙ deus nō magis potest facere duo cō
traria simul inesse eidem sm̄ idem q̄3 duo
contradictoria. Hoc autem est erroneū: q2
de facto corpori christi sm̄ se totū in sa
cramento altaris in diuersis altaribus
sunt motus cōtrarij sursum. scʒ ⁊ deorsum
⁊ pari ratione posset facere deus idem cor
pus sm̄ se totum esse albū ⁊ nigrū. Dicūt
etiam ꝙ in pluribus locis doctrine sue ip
se errauit per hoc ꝙ principia philoso

phie seu potius quedam philosophorum verba ad cõclusiones theologie nimis applicauit. Non enim loqui taliter debent theologi qualiter loquuntur philosophi sicut docet Aug. x. lib. de ciui. dei ca. xxiij. di. Liberis verbis loquuntur philosophi nec in rebus ad intelligendum difficillimis offensionem religiosarum auriũ pertimescunt. Nobis aũt ad certaz regulam loqui fas est ne verborum licentia etiam de rebus que his significantur impiam gignat opinionem. &c.

¶ Conclusio.

¶ Huic ergo tractatui: vtinam aduerso errori finẽ statuimus. Illi laus / honor / atque gratiarũ actio: qui nobis causam suã tractantibus nõ defuit: quo docẽte assertam hic veritatẽ sentimus: quo instruẽte pbamus: quo precipiente defendimus: et per quẽ postremo fraterna charitate permoti ad omnes deuenire et nobiscũ sentire vehementer affectamus. Ut si veritati huic iudicio nostro clarissime nec sic credit aut alio fauore vt ipsi conãtur alio ve fine quã eius postulet dignitas criminemur testamur te christe testamur et illã cui testimonium perhibes esse totaz pulchrã: et in ea maculã nõ esse: omes ad extremũ tui atque ipsius amatores in testimoniũ euocam⁹: nostrum nunc debitũ sufficienter et vt putamus superabundanter expleuisse.

DEO GRATIAS.

¶ Registrum primi voluminis.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S oẽs sunt quaterni pter S q est qnternus.

¶ Registrũ secundi voluminis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s omnes sunt quaterni preter s qui est ternus.